Partimur ergo in equa hos pedes. Pirrichum o·ı·o·ı· ut fuga equa. Spõdeum — ıı — ıı ut estas equa. Dactilum — ıı o ı o ı ut menalus equa. Anapestum o ı o ı — ıı ut eratho equa. Dispondeum — ıı — ıı — ıı — ıı ut oratores equa. Proceleumaticũ o ı o ı o ı o ı ut auicula equa. Diiambum o ı — ıı o ı — ıı ut propĩquitas equa. Ditrocheum — ıı o ı — ıı o ı ut cãtilena equa. Antipastum o ı — ıı — ıı o ı ut salo ninus equa. Coriambum — ıı o ı o ı — ıı ut armipotens equa. Item in dupla partimur hos pedes. Trocheum — ıı o ı ut meta dupla. Iambum o ı — ıı ut parẽs dupla. Molosum — ıı — ıı — ıı ut eneas dupla. Tribrachum o ı o ı o ı ut macula dupla. Ionicum maiorẽ — ıı — ıı o ı o ı ut iunonius dupla. Ionicum minorem o ı o ı — ıı — ıı ut diomedes dupla. Vnus vero tãtum est qui tripla particione diuiditur que etiã est maxima atqꝫ ideo minime metris adest. Amphibracus o ı — ıı o ı ut carina triplex. Sescupli autẽ hi sunt. Amphimacrus — ıı o ı — ıı ut insule sescupla. Bachius o ı — ıı — ıı ut achates sescupla. Antibachius — ıı — ıı o ı ut natura sescupla. Peon primus — ıı o ı o ı o ı ut legitimus sescupla. Peon secũdus o ı — ıı o ı o ı ut colonia sescupla. Peon tercıꝰ o ı o ı — ıı o ı ut menedemus sescupla. Peon q̃rtus o ı o ı o ı — ıı ut celeritas sescupla. Restant quos epitrita particione diuidimus. Epitritus vero primus o ı — ıı — ıı — ıı ut sacerdotes epitritus. Epitritus secundus — ıı o ı — ıı — ıı ut cõditores epitritus. Epitritus tercius — ıı — ıı o ı — ıı ut demostenes epitritus. Epitritus quartus — ıı — ıı — ıı o ı ut fescenninus epitritus. Sunt igitur equi x. Dupli vero vi. Triplus vnus. Sescupli vii. Epitriti iiii. Numerus autẽ sillabarum in pedibus a duabus vsqꝫ ad vi protenditur. vlterius enim non

procedit·quia vſq; ad·vi·ſillabas tenduntur pedes. Tempora in pedibus ſunt·ut quãta vnuſquiſq; pes habeat. Reſolutio ē pedū· quando pro vna longa due breues ponuntur· aut pro duabus longis quatuor ſcilicet breues ponuntur·ut. Sectaq; intexunt abiete coſtas. Abiete nunc reſolutio ſpondei ē in proceleumatico. In qua reſolutiōe ſemper ſinalimpha ſequitur·virgilius. Ex vna autem longa due breues fiunt· ex duabus autem breuibus longa nunq̃m fit. Findi autem ſolida poſſunt·ſolidari ſciſſa nō poſſunt. Figura eſt cuius nota ſillabe agnoſcuntur. Vbi enim circuli partem inferiorem bis poſitam aſpicis pirrichius eſt·υ υ Vbi i geminam iacentem ſpondeus ⊢⊣ Nam nota breuis inferior ſemicirculus υ. Nota longa i iacens eſt ⊢⊣ Metra pedibus accidunt·ut a trocheo trochaicum·a dactilo dactilicū·a iambo iambicum. De quibus paulopoſt dicendum eſt.

De. Notis ſententiarum. Ca·xvii.

PReterea quedam ſcripturarū note apud celeberrimos auctores fuerunt· quaſq; antiqui ad diſtinctionem ſcripturarum carminibus & hiſtoriis appoſuerunt. Nota eſt figura propria in littere modum poſita·ad demonſtrādam vnamquamq; verbi ſententiarum· ac verſiium rationem. Note autem verſibus apponuntur numero· xxvi· que ſunt nominibus infraſcriptis. Aſteriſcus ※ apponitur in his q̄ omiſſa ſunt·ut illuceſcat per eam notam que deeſſe videntur. Stella enī aſter graeco ſermone dicitur·a quo aſteriſcus ē deriuatus. Obelus id eſt virgula iacēs ⟶ apponitur in verbis vel ſentenciis ſuperflue iteratis·ſiue in his locis vbi lectio aliqua falſitate notata eſt· ut quaſi ſagitta iugulet ſuperuacua·atq; falſa confodiat. Sagitta enim graece obelus dicitur. Obelus ſuperne appunctatus. ⊢̇⊣ ponitur in his de quibus dubitatur·vtrum tolli debeāt· necne apponi. Limniſcus id eſt virgula inter geminos punctos iacens ÷ apponitur in his locis que ſacrae ſcripture interpretes eodem ſenſū ſed diuerſis ſermonibus tranſtulerūt. Antigraph9 cum puncto Ɣ apponitur·vbi in tranſ lationibus diuerſus ſenſus habetur. Aſteriſcus cum obelo ※⟶ hac proprie ariſtarchus vtebatur·in his verſibus qui non ſuo loco poſiti erant. Paragraphus ┌ ponitur ad ſeparandas res a rebus·que in connexu concurrunt·quemadmodum in kathalogo loca a locis· et regiones

L. p̄mus

a regionibus in agone p̄mia a premiis certamia a certaminibꝰ separantur. Positura est figura ⸿ paragrapho cōtraria. Et ideo sic formata quia sicut ille principia notat ita ista fines a principiis separat. Griphia circuli pars inferior cum puncto ⊍ ponit̄ in his locis vbi questio dubia & obscura apperiri vel solui non potuit. Antisimma ↄ ponitur ad eos versus quorum ordo permutandus est sicut et in antiquis auctoribus positū inuenitur Antisimma cum puncto ⊃ ponitur in his locis vbi in eodem sensu duplices versus sunt & dubitatur qui potius eligēdus sit. Diple > hāc scriptores nostri apponunt in libris ecclesiasticoꝝ virorum ad separanda vel demonstranda testimonia sanctarū scripturarum. Diplesticon vel peristicon ⊂ hanc primus leogaras siracusanus posuit homericis versibus ad separationē olimpi a caelo. Diple per distigmine id est cum geminis pūctis ⪼ hanc antiqui in his apponebant que zenodotus ephesius non recte adiecerat aut detraxerat aut permutauerat in his & nostri ea vsi sunt. Dipleobelismene ⋖ interponitur ad separandos in cōmediis vel tragediis periodos. Auerse obelismene ⋗ quotiēs strophe et antistrophus infertur. Auersa cum obelo ⟻ ad ea ponitur que ad aliquid respiciunt ut Nos ne tibi friges vertere fūdo conamur? Nos an miseros qui troas achiuis obiecit? Diple superne obelata ⪸ ponitur ad conditiōes locorum ac tēporum personarumq; mutatas. Recta et auersa superne obelata ⋉ ponitur finita loco suo monade significante similem sequentē quoq; esse. Ceraunium ponitur ⚹ quotiens multi versus improbātur nec per singulos obelantur. Ceraunium enim fulmen dicitur. Crisanon vel crisimon ☧ hec sola ex voluntate vniuscuiusq; ad aliquid notandum ponitur Phietro id est frontis ☧ hec vbi aliquid obscuritatis est ob sollicitudinem ponitur. Anchora superior ponitur ⚓ vbi aliqua res magna omnino est. Ancora inferior ⚓ vbi aliquid vilissime aut inconuenientius denunciatum est. Cronis nota ⋞ tantum in fine libri apponitur. Alogus nota ⟴ que ad emendandos adhibetur. Fiunt & alie note librorum pro agnoscendis his que per extremitates paginum exponūtur ut vbi lector in liminari huiusmodi signum inuenerit ad textū recurrens eiusdem sermonis vel versiculi sciat esse expositionem cuius similem superiacentem notam inuenerit.

De Notis iuridicis. Ca. xviii.

QVedam autem littere in libris iuris verborũ suorum note sunt· quo inscriptio celeris breuiorq; fiat. Scribebatur enim verbi gratia per b & f bonum factum· Per s & c senatusconsultus. Per r & p respublica. Per p & r populꝰ romanus. Per d & t dumtaxat. Per supinam m litteram mulier. Per p secundum naturam pupillus. Per a verso capite pupilla. Per vnum k kaput. Per duo k k kappa iũcta calumnie causa. Per i & e iudex esto. Per d & m dolum malum. Cuius generis plurime consimiles note in libris antiquis inueniuntur Has iuris notas nouicii imperatores a codicibus legũ abolendos sanxerunt. Quia multos per has callidi ingenio ignorantes decipiebant· atq; ita iusserũt scribendas in legibus litteras· ut nullos errores· nullas ambages afferant· sed sequenda & vitanda aperte demonstrent

De. Notis litterarum. Ca·xix

NOtas etiam litterarũ inter se veteres faciebant· ut quicquid oculte inuicem scriptura significare vellent mutuo scriberent. Testis est. Brutus· qui vsus his litteris ea que acturus erat notabat· ignorãtibus aliis quid sibi vellent he littere. Caesar quoq;. Augustus ad filium· quoniam inquit innumerabilia incidunt assidue· que scribi alterutrum oporteat & esse secreta· habeamus inter nos notas si vis tales· ut cũ aliq̃d notis scribendum erit· pro vnaquaq; littera scribamus sequentẽ hoc modo· pro a b· pro b c· et deinceps eadẽ ratione ceteras· pro z autem littera redeundum erit ad duplex a a. Quidam etiã versis verbis scribunt·

De. Notis digitorum Ca·xx

SVnt quedam & digitorum note· sunt & oculorum· quibus secũ taciti proculq; distãtes collocuntur· sicut mos est militaris· ut quotiẽs consentiat exercitus· q̃a voce non potest manu promittat. Alii quia voce non possunt· gladiorum motu salutãt. Ennius de quadam impudica· quasi in choro pila ludens dotatim dat sese· & communem facit· aliũ tenet· alii nutat· alibi est manus occupata· alii peruellit pedẽ· alii dat anulum expectandum a labris· alium inuocat· cũ alio cãtat at tamẽ aliis dat digito litteras. Et salemon. Annuit oculo terit pede digito loquitur.

De. Orthographia Ca·xxi·

ORtographia graece latine recta ſcriptura interpretatur Ortho enim graece recta· graphia ſcriptura dicitur. Haec diſciplina docet quemadmodum ſcribere de/beamus. Nam ſicut ars tractat de partiũ declinatione· ita ortho/graphia de ſcribendi peritia· utputa. Ad cum eſt prepoſitio d lit/teram· cum eſt coniunctio t litteram accipit. Haud quando ad/uerbium eſt negandi d littera terminatur· & aſpiratur in capite· quando autem coniunctio diſiunctiua eſt· per t litteram ſine aſpiratione ſcribitur. Apud prepoſitio per d ſcribitur· ſicut ad ut apud patrem· quoniam veteres ſepe apud pro aduerbio vſi ſunt· duabus ex eis mediis litteris ſubtractis. Interdum autẽ et alie littere in locum aliarum litterarum rite ponuntur. B & p litteris quedam cognatio eſt. Nam pro birro dicimus pirrum. C & g quandam cognationem habent. Nam cũ dicimus cen/tum & trecentos· poſtea dicimus quadringentos· g ponẽtes pro c. C & q quedã cognatio eſt. Nam huiuſcemodi per c· cuiuſq; p q ſcribimus. Cum autẽ prepoſitio per c ſcribenda eſt. Si autẽ aduerbium fuerit per q. Dicimus enim quum lego. Deus per e ſolam. Doemon per diptongon eſt notandus. Equus quod eſt animal per e ſolam ſcribendus. Aequus quod eſt iuſtus per ae diptongon eſt ſcribendus. Exſul addita ſ debet ſcribi· qa exſul dicitur qui extra ſolum eſt. Exultat melius ſine ſ littera ſcribit̃ Nam cum ipa x ex c & ſ conſtat· quomodo cum in ea ſit ſ· rur/ſus ei additur alia. Aequor per diptongon ſcribitur· qa ab aqua nomen eſt factum. Forſitan per n in fine ſcribendum· quia in/tegrum eius eſt in fine· ſi forte tandem. Fedus quod ẽ deformis per e ſolam ſcribendum. Foedus quod eſt pactum cum oe dip/tongon ſcribendum. Formoſus ſine n ſcribitur· quia a forma vocatur. Gnatus quod eſt filius per g ſcribendum· quia facit generatus. H que aſpirationis littera eſt· in latino tantum voca/libus iungitur· ut honor· homo· humus. Aſpiratur autem & cõ/ſonantibus· ſed in graecis & hebreis nominibus. Heus & heu interiectio per h ſcribendum. I litteram inter duas vocales con/ſtitutam bis ſcribi quidam exiſtimabãt· ut troiia maiia· ſed hoc ratio non permittit. Nunq̃m enim tres vocales in vna ſillaba ſcribũtur. Sed i littera inter duas vocales conſtituta pro duplici habetur. Id pronomẽ neutri generis per d ſcribitur· ab eo quod eſt is ea id· quia facit idem. Qꝫ ſi verbum eſt tercie perſone per t

notabitur·ut eo·is·it·qa facit itur K litterā antiqui preponebant quotiens a sequebatur·ut kaput·kanna·kalamus. Nunc autem karthago & kalende per eandem tantum scribuntur· Omnia autem graeca nomina qualicunq; sequente vocali per k sunt scribenda. Laetus per ae diptongon scribitur· qa laeticia a latitudie vocata est·cui contraria est tristicia·que angustiam facit. L autē littera interdum pro d littera vtimur·ut latum·pro datum·& calamitate·pro cadamitate. A cadendo enim nomen assumpsit calamitas. Maxumus an maximus & siqua similia sunt qualiter scribi debeāt quesitum est. Varro tradit cesarem per i huiusmodi verba pronunciare·& scribere solitum esse·inde propter autoritatem tāti viri consuetudinem factam·ut maximus·optimus·pessimus scribatur. Malo per vnum l scribendum·quia est magis volo. Malle per duo l l·quia ē magis velle. Nolo quoq; per vnum l. Velle et nolle per duo l l. Nolo enim·nec volo est nolle ne velle. Os si vultum aut ossa significat·per o solum scribendū·est·si personam h preponenda est. Ora finium per o· Hora diei per h scribēdum. Onus si de onere venit per o solam scribendū Si de honore cum h aspiratione. Prepositio aet preterea per diptongon scribendum. Pene vero quod est coniunctio per e. Poena quod est supplicium per oe. Q littera tunc recte ponitur cū illam statim v littera sequitur·& alia quelibet vna pluresue vocales iungūtur·ita ut vna sillaba fiat·cetera per c scribūtur. Quae pronomen cum a scribendum. Que coniūctio sine a. Quid per d litteram scribitur cum pronomen est. Per t cum verbū·cuius positio prima queo quis quit·& in compositione nequeo neqs nequit. Quod quando pronomē est per d scribendum·quādo numerus per t scribitur. Quotidie per q scribēdum non per c· ut sit quot diebus. R littera communionem habet cum s littera Itaq; apud antiquos honos·labos·arbos dicebatur· nūc honor labor·arbor. Sat per t scribi oportet·quia integrum eius facit satis. Sed per d oportet scribi. Aput antiquos enim sed sedum dicebatur. Nos finales duas litteras abscidimus Tamtus sicut & quamtus in medio m habebant·quā enim & tam dicitur·vnde & quantitas·tantus & quātus. Vae interiectio cū ae scribenda Ve coniunctio sine a. Xp̄s quia graecum est per x scribendum Ita & xrisma. Y & ȝ litteris sola graeca nomina scribuntur. Nā cum iusticia sonum ȝ littere exprimat· tamen quia latinum est

per t ſcribendum eſt·ſic militia malitia nequitia et cetera ſimilia.
In dubiis quoq; verbis conſuetudo veterum erat· ut eū eadem littera alium intellectum correpta·alium producta haberet·lon/ge ſillabe apicem apponebant· utputa populus an arboré ſigni/ficaret· an hominum multitudinem apice diſtinguebatur.·Sic & vbi littere conſonantes geminabantur ſicilicū ſuperponebāt ut ſella ſerra aſſeres. Veteres enim non duplicabant litteras· ſed ſupra ſicilicos apponebant·qua nota admonebatur lector geminandam eſſe litteram.

De. Analogia· Ca.xxii.

ANalogia graece·latine ſimilium comparatio ſiue proportio nominatur. Cuius hec vis eſt·ut quod dubiū eſt adaliquid ſimile quod non eſt dubium referatur ut incerta certis probētur. Octo autem modis comparatio ana/logie colligitur· id eſt qualitate·comparatione· genere·numero· figura·caſu· extremitatibus ſimilium ſillabarum·& ſimilitudie temporum. Siquid de his vnum defuerit·iam non ē analogia id eſt ſimilitudo·ſed eſt anomalia id eſt extra regulam·ut lepus & lupus totum conuenit ſed diſſentiunt caſu·facit enim lupi le/poris. Nam regulariter eſt dum queris·vtrum trames maſculi/num an femininū ſit·ſimilis eſt illi in omni declinatione limes· & erit maſculinum. Item ſi funis incerti generis eſſe credis·ſimi/lis eſt illi panis in declinatione·& erit maſculinum. Item ex cō/paratiōe poſitiuorum·ut ſi dicas doctus·magnus·poſitiui ſunt et ſui ſimiles. Fit & per diminutionem· utputa funem maſculi/num eſſe funiculus oſtendit. Sicut marmor neutri generis eſſe marmuſculum indicat. Nam quod genus in principalitate eſt· id eſſe ſolet in diminutione·Sed hoc non ſemper·ut piſtrinum piſtrilla. Sed ſcire debemus expoſitionem declinationem·& ex diminutiōe genus colligere.

De. Ethimologia Ca.xxiii.

ETbimologia eſt origo vocabulorum· cum vis nois vel verbi per interpretationē colligitur. Hanc. Areſtoteles ſimbolon cicero adnotationem nominauit·quia nomina et verba rerum notam facit·exemplo propoſito utputa flumen·quia fluendo creuit a fluēdo dictum. Cuius cognitio ſepe vſum neceſſarium habet interpretatione ſua. Nam cum vi/deris vnde ortum eſt nomen·citius vim eius intelligis. Omnis

enim rei inspectio ethimologia cognita planior est. Non autē omnia nomina a veteribus secundum naturam imposita sunt· sed quedam & secundum placitū·sicut & nos seruis & possessionibus interdum secundum q̄ placet nostre voluntati nomīa damus. Hinc est q̄ omnium nominum ethimologie non reperiuntur· quia quedam non secundum qualitatem qua sunt genita·sed secundum (aliter iuxta) arbitrium humane voluntatis vocabula scilicet acceperunt. Sunt autem ethimologie nominum aut ex causa date·ut reges a recte regendo. Aut ex origine·ut homo· quia sit ab humo. Aut a contrariis· ut a lauando lutum·dum lutū non sit mundū· & lucus quia vmbra opacus parum luceat. Quedam etiā facta sunt ex nominum deriuacōe· ut a prudentia prudēs. Quedam etiā ex vocibus·ut a garrilitate garrulus. Quedam ex graeca ethimologia orta et declinata sunt in latinum· ut silua·domus. Alia quoq̧ ex nominibus locorū· vrbium·vel fluminum traxerunt vocabula. Multa etiam de diuersarum gentium sermone vocantur. Vnde & origo eorū vix cernitur. Sunt enim pleraq̧ barbara nomina incognita latinis & graecis.

De. Differentiis· Ca·xxiiii

Differentia est species diffinitionis· quam scriptores artium de eodem et de altero nominat. Hec enim duo quadam inter se communiōe confusa coniecta differentia secernuntur·per quam quid sit vtrūq̧ cognoscitur·ut cū queritur· quid inter regem sit & tirannum· adiecta differentia quid vterq̧ sit diffinitur·ut rex modestus et temperans·tirānus vero crudelis. Inter haec enim duo differentia cum posita fuerit quid sit vtrūq̧ cognoscitur·sic & cetera·

De. Barbarismis. Ca·xxv·

Barbarismus est verbū corrupta littera vel sono enūciatum. Littera·ut floreat·dū florebit dicere oporteat· Sono: si pro media sillaba prima producatur·ut latebre tenebre. Appellatus autem barbarismus a barbaris gētibus dum latine orationis integritatem nescirent. Vnaqueq̧ enī gēs facta romanorum cum operibus suis·vicia quoq̧ et verborum et morum romam transmisit. Inter barbarismum autem & barbarolexin hoc interest· q̄ barbarismus in verbo latino fit·dum corrumpitur. Quando autem barbara verba latinis eloquiis

L. p...

interferuntur barbarolexis dicitur. Item quando in prosa viciū fit sermonis barbarismus vocatur. Quādo ī metro methaplasmus dicitur. Barbarismus autem fit scripto & pronunciatione. Scripto autem quatuor modis. Siquis in verbo litteram vel sillabam adiciat· mutet· transmutet· vel minuat. Pronunciatione autem fit in temporibus· tonis· aspirationibus· & reliquis que sequuntur. Per tempora quippe fit barbarismus· si pro longa sillaba breuis ponatur· aut pro breui longa. Per tonos si accentus in alia sillaba commutetur. Per aspirationē· si adiciatur h littera vbi nō debet· aut detrahatur vbi esse oportet. Per hiatum quotiens in pronunciatione scinditur versus· anteq̄m compleatur· siue quotiens m litteram vocalis sequitur vocalem· ut musae· aonides. Fit barbarismus & per metacismos· iotacismos· & lautacismos. Metacismus est quotiēs m litteram vocalis sequit̄· ut bonum aurum· iustum amicum. Sed & hoc vicium aut suspensione m littere· aut detractiōe vitamus. Iotacismus est quotiens in iota littera duplicatur sonus· ut troia· maia· vbi earum litterarum adeo exilis pronunciatio ut vnum iota non duo sonare videantur. Lautacismus est· si pro vno l duo pronunciētur ut afri faciunt· sicut colloquium pro conloquio. Vel quotiens vnum l exilius duo largius proferimus· quod contra est. Nam vnum largius· duo exilius proferre debemus. Collisio est quotiens nouissime sillabe finis in alterius principio est· ut matertera.

De. Soloecismis· Ca·xxvi·

Soloecismus est plurimorum verborum inter se inconueniens compositio· sicut barbarismus vnius verbi corruptio. Verba enim non recta lege coniuncta soloecismus est· ut siq̄s dicat· inter nobis· pro inter nos· aut date veniam sceleratorum pro sceleratis. Dictus autem soloecismus a ciuibus· qui ex vrbe solon· que nūc pompeiopolis appellatur profecti· cum apud italos commorantes· suam & illorū linguā viciose inconuenienterq; confunderent soloecismo nomen dederunt. Vnde & similiter loquentes· soloecismos facere dicuntur· Soloecismus autē apud poetas scema dicitur· quotiens in versū necessitate metri factus inuenitur. Cum autem non inuenitur necessitas· permanet soloecismi culpa. Soloecismus fit duobus modis· aut per partes orationis· aut per accidētia partium orationis. Per partes orationis· si alteram partem pro altera ponamus·

utputa si prepositiones aduerbiis applicemus. Per accidētia fit id est per ea que accidunt partibus orationis·utputa per qualitates·genera·numeros·figuras·& casus. Per ista igitur omīa fiunt soloecismi· sicut donatus exposuit Fiunt preterea & plurimis modis. Nam lucilius cētum genera soloecismorum dixit· quos omnes vitare potius q̃m sequi debet·qui regulam recte loquendi studet tenere.

De· Voce. Ca·xxvii·

Vox est aer ictus sensibilis auditu·quantum in ipso ē Omnis vox aut articulata ē· aut confusa. Articulata est hominum. Confusa animalium. Articulata est q̄ scribi potest. Confusa·que scribi non potest.

De. Accentibus. Ca·xxviii

Accentus qui graece prosodia dicitur·ex graeco nomē accepit. Nam graece pros latine ad·oden graece latine cantus est· hoc enim nomē de verbo ad verbum expressum est·Latini autem habent & alia nomina. Nam accētus & tonos & tenores dicunt·quia ibi sonus crescit & desinit. Accentus autem dictus·q͞ iuxta cantum sit·sicut aduerbium quia iuxta verbum est. Accutus accentus dictus· q͞ acuat & erigat sillabā. Grauis q͞ deprimat & deponat·est enim contrarius acuto. Circumflexus·quia de acuto & graui constat·incipiens enī ab acuto in grauem desinit· atq; ita dum ascendit & descendit circumflexus efficitur. Accutus autem & circumflexus similes sunt·nam vterq; leuat sillabam. Grauis contrarius ambobus videtur·nam semper deprimit sillabas·cum illi leuent·ut vnde venit titan·et nox vbi sidera condit·vnde hic grauis est·minus enī sonat q̃m acutus & circumflexus. Monosillaba autem pars orationis si naturaliter breuis est·ut vir·aut positione longa·ut ars acutum accentum habebit. Si vero naturaliter longa·ut res·circumflexum. Dissillaba pars orationis si priorem naturaliter longam habet·& vltimam breuem·circumflectitur·ut musa·aliter acuitur. Trissillaba pars orationis·si mediam breuem habet·ut tibia·tunc primam acuimus·si vero naturaliter longam habet·secundam & vltimam breuem·ut metellus vel romanus·tūc mediam circumflectimus. Tetrasillaba autem & pentasillaba ratione trissillabarum retinentur. Grauis accentus cum vno accētu poni potest in dictione vna·cum vtrisq; nunq̃m·ut catullus. In

compoſita dictione vnus accentus eſt·ut armipotés omnipotés·
Accétus autem reperti ſunt·vel propter diſtinctionem·ut. Viri/
diq; in litore conſpicitur ſus·ne dicas vrſus·vel propter pronun/
ciationem·ne dicas meta breuiter·et non producte meta·vel diſ
cernéde ambiguitatis cauſa·ut ergo.Nam cum producitur ergo
cauſam ſignificat·cum corripitur coniunctionem.

De. Figuris accentuum. Ca·xxix.

Figure accentuum·x·ſunt·que a grammaticis pro ver
borum diſtinctionibus apponuntur.Oxia id eſt ac/
centus lineatus aliter accutus·linea a ſiniſtra parte in
dexteram parté ſurſum ducta fit ita. / Baria id eſt grauis linea
a ſummo ſiniſtre in dexteram depoſita fit ita. \ Pereoſpomene
id eſt circumflexus linea de acuto & graui facta exprimitur ita
∧ Macros id eſt longa virgula iacens eſt ita. — Brachin id eſt
breuis pars eſt circuli inferior iacés ita. ∪ Yfen id eſt coniúctio
quia duo verba coniungit·ſubiecta virgula verſui circumflexa
fit ita) Diaſcole id eſt diſtinctio que econtrario ſeparat dextra
ps circuli ſuppoſita verſui fit ita) Apoſtrophos pars ité circuli
dextra & ad ſummam litterá appoſita fit ita) qua nota deeſſe
oſtenditur in ſermone vltima vocalis ut tribunal p tribunale.
Daſian quod interptatur aſpiratio id eſt vbi h littera poni deb;
tali figura notatur. ⊢ Pſile quod interptatur ſiccitas ſiue purú
id eſt vbi h littera eſſe non debet tali figura oſtéditur. ⊣ quorú
duorum accentuum figuram latini ex ipa littera aſpirationis fe/
cerunt. Vnde & ſi coniungas has·facis eandem aſpirationis no
tam. Rurſum ſi medium eius apicé ſcindis daſian & pſilen facis

De. Poſituris. Ca·xxx.

Poſitura eſt figura ad diſtinguendos ſenſus per cola
et commata·& periodos.Que dum ordine ſuo appo
nitur·ſenſum nobis lectionis oſtendit.Dicte autem
poſiture·vel quia punctis poſitis annotantur· vel quia ibi vox
pro interuallo diſtinctionis deponitur.Has graeci theſes vocát
latini poſituras Prima poſitura ſubdiſtinctio dicitur·eadem &
cóma.Media diſtictio ſequés eſt·ipa et cola. Vltima diſtinctio
que totam ſententiam claudit· ipa eſt periodus. Cuius ut dixi/
mus partes ſunt cola & comma· quarum diuerſitas punctis
diuerſo loco poſitis demonſtratur. Vbi enim in initio pronun/
ciationis necdum plena ſenſui pars eſt & tñ reſpirare oportet·

fit comma·id est particula sensus· punctusq; ad imam litteram apponitur· & vocatur subdistinctio·ab eo q; punctum subtus id est ad imam litteram accipit. Vbi autem in sequentibus iam sententia sensum prestat·sed adhuc aliquid superest de sententie plenitudie fit cola·mediamq; litteram puncto notamus·& mediam distinctionem vocamus·quia punctum ad mediam litteram ponimus. Vbi vero iam per gradus pronunciando plenae sententie clausulam facimus·fit periodus· punctumq; ad caput littere ponimus·et vocatur distinctio·id est disiunctio·quia integram separat sententiam. Hoc quidem apud oratores. Ceterū apud poetas vbi in versu post duos pedes sillaba remanet comma est· quia ibi post scansioné precisio verbi facta est. Vbi vero post duos pedes de parteorationis nichil superest colon ē. Totus autem versus periodus est.

De. Notis vulgaribus Ca·xxxi

VVlgares notas. Ennius p̄mus mille & centū inuenit Notarum vsus erat·ut quicquid pro contentiōe· aut in iudiciis diceretur librarii scriberent. Complures simul astantes diuisis inter se partibus quot quisq; verba·& quo ordine exciperet. Rome primus tullius·primus tiro ciceronis libertus commentatus est notas· sed tantum prepositionū. Post eum tercius persamınius·philargius·et aquila·libertus mecenatis alias addiderunt. Deinde seneca contractu omniū digestoq; & aucto numero opus effecit in quinq; milia. Note auté dicte eo q; verba vel sillabas prefixis caracteribus notent· ut ad noticiam legentium reuocent·quas qui didicerunt·proprie iam notarii appellantur.

De. Notis militaribus. Ca xxxii.

IN breuiculis quoq; quibus militum nomina continebantur· propria nota erat apud veteres·qua inspiceretur quanti ex militibus superessent· quantiq; in boello cecidissent·thau nota. T· in capite versiculi superstitem designabat. Theta vero Θ ad vniuscuiusq; defuncti nomē apponebatur. Vnde & habet per mediū telum id est mortis signū·de qua persius ait. Et potis est nigrū vicium prefigere theta. Dum autem imperitiam significare vellent Λ lauta littera vsi sunt·sicut mortem significabant cum ponebant theta ad caput. In stipendiorū quoq; largitione proprie erant note.

De. Glosis· Ca·xxxiii·

li p[rimus]

GLosa graeca interpretatione linguae sortitur nomen. Hanc philosophi aduerbium dicunt. q[ui]a vocē illam de cuius qualitate requiritur. vno & singulari verbo designat. Quid enim illud sit in vno verbo positum declarat. ut conticescere est tacere. Item. Latus haurit apertum. haurit. percutit. Item cum terminum dicimus finē. Aut populatas interpretamur esse vastatas. Et omnino cum vnius verbi rem vno verbo manifestamus.

De. Viciis. Ca. xxxiiii

UIcia apud grammaticos illa dicuntur. que in eloquio cauere debemus. Sūt autem haec. barbarismus. soloecismus. acirologia. cacemphaton. & reliqua. Barbarismus est corruptio verbi vnius. vti si terciam sillabam quis producat in ignoscere. Soloecismus compositio viciosa verborum ut si aliquis dicat inter hominibus. pro inter homines. Acirologia non propria dictio. ut liceat sperare timenti. proprium ē autem timenti formidare. non sperare. & gramineo in campo. proprium est autem graminosum dicere campum. non gramineū Cacemphaton dictio obscena. vel incomposite sonans. obscena ut his animum arrecti aliter arrige dictis. incomposita. ut iuuat ire & dorica castra videre. mala enī compositio fit ab ea sillaba incipere quo superior finierat. sed & si alio modo quolibet incōposita dictio pferatur cacemphaton dicit[ur]. Pleonasmos adiectio vnius verbi superuacua ad plenam significationem. ut hacten[us] aruorum cultus & sidera caeli. neq[ue] enim alibi nisi in caelo sunt sidera. & in esaia aure audientes. dum non possimus audire nisi aure. et apud iohannem quod videmus oculis nostris. dum nō videmus nisi oculis. & locutus sum ligua. Perisologia adiectio plurimorum verborum superuacua. ut viuat ruben et non moriatur. dum non sit aliud viuere. q[ua]m non mori. Macrologia est longiloquium res non necessarias comprehendens. ut legati nō impetrata pace. retro vnde venerant. domum reuersi sunt. Tantologia id est eloquium. ut si fata virum seruant si vescitur aura etherea. nec adhuc crudelibus occupat vmbris. totum enī quod repetitur vna res est. sed crebro sermone annunciata. Eclipsis ē defectus dictionis in quo necessaria verba desunt. ut cui pharetra ex auro. deest enī erat. Tapinosis est humilitas statū magne rei dictis infirmans ut apparent rari nantes in gurgite vasto.

gurgitem posuit pro mare. Kacosintheton viciosa compositio· ut·versaq; iuuecum terga fatigamus hasta. Amphibologia ambigua dictio·que fit aut per casum accusatiuum·ut illud responsum appollinis ad pirrhum·aio te eacida romanos vicere posse· in quo non est certu que in illo versu monstrauerit esse victorem. Fit & per incerta distinctionem·ut boellum ingens gerit italia· incerta distinctio·vtrum boellum ingens·an inges italia· Fit & per commune verbum· ut deprecatur cato·calumniatur cicero·prestolatur brutus·dedignatur antonius·nec ostendit in hac ambiguitate·vtrum ipsi alios·an alii ipos deprecati sint aut calumniati. Fit & per omonima· quando vno nomine multa significantur·ut acies·et non addas·aut ferri·aut oculorum·aut militum.

De. Methaplasmis· Ca·xxxv

Methaplasmus graeca lingua latine transformatio dicitur· qui fit i vno verbo propter metri necessitatem· et licentiam poetarum. Cuius species iste sunt. Prothesis appositio in pricipio verbi·ut gnato p nato. Epenthesis appositio in medio· ut relliquias pro reliquias· & maneant in relligione nepotes·pro religione. Paragoge appositio in fine·ut mittier pro admitti·ut mage magis·ut potestur p potest. Afferesis abscisio de pricipio·ut temno p conteno. Sincope abscisio de medio·ut forsan p forsitan. Apocope abscisio de fine· ut sat pro satis. Ectasis productio contra naturam·ut italiam fato profugus·&·exercet diana choros. Sistole correptio cotra naturam ut·aquosus orion·&·vrbemq; fidenam·cum prima sillaba produci debeat. Dierisis discisio sillabe vnius i duas ut diues pictai vestis·p picte·& albai longai. Episinaliphe conglutinatio duarum sillabarum in vnam· ut pariete pro pariete· & iamia p iamia· pheton p phoegeton. Sinaliphe collisio vocalium iuncta vocalibus·ut·atq; ea diuersa penitus dum parte gerunt. Eclipsis collisio consonantium cum vocalibus·ut multum ille & terris iactatus & alto. Anthitesis contrapositio littere pro alia littera· ut impete pro impetu·& olli pro illi. Methatesis transpositio littere·ut euandre pro euander·& timbre pro timber. Inter barbarismum & figuras hoc est latinam & perfectam elocutionem methaplasmum esse dicunt qui in vno sermone fit ratione viciosus. Inter soloecismum & icema id est perfectam conexione

sermonum figura est que fit contextu sermonũ ratione viciosa.
Ergo methaplasmi & scemata media sunt et discernunt peritia
et imperitia. Fiunt autem ad ornatum.

De. Scematibus. Ca. xxxvi.

SCemata ergo ex graeco in latinum eloquium figure interpretantur· que fiunt in verbis vel sentenciis per varias distinctionum formas· ꝓpter eloquii ornatũ. Haec dum multa sint apud grammaticos ista inueniũtur. Prolemsis est presũptio· vbi ea que sequi debet anteponuntur· ut Interea reges ingenti mole latinus. Debuit enim sic dicere. Interea reges ingenti mole· & statim adiicere quod sequitur. Procedunt castris. Deinde dicere latinus· & cetera· sed facta est pro ornamento presũptio rei· & qui sequi debuere reges interpositi sunt in septem versibus· et postea additum est. Procedũt castris. Et inde presũptio· quia ante posita sunt que sequi debuerunt Zeuma est clausula cum plures sensus vno verbo clauduntur· que fit tribus modis. Nam aut in primo· aut in postremo· aut in medio id verbum ponitur quod sententias iungit. In primo ut. Vertitur enoforis fundus sententia nobis. In medio· ut. Grecia sulpicio sorti data gallia cotte. In postremo· ut. Namqꝫ hoc tempore obsequium amicos· veritas odium parit. Ypozeusis ē figura superiori contraria· vbi in singulis sensibus propria vnicuiqꝫ clausula est· ut. Regē adit· & regi mēorat nomenqꝫ genusqꝫ. Silempsis est in dissimilibus clausu is aut pluralis dictio in singulari verbo finita· ut. socius et rege recepto. Aut singularis dictio plurali verbo expleta· ut. Sunt nobis mitia poma· & pressi copia lactis. Supra enim dixit sunt· hic debuit dicere est et p̄ssi copia lactis. Fit autē silempsis non solum per parte orationis· sed & p accidētia partibus orationis. Nā vbi et pro multis vnus et pro vno multi ponuntur silempsis est. Pro multis vnus· ut ē illud. Vterumqꝫ armato milite complent· cum nō vno sed multis militibus. Item pro vno multi· ut in euangelio. Latrones qui crucifixi cum eo erant improperabant· vbi pro vno vterqꝫ inducitur blasphemasse. Anadiplosis est quando ab eodem verbo quo prior versus finiuit· sequens versus incipit· ut est illud. Certent & cignis vlule· sit titirus orpheus. Orpheus in siluis inter delphinas orion. Anaphora est repetitio eiusdem verbi per p̄ncipia versuum plurimorum· ut. Nos te dardania incensa tuaqꝫ

arma secuti. Nos tumidum sub te permensi classibus aequor Epanaphora est in vno versu per principia sensuum eiusdem verbi repeticio· ut. Te nemus argucie te vitrea phocinus vnda. Te liquidi fleuere lacus. Epizeuxis est in vno sensu cógemiatio verbi·ut. Sic sic iuuat ire sub vmbras. Ephanalemsis ē sermóis in principio versus positi eiusdé í fine replicatio·ut est illud. Crescit amor nummi quantum ipa pecunia crescit. Paronomasia ē in significatióe diuersa dictio pene ipa·ut illud. Abire an obire te conuenit·id est exulem fieri·an mori. Scesisonomaton multitudo nominum coniunctorum· quodam ambitu copulata·ut Nubila·nix·grando·procelle· flumina· venti. Paranomeon est multitudo verborum ex vna littera inchoátium· quale ē apud ennium. O tite tute tate tibi tanta tiranne tulisti. Sed hoc bene temperat virgilius·dum non toto versu vtitur hac figura· ut ennius·sed nunc in principio versus tantum·ut ē illud. Seua sedés super arma. Núc í medio·ut. Queq; lacus late liqd9 qq; aspa dumis. Nunc autem in fine·ut. Sola michi tales casus cassandra canebat Homoptoton est cum plurima nomina per vnú casum denunciantur· ut illud. Sed neq; currentem· sed nec cognoscit euntem. Tollentemq; manus saxúq; immane mouentem. Homoeotheleuton est cum vno verbo plurima finiútur·ut. Abiit· abscessit·euasit·erupit. Poliptoton est cum diuersis casibus sentétia variatur· ut. Ex nichilo nichil in nichilum nil posse reuerti· &. Marce clama pape marco spondente recurras. Marcus dixit ita est·assigna marce tabellas. Hirmos est sententia continuate orationis tenorem suum vsq; ad vltimú seruans· ut ē in secessu longo locus insula portum· & reliqua. Hic enim in longum vadit sensus vsq; ad illud. Desuper horrétiq; atrum nemus imminet vmbris. Polisintheton est dictio multis concatenata coniunctióibus·ut. Tectumq; laremq; armaq; amicleumq; canem. Dialiton vel asintheton figura que econtrario sine cóiunctionibus solute ac simpliciter effertur·ut. Venimus·vidimus·placuit Anthiteton est vbi contraria contrariis opponuntur·& sentétie pulcritudinem reddunt·ut illud. Frigida pugnabant calidis humentia siccis. Mollia cum duris·sine pondere habentia pondus. Ypalage est quotienscunq; per contrarium verba intelligútur· ut Dare classibus austros·cú ventis naues demus·non nauibus ventos.

De. Tropis. Ca·xxxvii

L. p^us

TRopos graeco nomine grammatici vocat· qui latine modi locutionum interpretantur. Fiunt autem a ꝓpria significatione ad non propriam similitudinem Quorum omnium nomina difficilimum est annotare· sed ex omnibus donatus·xiii·vsui tradendos conscripsit. Metaphora ē verbi alicuius vsurpata translatio·sicut cum dicimus fluctuare segetes· gemmare vites·dum in his rebus fluctus & gemmas non inuenimus·in quibus hec verba aliunde transferūtur. Sed he atq; alie tropice locutiones ad ea que intelligenda sunt propterea figuratis amictibus obteguntur· ut sensum legentis exerceant & ne nuda atq; in promptu posita vilescant. Fiunt autem metaphore modis·iiii· Ab animali ad animale·ut. Aligeros cōscendit equos. Metaphorice loquens· miscuit quadrupedi alas auis·et·quo cursu deserta petiuerit·miscuit volatili cursum quadrupedis. Ab inanimali ad inanimale·ut. Pontum pinus arat· sulcum premit alta carina. Miscuit vsum terre aquis·dū arare et sulcum premere ad terrā pertineat non ad mare. Ab inanimali ad animale·ut. Florida iuuentus. Miscuit flores inanimales iuuentuti que animam habet. Ab animali ad inanimale·ut. Tu neptune pater cui tempora cana crepanti. Cincta salo resonant· magnus cui perpete mento. Profluit oceanus & flumina crinibus errant. Mentum enim tempora & crines non ad oceanum pertinent·sed ad homines. Sic & alia rerum nomina de alio genere in aliud genus decētissime decoris gratia transferuntur· ut oratio perornetur. Metaphora autem aut partis vnius ē·ut fluctuare segetes·nō potest dicere segetare fluctus. Aut antistropha est id est reciproca· ut. Remigium alarum· nam & ale nauium et alarum remigia dicuntur. Catacresis est aliene rei nomen appositum. Et eo a methaphora differt·ꝙ illa vocabulum habēti largitur aliud· hec quia non habet proprium· alieno vtitur·ut Faciesq; simillima lauro·et Centaurus nunc vna ambe iūctisq; feruntur. Frontibus·& longa sulcant vada salsa carina. Dum facies·& frons tantum animalium & hominum sint· quod nomen & si poeta naui non apposuisset· q d proprium eidem pti diceret non haberet. Methalemsis tropus est a precedente indicans quod sequitur·ut. Que ve manus·carte nodosaq; venit harundo. Nam per manum verba·per harundinem littere significate sunt. Methonomia transnominatio ab aliqua significatiōe

ad aliam proximitatem translata. Fit autem multis modis· aut enim per id quod continet id quod cõtinetur ostendit· ut thea/tra plaudunt· prata mugiunt· dum illic homines plaudant· hic boues mugiant. Aut contra· per id quod continetur id quod continet· ut. Iam proximus ardet vcalegon· dum non ille sed domus eius arderet. Item & per inuentorem id quod inuentum ẽ ut. Sine cerere & libero friget venus· &. Commixtã vulcanus mittit ad astra fauillam· vult enim per cererem frumenti inuentricem intelligere panem· per liberum inuentorem vitis vinum per venerem libidinem· per vulcanum ignem. Aut contra per inuentum inuentorem demõstrat· ut. Vinum precamur· pro libero· qui vinum apud graecos inuenit. Item per efficientem id quod efficitur· sicut. Pigrum frigus· q pigros homines faciat· et Timor pallidus· eo q pallidos homines reddat. At contra per id quod efficitur efficiens· ut. Iungit equos auri genitor spumã/tiaq; addit. Frena feris· spumãtia frena dixit· cum vtiq; non ipa faciant spumas· sed equus qui ea gerit spumis conspgat infusis. Anthonomasia est pro nomine id est vice nominis posita· ut. Maia genitus· pro mercurio. Qui tropus fit tribus modis. Ab animo· ut. Magnanimusq; anchisiades. A corpore· ut. Ipse ardu9 Extrinsecus· ut. Infelix puer atq; impar congressus achilli. Epi/theton suprapo sita nomẽ· preponitur enim proprio nomini· ut Alma ceres obsceniq; canes importuneq; volucres. Inter antho/nomasiam autem & epitheton hoc differt· q antonomasia pro vice nominis ponitur· epitheton autem nunq̃m sine nomine· quibus duobus tropis· vel vituperamus aliquem· vel ostẽdim9 vel laudamus. Sinodoche est conceptio· cum a parte totum· vel a toto pars intelligitur. Eo enim et per speciem genus & per genus species demonstratur· sed species pars est· genus autem totũ A toto enim pars intelligitur· ut. Quãmulte glomerantur aues vbi frigidus annus. Trans pontum fugat· nõ enim totus ãnus est frigidus sed pars anni id est hiemps. At contra a parte totũ ut. Flammas cum regia pupis extulerat· vbi non solum pupis sed nauis· & non nauis· sed qui in ea· & non omnes· sed vnus flammas extulit. Onomotopeia est nomen effictum· ad imitã/dum sonum vocis confuse· ut. Stridor valuarũ· hinnitus equo/rum· mugitus boum· balatus ouium. Perifrasis ẽ circũloquium dum res vna plurimis verbis significat̃· ut. Auras vitales carpit

L. p̄ius

Significauit enim per copulationē verborum vnam rem· hoc est viuit. Hic autem tropus est geminus. Nam aut veritatem splendide producit. Aut feditatem circuitu euitat. Veritatē splen dide producit·sicut. Et iam prima nouo spargebat lumīe terras Titani croceum linquens aurora cubile Vult enim dicere·iam lucescebat·aut dies ortus erat. Feditatem circuitu deuitat·sicut. Placitumq; petiuit·cōiugis infusus gremio. Hoc enim circuitu euitat obscenitatem·& decenter ostendit concubitū. Yperbaton est transcensio·cum verbum aut sententia ordine commutatur Huius species·v·sunt. Anastrophe. Isteron ꝓtheron. Parēthesis Themesis. Sinthesis. Anastrophe verborum ordo ꝑposterus· ut. Litora circum·pro circum litora. Isteronproteron sententia ordine mutata·ut. Postq̄m altos tetigit fluctus·& ad aequora venit. Ante enim ad aequora venit·& sic tetigit fluctus. Paren/thesis vbi interponimus sententiam nostram·qua ex medio re/mota·integer sensus perdurat·ut. Aeneas(neq; enim patrius cō sistere mētem. Passus amor)rapidum ad naues ꝑmittit achaten Est enim ordo·aeneas rapidum premittit achaten Nam illud in medio parenthesis est. Themesis est sectio vnius nominis ꝑ interpositionem verborum·ut. Multum nebule circum dea fu/dit amictum·pro circumfudit. Sinthesis est·vbi ex omni parte confusa sunt verba·ut illud. Iuuenes fortissima frustra pectora· Si vobis audendi extrema cupido est. Certa sequi·que sit rebus fortuna videtis. Excessere omnes aditis arisq; relictis. Dii q̄bus imperium hoc steterat. Succurritis vrbi incense moriamur· Et in media arma ruamus. Ordo talis ē iuuenes fortissima pectora frustra succurritis vrbi incense· quia excessere dii q̄bus hoc im/perium steterat. Vnde si vobis cupido certa est me seq̄ audentē extrema·ruamus in media arma & moriamur. Yperbole ē ex/celsitas fidem excedens vltra q̄m credendum est·ut. Sidera ver/berat vnda·et terram in fluctus apperit. Hoc enim modo vltra fidem aliquid augetur·nec tamen a tramite significande verita/tis erratur· q̄muis verba quibus indicatur excedāt· ut voluptas loquentis·non fallentis appareat. Quo tropo non solū augetur aliquid·sed & minuitur. Augetur·ut. Velocior aura. Minuitur ut. Mollior pluma. Durior saxo.

Quid sit. Allegoria·& quot species habeat Ca·xxxviii

Allegoria est alieniloquiũ· aliud enim sonat· & aliud intelligitur·ut Tres in litore ceruos conspicit errãtes Ubi tres duces boelli punici·vel tria bella punica significantur. Et in buccolicis. Aurea mala decem misi·id est ad Augustum decem eglogas pastorum. Huius tropi plures sunt species·ex quibus eminẽt·vii·Hironia. Antifrasis. Enigma. Carientismos. Paroemia. Sarcasmos. Antismos. Hironia ẽ sẽtẽtia per pronunciationem cõtrarium habens intellectum. Hoc enĩ tropo callide·aut per accusationem·aut per insultationem aliqd dicitur ut est illud. Vrãs eure domus illa se iactet ĩ aula. Eolus· et clauso vẽtorum carcere regnet. Et quomodo aula si carcer ẽ? Soluitur enim pronunciatione. Nam carcer pronunciatio est· iacet in aula ironia est· & totum per contrariam pronũciationẽ annunciatur per hironie speciẽ que laudando deridet. Antifrasis est sermo econtrario intelligendus· ut lucus· quia caret luce· per nimiam nemorum vmbram. Et manes id est mites et modesti·cum sint terribiles & immanes. Et parce et eumenides furie·ꝙ nulli parcant·vel bene faciant. Hoc tropo & gnani athlãtes·& caeci videntes·et vulgo ethiopes argentei appellantur. Inter hironiam autem & antifrasim hoc distat·ꝙ hironia pronũciatione sola indicat quod intelligi vult·sicut cum dicimus homini agenti male· bonum est quod facis. Antifrasis vero non voce pronunciantis significat contrarium· sed his tantũ verbis quorum origo contraria est. Enigma est questio obscura·que difficile intelligitur nisi aperiatur·ut est illud. De comedente exiuit cibus·et de forte egressa ẽ dulcedo. Significans ex ore leonis fauum extractum. Inter allegoriam autem & enigma hoc interest·ꝙ allegoria his gemina ẽ· & sub re alia aliud figuraliter indicat. Enigma vero sensus tantũ obscurus est·& per quasdã imagines adumbratus. Carientismos est tropus quo dura dictu gratius proferuntur·vti cum interrogantibus nobis·nũquid nos quesierit aliquis? respondetur bõa fortuna. Unde intelligitũ neminem nos quesiuisse. Paroemia est rebus et temporibus accomodatum prouerbium. Rebus·ut contra stimulum calcitres· dum significatur aduersis resistendum Temporibus·ut lupus in fabula. Aiunt enim rustici vocem hominem perdere·si eum lupus prior viderit. Unde et subito tacenti dicitur istud prouerbiũ·lupus in fabula. Sarcasmos ẽ hostilis irrisio cũ amaritudĩe

L. p̃ius

ut. Referes ergo hec et nūcius ibis. Pelide genitori illi mea tristia facta. Degeneremq; neoptolemum narrare memento. Huic cō/trarius est antismos· vrbanitas sine iracundia·ut est illud. Qui bauium non odit· amet tua carmina maeui. Atq; idem iungat vulpes & mulgeat hircos· id est qui bauium non odit· ꝓ pena ei contingat ut diligat meuium. Fuerunt autem meuius & ba/uius poete pessimi·& inimici virgilii. Qui hos ergo diligit·faci/at· que cōtra naturā sunt·id est iungat vulpes·& mulgeat hircos Omoesis est que latine interꝑtatur similitudo· per quā minus note rei per similitudinem eius que magis nota est pāditur de/monstratio. Huius species sunt tres. Icon. Parabole. Paradigma id est imago·comparatio·exemplum. Icon est imago cū figurā rei ex simili genere conamur exprimere·ut. Per omīa mercurio similis voce coloreq;. Et crines flauos & membra decora iuuēte Congrua enim est similitudo de specie· cuius persona inducit̄. Parabola ē comparatio ex dissimilibus rebus·ut. Qualis ī aruis est fere libie visus leo cominus hostem consedit. Vbi leoni cesa/rem comparauit·non ex suo sed ex alieno genere similitudinem faciens. Paradigma vero est exemplum dicti vel facti alicuius· aut ex simili·aut ex dissimili genere conueniens eius quā propo nimus rei·ut ita. Tam fortiter periit apud hipponem scipio q̃m vtice cato. Similitudo autem tribus modis fit·a. Pari·a. Maiore a. Minore·a Pari Ac veluti magno in populo cum sepe coorta est sedicio·a. Maiore ad minus. Qualiter expressum ventis per nubila fulmen·a. Minore ad maius. Si potuit manes arcessere cōiugis orpheus. Treicia fretus cithara fidibusq; canoris·quasi dicat·re parua & breui·id est si ille cithara fretus·ego pietate.

De. Metris· Ca·xxxix·

Metra vocata·quia certis pedum mensuris atq; spaciis terminantur·neq; vltra dimensionem temporum cō/stitutam procedunt. Mensura enim graece metrum dicitur. Versus dicti ab eo ꝙ pedibus in ordine suo dispositis certo fine moderantur. Per articulos qui cesa & membra nomi nantur·que ne longius prouoluerentur q̃m iudicium posset su stinere·mediū statuit ratio. Vnde reuerteretur·& ab eo ip̄m ver sum vocatum dicunt·ꝙ reuertatur. Huic adheret rihmus· qui non est certo fine moderatus· sed tamen rationabiliter ordiātis pedibus currit·qui latīe nichil aliud q̃m numerus dicit̄·de quo

est illud. Numeros memini si verba tenerem. Carmen vocatur quicquid pedibus continetur. Cui datum nomen existimant seu q carptim pronunciaretur. Vnde hodie lanam quam purgantes discerpunt carminare dicimus seu q qui illa canerent carere mente existimabantur. Metra vel a pedibus nuncupata vel a rebus que scribuntur vel ab inuentoribus vel a frequentatoribus vel a numero sillabarũ. A pedibus metra vocata ut dactilica iambica trochaica. A trocheo enim trochaicum nascitur metrum. A dactilo dactilicum sic & alia a suis pedibus A numero autem ut exametrum pẽthametrum trimetrum. Nam senarios versus nos ex numero pedum vocamus. Hos graeci quia geminos ferunt trimetros dicunt. Exametros autem latinos p̃mum fecisse ennius tradit eosq; longos vocat. Ab inuẽtoribus metra vocata dicuntur ut anacreonticum saphicum archiloicũ Anacreontica metra anacreon composuit. Saphica sapho muli er edidit. Archiloica archilocus scripsit. Colophoniũ colophonius quidam exercuit. Sota deorum quoq; repertor est sotades genere cretensis. Simonidia quoq; metra simonides poeta liricus composuit. A frequentatoribus ut asclepiadia non enim ea asclepius inuenit sed proinde ita vocata q eis idem frequentissime et elegantissime vsus sit. A rebus que scribuntur ut heroicũ elegiacum buccolicum. Heroicum enim carmen dictum q eo virorum fortium res & facta narrentur. Nam heroes appellant̃ viri quasi aerii & caelo digni propter sapientiam & fortitudinẽ Quod metrũ cetera metra auctoritate precedit vnum ex oĩbus tam maximis operibus aptum q̃m paruis suauitatis & dulcedinis eque capax quibus virtutibus nomen solum obtinuit ut heroicum vocaretur ad memorãdas scilicet heroum res. Nam et pre ceteris simplicissimũ habetur constatq; duobus pedibus dactilo & spondeo ac sepe pene vel ex hoc vel ex illo nisi q temperatissima sit vtriusq; mixtura q̃m si instruatur a singulis omnibus quoq; metris prior est. Hoc primum moises in cãtico deutronomii longe ante feretiden & homerũ cecinisse ꝓbat̃ Vnde & apparet antiquius fuisse apud hebreos studium carminum q̃m apud gẽtiles. Siquidem & iob moisi temporibus adeq̃tus exametro versu dactilo spondeoq; decurrit. Hoc apud graecos athathesius milesius fertur primus composuisse vel ut alii putãt feretides sirus. Quod metrum ante homerum pithiũ

L. pri9

dictum est· post homerum heroicum nominatum. Pithium autem vocatum volunt eo q̄ hoc genere metri oracula appollinis sint edita. Nam cum in parnaso monte phitonem serpetem in vindictam matris sagittis insequeretur accole delphici hoc illum metro hortati sunt dicentes·ut ait terrencianus. Elegiacū autem dictum· eo q̄ modulatio eiusdem carminis conueniat miseris. Terrencianus hos elegos dicere solet· q̄ clausula talis tristibus ut tradunt aptior esset modis. Hoc autem vix omino constat a quo sit inuentum·nisi quia apud nos ennius eo prior visus est. Nam apud graecos sicut adhuc lex grammaticorum pendet·ut sub iudice res religata sit. Nam quidam eorum colo/fonium quendam·quidam archilocum auctorem atq̄ inuentorem volunt. Buccolicum id est pastorale carmē pleriq̄ siracusis primum compositum a pastoribus oppinantur·nōnulli lacedemone Nanq̄ transeūte in tracia xerxe rege persarum·cum spar/tane virgines sub hostili metu·neq̄ egredi vrbem· neq̄ pompā chorumq̄ agrestem diane dee more exercerent·turba pastorum ne religio preteriret eandē inconditis cantibus celebrarunt. Ap/pellatur autem buccolicum de maiore parte·q̄muis opilionum caprariorumq̄ sermones in his & cantica inserantur. Himnos primū dauid propheta in laudem dei composuisse ac cecinisse manifestum est. Deinde apud gentiles prima mēmiatimotoe fecit in appollinē· & musas que fuit tēporibus ennii longe post dauid. Himni autem ex graeco in latinū laudes interpretantur. Epitalamia sunt carmina nubentiū·que decantantur a scolasti/cis in honorem sponsi & sponse. Hec primū salemon edidit in laudem ecclesie & xpi. Ex quo gentiles sibi epitalamiū vendicarunt·& istius generis carmen assumptū hesit Quod genus primū a gentilibus in scenis celebrabatur. Postea tantū in nuptiis hesit. Vocatū autē epitalamiū·eo q̄ super thalamū cātetur. Tre/nos quod latine lamentum vocamus·primus quidē hieremias versū cōposuit super vrbē hierusalem·& populū quando capti/uus ductus ē. Post hunc apud graecos simonides poeta liricus Adhibebantur autē funeribus atq̄ lamentis similiter & nunc. Epitaphiū graece latine super tumulū. Est enī titulus mortuorū·qui in dormitione eorū fit· qui iā defuncti sunt. Scribitur enī ibi vita & mores·& etas eorū. Poesis dicitur graeco nomine opus multorū librorū. Poema vnius. Idilion paucorū versuū·

Disticon duorũ. Monosticon vnius Epigramma est titulus· quod in latinum superscriptio interpretatur. Epi enim super· gramma littera vel scriptio nominat͂. Epodon in poemate clausula breuis est. Dictum autem epodon· ꝙ acclinat͂ vel adunat͂ ad speciem elegiaci·vbi premisso vno longiori·alter breuior cõ/ponitur·atq; in singulis quibusq; maioribus sequentes miores quasi clausule retinent Clausulas autem lirici appellant quasi precisos versus integris subiectos ut est apud oratium. Beatus ille q ꝓcul negociis. Deinde seq̇tur ꝑcisus. Vt prisca gẽs mortalium. Sic & deinceps alterni quibus aliqua pars deest·& ipi ꝑ/cedentibus similes· sed minores. Centones apud grammaticos vocari solent·qui de carminibus homeri vel virgilii ad propria opera more centenario ex multis hinc inde compositis in vnũ sarciunt corpus ad facultatẽ cuiusq; materie. Deniq; proba vxor adelphi centonem ex virgilio de fabrica mundi & euangeliis plenissime expressit·materia composita secundum versus·& versibus secũdum materiã cõcinnatis. Sic quoq; quidã põponius ex eodem poeta inter cetera stili sui ocia titirum in xp̄i honorẽ composuit. Similiter & eneiden.

De. Fabula· Ca·xxxx

FAbulas poete a fando nominauerunt·quia nõ sunt res facte·sed tantũmodo a fando dicte. Que ideo sunt inducte·ut ficto mutorum animalium inter se colloquio· imago quedam vite hominum nosceretur. Has primus inuenisse traditur alcimon crotoniensis·appellanturq; hisopice· quia is apud frigias ĩ hac re polluit. Sunt autem fabule aut hi/sopice· aut libistice. Hisopice sunt cum animalia muta inter se sermocinasse finguntur·vel que animam non habent·ut vrbes· arbores·montes·petre·flumina. Libistice autem dum hominũ cum bestiis·aut bestiarum cum hominibus fingitur vocis esse commercium Fabulas poete quasdam delectandi causa finx/erunt·quasdam ad naturas rerum·nõnullas ad mores hominũ interpretati sunt. Delectandi causa fictas· ut eas quas vulgo di/dicunt·vel quales plautus & terrencius composuerunt. Ad naturam rerum fabulas fingũt·ut vulcanus claudus· quia per na/turam nunq̃m rectus ẽ ignis·ut illa triformis bestia· prima leo postrema draco· media ipa cimera id est caprea· etates hominũ per eã volentes distinguere· quarũ ferox & horrens adolescẽtia

L. p^mus

ut leo·dimidium vite tempus lucidissimum· ut caprea·eo q acutissime videat. Tunc fit senectus casibus inflexis ut draco. Sic et ippocentauri fabulam esse confictam id est hominem equo mixtum·ad exprimendam humane vite velocitatē· quia equū constat esse velocissimū. Ad mores·ut apud oratiū mus loquitur muri·& mustela vulpecule· ut per narrationē fictā ad id quod agitur verax significatio referatur. Vnde & hisopitales fabule sunt ad morū finē relate. Vel sicut in libro iudicū ligna sibi regē requirūt·& loquuntur ad oleā·& ad ficū·& ad vitē·& ad rubū quod totū vtiq ad mores fingitur·ut ad rem que intendit ficta quidem narratione·sed veraci significatione veniatur. Sic & demostenes orator fabula vsus est aduersus philippū·qui cum ab athenienfibus postularet·ut sibi decē oratores darentur·& discederet·finxit ille hanc fabulā·qua dissuaderet·dicens·lupos aliqn pastoribus(quorū diligentiā decipere voluissent)suasisse· ut in amiciciā conuenirent·ea tamen condicione· ut si canes i quibus erat causā iurgiorū iure illis traderentur· annuisse pastores·& in spem securitatis dedisse canes·quos ouiū suarū vigilantissimos custodes habebant. Tunc lupi adempta omni formidine·omne quod in gregibus illis erat non pro sacietate tantū· verū etiam pro libidine lacerauerunt. Philippū quoq principes populi postulare·quo facilius possit opprimere spoliatā custodibus vrbē

De. Prosa· Ca·xxxxi

Prosa est producta oratio·& a lege metri soluta Prosum enim antiqui productū dicebāt & rectū. Vnde ait varro apud plautum ꝓsis lectis significare rectis. Vnde etiā que non est perflexa numero·sed recta prosa oratio dicitur in rectū producendo. Alii prosam dicunt dictā· ab eo q sit profusa·vel ab eo q spaciosius procedat & excurrat· nullo sibi termino prefinito. Preterea sciendū tā apud graecos q̃m apud latinos longe antiquiorē curam fuisse carminū q̃m prose. Oīa enim prius versibus condebantur. Prose autē studiū sero viguit Primus apud grecos feretides sirus soluta oratiōe scripsit· apud romanos autē appius cecus aduersus pirrū solutam orationem primus exercuit. Iā ex hinc & ceteri prosam orationē cōdiderūt

De. Vocabulo historie. Ca·xxxxii·

Historia est narratio rei geste·ꝑ quam ea q̃ in preterito facta sunt dinoscuntur. Dicta autem graece historia

a potuhistorin quod ē videre vel cognoscere. Apud veteres enī nemo conscribebat historiam· nisi is qui interfuisset· & ea que conscribenda essent vidisset. Melius enim oculis que fiunt deprehendimus· q̃m ea que auditione colligimus. Que enī vident̄ sine mendacio proferuntur. Haec disciplina ad grammaticam pertinet· quia quicquid dignum memoria est· litteris mādatur.

De. Primis auctoribus historiarū Ca·xxxxiii

Historie autem ideo monimenta dicuntur· eo ꝙ meōriam tribuunt rerum gestarum. Series autem dicta per translationem· a sertis florum inuicem comprehensorum. Historiam autem p̄mus apud nos moises de initio mundi conscripsit Apud gentiles vero primus dares frigius de graecis & troianis historiam edidit· quam in foliis palmarum ab eo conscriptam esse ferunt. Post daretem autem in grecia herodotus p̄mus historiam habitus est. Post quem feretides claruit· his temporibus quibus esdras legem conscripsit.

De. Vtilitate historie. Ca·xxxxiiii

Historie gentium non impediunt legentibus in his q̄ vtilia dixerunt. Multi enim sapientes preterita hominum gesta ad institutionem presentium historiis indiderunt. Siquidem & per historiam summa retro tēporum annorūq; supputatio comprehenditur· & per consulum regūq; successum multa necessaria perscrutantur·

De. Generibus historie Ca·xxxxv

Genus historie triplex est. Ephemeris nanq; appellat̄ vnius diei digestio Hoc apud nos diariū vocat̄. Nā quod latini diurnum· graeci ephemeria dicūt. Kalendaria appellantur· que in menses singulos digerūtur. Annales sunt res singulorū annorum· que enim digna memorie domi· miliciaeq; mari· ac terre per annos in commētariis acta sunt ab anniuersariis gestis annales nominantur. Historia autem multorum annorum vel temporum est cuius diligētia annui commentarii in libris delati sunt. Inter historiam autem & annales hoc interest· ꝙ historia est eorū temporū que vidimus. Annales vero sunt eorū annorū quos etas nostra nō nouit. Vnde salustius ex historialibus· eusebius & hieronimus ex annalibus et historia constāt. Item inter historiam & argumentum & fabulam interest. Historie sunt res vere· que facte sunt. Argumēta

Ephemeris

L. Gratis

ſunt que etſi facta non ſunt· fieri tamen poſſunt. Fabule vero ſunt que nec facta ſunt nec fieri poſſunt· quia cõtra naturã ſunt

INCIPIT · LIBER · SECVNDVS · DE · RHETORICA · ET · EIVS · NOMINE · Ca·i·

RHETHORICA · EST · BENE · DICENDI · SCIENTIA · IN · CIVILIBVS · QVAESTIONIBVS · AD · perſuadendum iuſta et bona in rerum perſonarumq; negocii cauſa. Dicta autem rhethorica greca appellatiõe a poturhetoreſin id eſt copia locutionis. Rheſis enim apud graecos locutio dicitur· rhetor orator. Coniuncta eſt autẽ grammatice arti rhetorica. In grammatica enim ſcientiã recte loquẽdi diſcimus. In rhetorica vero percipimus qualiter ea q̃ didicimus proferamus.

De. Inuentoribus rhetorice artis. Ca·ii

HEc autem diſciplina a graecis inuenta eſt· a. Gorgia· Areſtotele. Ermagora· & tranſlata ĩ latinum a tullio videlicet & ticiano· & quintiliano· ſed ita copioſe· ita varie· vel pro ſciẽtia vel pro loquacitate verborum· ut eã lectori admirari in promptu ſit· comprehendere impoſſibile. Nã membranis retentis quaſi accreſcit aliter adhereſcit memorie ſeries dictionis aliter diſtinctionis· ac mox repoſitis recordatio om̃is hominis elabitur. Huius diſcipline perfecta cognitio oratorem facit.

De. Nomine oratoris· & partibus rhetorice Ca·iii

ORator eſt igitur vir bonus· dicẽdi peritus· vir bonus ꝯſiſtit natã· moribus vita· artibus. Dicẽdi ꝑitus conſiſtit artificioſa eloquentia· que conſtat partibus qn̄q; inuentione· diſpoſitione· elocutione· memoria· pronunciatione· et fine officii· quod eſt aliquid perſuadere. Ipſa autẽ peritia dicendi in tribus rebus conſiſtit· natura· doctrina· vſu. Natura ingenio· doctrina· ſcientia· vſu aſſiduitate. Haec ſunt enim que nõ ſolum in oratore· ſed in vnoquoq; homine artifice expectantur ut aliquid efficiatur. Vir bonus

De. Tribus generibus cauſarum Ca·iiii

Genera causa⁊ tria sunt·deliberatiuũ·demonstratiuũ·iudiciale. Deliberatiuũ genus est·in quo de qbuslibet vtilitatibus vitae quid aut debeat·aut non debeat fieri tractatur. Demonstratiuum·ĩ quo laudabilis persona aut reprehensibilis ostenditur. Iudiciale·in quo de ipsius personae facto·aut poene·aut premii sententia datur. Dictum autem iudiciale·eo ꝙ iudicet hominem· & sententia sua ostendat vtrum laudabilis premio dignus sit·aut certe reus condemnari·liberari ve supplicio. Deliberatiuum genus vocatur eo ꝙ de vnaquaqꝫ re in eo deliberatur. Huius genus duplex est·suasio·& dissuasio id est de expectando & fugiendo·id est de faciendo·& non faciendo. Suasoria autem ĩ tribus modis vel locis diuidit̃·honesto·vtili & possibili. Haec differt aliquid a deliberatiua·q a suasoria eget altera persona·deliberatiua interdum et apud se agit. In suasoria autem due sunt·que plus valent·spes·& metus. Demonstratiuum autem dictum·ꝙ vnamquãqꝫ rem aut laudando·aut vituperando demonstrat. Quod genus duas habet species·laudem et vituperationem. Laudis ordo tribus tẽporibus distinguitur. Ante ipm. In ipm. Post ipm. Ante ipm·ut. Que te tã leta tulerũt secula. In ipm·ut. O sola infandos troie miserata labores. Post ipm·ut. In freta dum fluuii currunt·dum montibus vmbre lustrabunt. Semper honos nomenqꝫ tuum laudesqꝫ manebunt. Pari ordine econtrario & in vituperatione hominis haec forma seruanda est. Ante hominem. In hominem. Post hominem. Locus cõmunis ad demonstratiuũ vituperationis genus pertinet. Quod tamen ab eo in aliquo differt Nam vituperatio que contraria est laudi·specialiter ad incertam facientis personã adhibetur. Communis vero locus generaliter in facti crimine preponit̃. Vnde et cõmunis locus dicitur·quia absente persona non tantum in homine quantum in ipsum crimẽ exponitur. Omne enim vicium non in vno tantum· sed etiam cõmune in pluribus inuenitur.

Demonstratiuũ gnꝰ

Laudis

Spes

Vituperiũ

genꝰ demonstratiui

De. Gemino statu causarũ. Ca·v

Status apud rhetores dicitur ea res in qua causa consistit·id est constitutio. Graeci enim statũ a cõtentiõe istasim dicunt. Latini autem nõ solum a pugna per quam expugnent propositionẽ aduersarii·sed ꝙ ĩ eo pars vtraqꝫ consistat. Fit autem ex intentione·& depulsione. Status autem causarum duo sunt·rationalis·& legalis. De rationali oriuntur

79.

2

L. Gr[illegible]

coniectura·finis·qualitas·transfatio.De fine iudicialis & nego/cialis.De iudiciali·absoluta·& assumptiua.De assumptiua·concessio·remotio·criminis relatio· criminis compensatio. De concessione·purgatio· & deprecatio. Coniecturalis status est cum factum quod ab alio obiicitur·ab alio pernegatur. Definitiuus status est·cum id quod obiicitur·non hoc esse contenditur· sed quid illud sit adhibitis diffinitionibus approbatur.Ipa & constitutio generalis dicitur. Qualitas ē· dum qualis sit res querit· et quia de vi & genere negocii controuersia agitur· constitutio generalis appellatur. Transfatio ē cum causa pēdet ab eo·quod non aut is agere videtur quem oportet·aut nō apud quos·quo tempore·qua lege·quo crimine·qua pena oporteat. Translatiua constitutio ē·quod actio translationis et cōmutationis indigere videtur.Iudicialis ē·in qua equi & recti natura & premii aut poene ratio queritur. Negocialis ē·in qua q̄d iuris ex ciuili more & equitate sit consideratur.Assumptiua ē·que ipa ex se nichil dat firmi ad recusationem·foris autem aliquid defensionis assumit.Concessio ē·cum reus omnis non id quod factum ē defendit·sed ut ignoscatur postulat. Quod nos ad penitētes ꝓbamus pertinere.Remotio criminis ē·cum id crimen quod infertur ab se & ab sua culpa vi & potestate in alium reus dimouere conat̃ Relatio criminis ē· cum ideo iure factum dicitur· q̄ aliq̄s ante iniuriam lacessitus sit.Comparatio ē·cum aliud aliqua alterius factum honestum·aut vtile· contēditur· quod ut fieret illud q̄d arguitur dicitur esse commissum.Purgatio ē·cum factum quidem conceditur·sed culpa remouetur.Hec partes habet tres·imprudentiā casum· necessitatē. Depcatio ē ·cum et se peccasse & consultu peccasse reus confitetur·et tamen ut ignoscat̃ postulat Quod genus praro potest accidere. Item ex legali statu haec oriuntur·id ē scriptum & voluntas·legis contrarie ambiguitas·collectio siue ratiocinatio·& diffinitio legalis. Scriptū & volūtas ē quando verba ipsa videntur cum sententia scriptoris dissidere. Legis contrarie status ē·quando inter se due leges aut plures discrepare videntur. Ambiguitas ē·cum id quod scriptum ē·duas aut plures res significare videtur. Collectio vel ratiocinatio est· quando ex eo quod scriptum ē aliud quoq; quod nō scriptum est inuenitur.Diffinitio legalis ē cum vis verbi quasi in diffinitiua constitutione in qua posita sit queritur. Status ergo tam

rationales q̃m legales a quibuſdam certius· xviii· connumerati ſunt. Ceterum ſecundum rhetoricas tullii·xviiii·reperiunt̃·propterea quia tranſlationẽ inter rationales principaliter affixit ſta/tus. Inde ſe ipe etiam cicero reprehẽdens tranſlationẽ legalibus ſtatibus applicauit·

De. Tripertita controuerſia Ca·vi

TRipertita controuerſia iuxta ciceronem aut ſimplex ẽ aut iuncta Et ſi iuncta erit conſiderandum eſt vtrũ ex pluribus queſtionibus iuncta ſit·an ex aliqua cõparatione. Controuerſia ſimplex eſt·que abſolutã continet vnã queſtionem· hoc modo. Corinthiis bellum indicimus·an nõ? Iuncta eſt ex pluribus queſtionibus· in qua plura queruntur· hoc pacto. Vtrum carthago diruatur·an carthaginenſibus red/datur·an eo colonia deducatur. Ex comparatione in qua per cõtentionem vtrum potius aut q̄d potiſſimum queritur·ad hũc modum. Vtrum exercitus in macedoniam contra philippum mittatur qui ſociis ſit auxilio· an teneatur ĩ italia·aut q̃mmaxi/me contra hannibalem poſite copie ſint.

De. Quatuor partibus orationis Ca·vii·

PArteſ orationis in rhetorica arte quatuor ſunt. Exor/dium. Narratio. Argumentatio. Concluſio. Harum prima auditoris animum prouocat. Secunda res ge/ſtas explicat. Tercia fidem aſſertiõibus facit. Quarta finẽ tocius orationis complectitur. Inchoandum eſt itaq; taliter·ut beniuolum·docilem·vel attentũ auditorem faciamus. Beniuolum pre/dicando. Docilem inſtruendo. Attentum excitando. Narrandũ eſt ita·ut breuiter atq; apperte loquamur. Argumẽtandum eſt ita·ut p̀mum noſtra firmemus·dehinc aduerſa confringamus. Concludendum eſt ita· ut concitemus animum audientis im/plere que dicimus.

De. Quinq; modis cauſarum. Ca·viii

SPecies cauſarum ſunt quinq;. Honeſtũ. Admirabile· Humile. Anceps. Obſcurum. Honeſtũ cauſae genus eſt·cui ſtatim ſine oratione noſtra fauet animus au/ditoris Admirabile eſt·quo eſt attentius vel alienatus animus eorum qui audituri ſunt. Humile eſt quod negligitur ab audi/tore·& nõ magnopere attendendũ videtur. Anceps eſt in quo aut iudicatio dubia eſt. Aut cauſa honeſtatis & turpitudinis

particeps·ut & beniuolentiam pariat & offensam. Obscurum in quo aut tardi auditores sunt·aut difficilioribus ad cognoscē dum negociis causa cernitur implicata.

De. Sillogismis rhetoricis. Ca·ix

Sillogismus graece· latine argumentatio appellatur. Argumentatio autem dicta est·quasi argute mentis oratio·qua inuentum probabile exequimur. Silogismus igitur est propositionis et assumptionis·confirmationisq; extrema conclusio· aut ex ambientis incerto·aut ex fiducia comprobātis.Constat enim tribus partibus.Propositione.Assumptione.Conclusione. Propositione·utputa·quod bonum est·turpem vsum habere non potest.Consensit audiēs.Assumpsit ille Pecunia turpem vsum habet. Concluditur.Ergo·pecunia non est bonum. Sillogismis autem nō solum rhetores·sed maxime dialetici vtuntur·licet apostolus sepe proponat·assumat·confirmet· atq; concludat·que ut diximus proprie artis dialetice atq; rhetorice sunt.Sillogismoꝝ apd̄ rhetores pn̄cipaliter genā duo sunt.Inductio·&.Ratiocinatio.Inductionis membra tria sunt. Prima propositio.Secunda illatio·que & assumptio dicit̄. Tercia conclusio.Inductio est·que pro rebus non dubiis captat assensionem eius cum quo instituta est· siue inter philosophos· siue inter rhetores·siue inter sermocinantes.Propositio inductionis est· que similitudines concedende rei necessario vnius inducit·aut plurimorū. Illatio inductionis est·que & assumptio dicitur·que rem de qua contenditur & cuius cause similitudies habite sunt introducit.Conclusio inductionis est·que aut concessione illationis confirmat aut quid ex ea conficiatur declarat Ratiocinatio est oratio·qua id de quo est questio comꝓbatur· Enthimema igitur latine interpretatur mentis conceptio· quā imperfectum sillogismum solent artigraphi nuncupare. Nam in duabus partibus eius argumenti forma consistit·quando id quod ad fidem pertinet faciendam vtitur sillogismorum lege preterita·ut est illud.Si tempestas vitanda est·non est igitur nauigandum. Ex sola enim propositione constat esse perfectum· vnde magis rhetoribus q̄m dialeticis conuenire iudicatum est. Ratiocinationis duo sunt modi.Primus enthimema que ē imperfectus sillogismus atq; rhetoricus. Secundus epithirema q est in rhetoricis & latior sillogismus. Enthimematis membra

ſunt·v.Primum conuincibile. Secundum oſtentabile.Terciū ſententiale.Quartum exemplabile.Quintum collectiuum.Conuincibile eſt· quod euidenti ratione conuincit· ſicut fecit cicero pro milone.Eius igitur mortis ſedetis vltores·cuius vitam & ſi putetis per vos reſtitui poſſe nolitis.Oſtentabile eſt quod certa rei demonſtratiōe conſtringit·ſicut cicero in catilina.Hic tamē viuit·immo viuit & iam in ſenatu viuit. Sentenciale eſt·quod ſententia generalis addicit·ut apud terrē·tium. Obſequium amicos·veritas odium parit. Exemplabile ē quod alicuius exempli comparatione euentum ſimilem cōminatur·ſicut cicero in philippicis.Te miror antoni quorum exempla imitaris·eoꝝ exitus non pertimeſcere. Collectiuum eſt·cum in vnum q̄ argumentata ſunt colliguntur· ſicut ait cicero pro milone. Quem igitur cum gratia noluit·hunc voluit cum aliquorum querela·quem iure quem loco· quem tempore nō eſt auſus·hunc iniuria·alieno tempore· cū periculo capitis nō dubitauit occidere. Preterea ſecundum victorinū enthimematis eſt altera diffinitio ex ſola propoſitiōe· ſicut iam dictum eſt·que ita conſtat. Si tempeſtas vitanda eſt· non eſt nauigatio requirenda·ex ſola aſſumptione· ut eſt illud. Si inimicus eſt·occidit.Inimicus autem eſt. Et q a illi deeſt concluſio enthimema vocatur. Sequitur epichirema deſcendens de ratiocinatione latior & excutior rhetoricis ſillogiſmis latitudine diſtans· & productione ſermonis a dialeticis ſillogiſmis·propter quod rhetoribus datur. Hic autem conſtat modis tribus.Primus modus tripertitus eſt.Secundus quadripartitus.Tercius quinq̧partitus. Tripartitus epicheremat icus ſillogiſmus eſt·qui conſtat membris tribus·id eſt propoſitione· aſſumptione·concluſione.Quadripartitus ē·qui conſtat ex mēbris quatuor. Prima propoſitione. Secunda aſſumptiōe·et vna propoſitionis ſiue aſſumptionis coniuncta. Tercia probatione et concluſione.Quinq̧partitus ē· qui conſtat ex membris quīq̧ id eſt.Prima propoſitione.Secunda eius probatiōe. Tercia eius aſſumptione.Quarta eius probatiōe.Quinta concluſione. Hūc cicero ita facit in arte rhetorica. Si deliberatio & demonſtratio genera ſunt cauſarum· nō poſſunt recte partes alicuius generis cauſe putari.Eadem enim res alii genus·alii pars eſſe poteſt.Idē genus & pars non poteſt·& certa quouſq̧ ſillogiſmi huius mēbra claudantur.

De. Lege· Ca·x

L Ex est constitutio populi quam maiores natu cum plebibus sanxerunt. Nam quod rex aut imperator edicit constitutio vel edictum vocatur. Institutio equitatis duplex est: nunc in legibus: nunc in moribus. Inter legem autem & mores hoc interest: quod lex scripta est: mos vero vetustate probata consuetudo: siue lex conscripta. Nam lex a legendo vocata: quia scripta est. Mos autem longa consuetudo est: de moribus tracta tantundem Consuetudo autem ius quoddam moribus institutum: quod pro lege suscipitur cum deficit lex. Nec differt scriptura an ratione consistat: quando & legem ratio commendat Porro si ratione lex consistat: lex erit omne iam quod ratione constiterit: dumtaxat quod religioni congruat: quod discipline conueniat: quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo: quia est in communi vsu. Omnis autem lex aut permittit aliquid: ut vir fortis petat premium. Aut vetat: ut sacrarum virginum nuptias nulli petere liceat. Aut punit: ut qui cedem fecerit: capite plectatur Facte sunt leges: ut earum metu humana coherceatur audacia: tutaque sit inter probos innocentia: & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas. Legis enim premio: aut pena vita moderatur humana. Erit autem lex honesta: iusta: possibilis: secundum naturam: secundum consuetudinem patrie: loco: temporique conueniens: necessaria: vtilis: manifesta quoque: ne aliquid per obscuritatem in captione contineat: nullo priuato commodo: sed pro communi ciuium vtilitate conscripta.

De. Sententia. Ca. xi

S Ententia est dictum impersonale: ut. Obsequium amicos: veritas odium parit. Huic si persona fuerit adiecta crian erit: ita offendit achilles agamennonem vera dicendo: metrofanes promeruit gratiam mitridatis obsequendo. Nam inter crian & sententiam hoc interest: quod sententia sine persona profertur: crian sine persona nunquam dicitur. Vnde si sententiae persona adiciatur fit crian: si detrahatur fit sententia.

De. Catasceua &. Anasceua. Ca. xii

C Atasceua est confirmatio proposite rei. Anasceua autem contraria superiori est. Reuincit enim non fuisse aut non esse quod natum: aut factum: aut dictum esse proponitur: ut siquis chimeram neget fuisse confirmet. Inter has et thesin hoc interest quod thesis quamuis et ipsa habeat disputationem

in vtramq; partem·tamen incerte rei quasi quedam deliberatio vel cohortatio est. Catasceua autem & anasceua in his rebus q̄ verisimiles non sunt· sed pro veris ponuntur plerūq; versantur Anasceue prima diuisio est inconueniens & mendacium. Incō uenientis species sunt· quod inhonestum est· & quod inutile. Item inhonestum tractatur·aut ī dictis·aut in factis. In dictis ut siquis indecora & non respondentia auctoritate dixisse dicat̄ velut si aliquis infamet catonem censorium iuuentutem illam ad nequiciam & luxuriam cohortatum. In factis· ut siquis ab/horrens aliquid a sanctimonia et nomine suo fecisse dicatur·ut est fabula de adulterio martis & veneris. Mendaciū tres habet species. Incredibile quod factum esse non credatur·ut adolescentem qui de siculo litore ingredientes affricam classes videret. Impossibile est ut clodius insidias miloni fecerit· & idē occisus sit a milone. Contrarium est. Nam si insidias fecit occidit. Occisus est·non fecit insidias. Hec distributio in contrarium reformata catasceue proderit. Oportebit credendum esse. Oportebit tamen principia sic ordinare·ut aut credendum esse veterū auctoritati· aut fabulis fidem non habendam esse dicamus·& ad id postre/mum in anasceua requiramus·ne q̄d aliud significare voluerint qui ista finxerunt· ut scillam non marinam· sed maritimam fe/minam·nec succinctam canibus sed rapacem aliquam & inho/spitalem venientibus extitisse.

De. Prosopopeia Ca·xiii

PRosopopeia est cum inanimalium & persona & ser/mo fingitur. Cicero ī catilina. Etenim si mecū patria meaque michi vita mea multo est carior loqueret̄· dicens & cetera. Sic & montes & flumina vel arbores loq̄ntes inducimus· personam imponentes rei· que nō habet naturam loquendi· quod & tragedis vsitatum est· & in orationibus fre/quentissime inuenitur.

De. Ethopoegian Ca·xiiii

ETHopoegian vero illam vocamus· in quā hominis personam fingimus·pro exprimendis affectibus eta/tis·studii·fortūe·laeticie·sexus·meroris·audacie. Nam cum pirate persona suscipitur·audax·abrupta· temerata erit ora/tio. Cum femine sermo simulatur· sexui debet conuenire oratio Iā vero adolescentis·& senis·& militis· & imperatoris·& parasiti

2

Li Gr...

et ruſtici·et philoſophi diuerſa oratio eſt dicenda aliter dicendi Aliter enim loquitur gaudio affectus·aliter vulneratus. In quo genere dictionis illa maxime ſunt cogitanda· quis loquatur·& apud quem·& de quo·& vbi·& quo tempore·quid egerit·quid acturus ſit·aut quid pati poſſit ſi haec conſulta neglexerit.

De. Generibus queſtionum. Ca·xv·

G Enera queſtionum duo ſunt· quorum vnum eſt finitum·alterum infinitum. Finitum ipotheſis graece latine cauſa dicitur·vbi cum certa perſona cōtrouerſia eſt. Infinitum quod graece theſis· latine propoſitum nominatˀ. Hoc perſonam nō habet certam· nec ineſt ei aliqua certa circūſtantia·id eſt nec locus·nec tempus. In cauſa vero certa omnia ſunt·vnde quaſi pars cauſe eſt propoſitum.

De. Elocutione. Ca·xvi

I Am vero in elocutionibus illo vti oportebit· ut res·locus·tempus·perſona audientis efflagitat·ne profana religioſis·ne inuerecunda caſtis·ne leuia grauibus·ne laſciua ſeriis·ne ridicula triſtibus miſceantur Latine autem & perſpicue loquendū. Latine autem loquitur·qui verba rerum vera & naturalia perſequitur· nec a ſermōe atq; cultu preſentis temporis diſcrepat. Huic non ſit ſatis videre q̄d dicat· niſi id quoq; ſuauiter & apperte dicere ne id quidem tantum niſi id quod dicat & facere.

De. Trimodo genere dicendi. Ca·xvii

D Icenda ſunt quoq; ſummiſſa leuiter·incitata grauiter inflexa moderate. Hoc ē enim illud trimodū genus dicendi·humile·medium·grandiloquum. Cum enī magna dicimus granditer ꝓferenda ſunt. Cum parua dicimus ſubtiliter. Cum mediocria tēpate. Nā in paruis cauſis nichil grande· nichil ſublime dicendum eſt· ſed leui ac pedeſtri more loquēdum. In cauſis autem maioribus vbi de deo vel hominū ſalute referimus·plus magnificentie & fulgoris eſt exhibendū In temperatis vero cauſis vbi nichil agitˀ ut agat· ſed tantūmodo ut delectetur auditor·inter vtrumq; eſt moderate dicēdum. Sed & q̃muis de magnis rebus quiſq; dicat· non tamē ſemper granditer vel docere debet· ſed ſummiſſe cum docet· temperate cum aliquid laudat vel vituperat· granditer cū ad conuerſionē auerſos animos prouocat. Vtenda tamen verba in ſummiſſo genere ſufficiētia·in temperato ſplendentia·in grādi vehemētia.

De. Cola & Commata & Periodo Ca xviii

Omponitur autem instruiturq; omis oratio verbis· comma· & colon· & periodon. Comma particula est sententie. Colon membrum. Periodus ambitus vel circuitus. Fit autem ex coniunctione verborum comma· ex cõmate colon· ex colon periodus. Comma est iuncture finitio· ut puta. Etsi vereor iudices. Ecce vnum comma. Sequitur & aliud comma. Ne turpe sit pro fortissimo viro dicere. Et factum est colon id est membrum quod intellectum sensui prestat· sed adhuc pendet oratio. Sicq; deinde ex pluribus membris fit periodus· id est extrema sententie clausula. Ita veterem iudiciorũ morem requirunt. Periodus autem longior esse non debet· q̃m ut vno spiritu proferatur.

De. Viciis litterarũ & verborũ & sententiarũ cauẽdis Ca·xix.

Reterea purum & honestum oratoris eloquium carere debet omĩbus viciis· tam in litteris q̃m in verbis q̃m etiam in sententiis. In litteris· ut iunctura apta et conueniens sit· & sit obseruãdum ne precedentis verbi extrema vocalis in eandem vocalem primam incidat verbi sequentis· ut femine egiptie. Que in iunctura aliter structura melior fit· si cõsonantes vocalibus applicentur. Trium quoq; consonantium que se incidentes· stridere & quasi rixari videntur· vitanda iunctura est· id est· x· r· s. ut ars· studiorum· rex· xerxes· error romuli. Fugienda est & consonans m illisa vocalibus· ut verum enim· Preterea carere debet oratio & omnibus viciis que inter prima grammaticorum studia cognoscuntur.

De. Iuncturis verborum. Ca·xx

N verbis quoq; cauenda sunt vicia· ut non impropria verba ponantur· que greci acirologian vocãt. Amanda est ergo ꝓprietas· sic tamen ut nõ aliquando ꝓpter humilitatẽ sordidi aut spurci vocabuli translatis nominibus sit vtendum· non tamen longe accitis· sed ut veris proxima & cognata videantur. Fugienda etiam iperbata longiora· que fieri sine aliorum sensuum confusione nõ possunt. Ambiguitas quoq; & vicium illud cauendũ cum quidã iactatione eloquentie ducti· quod vno aut duobus verbis significare poterant· interpositis inanibus vocibus lõga & circumplexa ambage concludunt· quod vicium perisologia vocatur. Cui contrariũ criminis vicium est· ut breuitatis studio

etiam necessaria verba furari. Fugienda sunt quoq; sicut in litteris & verbis ita & in sententiis vicia que inter prima grammaticorum studia cognoscuntur. Sunt autem cacephaton·tantologia·elempsis· acirologia· macrologia· perisologia· pleonasmos·& his similia. At contra orationem extollit & exornat. energiatum·empbasis· que plus quiddam q̃m dixerat intelligi facit·ut si dicas·ad gloriam scipionis ascendit. Et virgilius. Dimissum lapsi per funé. Cum enim dicit lapsi altitudinem imaginis suggerit. Huic cótraria virtus est verbis minuere·que natura sua magna sunt.

De. Figuris verborum et sententiarum Ca· xxi

AVgetur & ornatur oratio etiam figuris verborum & sententiarum. Nam quia directa & perpetua oratio fatigationem atq; fastidium tam dicendi q̃m audiendi creat·flectenda est·& in alias versanda formas·ut et dicẽtem reficiat·& ornatior fiat·& iudicem diuerso vultu audituq; deflectat. E quibus plurime superius a donato in scematibus artis grammatice annotate sunt. Vnde tãtum illa hic interponi oportuit· que in poemate aut nunq̃m aut difficulter fiunt. In oratione autem libere fiunt. Anadiplosis est congeminatio verborum·ut. Hic tamen viuit·& non solum viuit·sed etiam in senatu viuit. Climax est gradatio cum ab eo verbo quo sensus superior terminatur· inferior incipit· ac dehinc quasi per gradus dicendi ordo seruatur·ut est illud affricani. Ex innocẽtia nascit̃ dignitas·ex dignitate honor·ex honore imperium·ex imperio libertas. Hanc figuram nónulli catenam appellant·propter quod aliud in alio quasi nectitur nomine·atq; ita res plures in geminatione verborum trahuntur. Fit autem hoc scema non solum in singulis verbis· sed etiam in contextione verborum· ut apud graccum. Pueritia tua adolescentie tue inhonestamentum fuit· Adolescentia senectuti dedecoramentum. Senectus reipublice flagicium Sic & apud scipionem. Vi atq; gratis coactus cum illo sponsionem feci·facta sponsióe ad iudicem adduxi·adductũ primo cetu damnaui·damnatũ ex voluntate dimisi. Anthiteta que latine contraposita appellantur· que dum ex aduerso ponũtur sententie pulcritudinem faciunt·& in ornamento locutióis decentissima existũt· ut cicero. Ex hac pte pudor pugnat·illinc petulãtia·hinc pudicicia·illinc stupꝝ·hinc fides·illinc fraudatio

hinc pietas·illinc scelus·hinc constantia·illinc furor· hinc hone
stas·illinc turpitudo·hinc continentia·illinc libido· hinc deniq;
equitas·temperantia·fortitudo prudentia. Virtutes omēs certāt
cum iniquitate·luxuria· ignauia·temeritate· cū viciis omnibus.
Postremo copia cum egestate· bona ratio cum perdita·mens sa/
na cum amentia.Bona deniq; spes cum omnium rerum despe/
ratione confligit.In huiusmodi certamine ac proelio huiusmo/
di locutionis ornamento liber ecclesiasticus vsus est dicēs.Con
tra malum bonum & contra mortem vita·sic contra pium pec/
cator·& sic intuere in omnia opera altissimi· bina & bina·vnū
contra vnum.Sinonimia est quotiens in connexa oratione plu
ribus verbis vnam rem significamus·ut ait cicero. Nichil agis·
nichil moliris·nichil cogitas. Et item. Non feram·non patiar·
nō sinam. Epanados quam regressionem nōnulli nostri vocāt
principium dignitas erat· pene par·non par fortasse eorum qui
sequebantur. Antapodosis quotiens media primis & vltimis
conueniunt.Vestrum etiam hoc factum reprehendo patres cō
scripti non meum ac pulcerrimum quidem factum· verum ut
dixi·non meum sed vestrū.Paradisiastole est quotiens id quod
dicimus interpretatione discernimus· cum te ꝓ astuto sapientē
appellas·pro inconsiderato fortem·pro inliberali diligētem.An/
tanaclasis est que eodem verbo contrarium exprimit sensum.
Querebatur quidam de filio cur mortem suā expectaret·respon
dente·nō expecto·immo peto inquit ut expectes.Antimetabo/
le est conuersio verborum·que ordine mutato contrariū efficit
sensum.Non ut edam viuo·sed ut viuā edo. Et illud. Si consul
antonius·brutus hostis. Si ꝯseruator reipublice brutus·hostis
antonius.Exocen q̄s eos appellauit? appius·q̄s ꝓduxit appius?

De. Figuris sententiarum. Ca·xxii

NVnc figuras sententiarum quas operepreciū ē cog
noscere persequimur.Sentētia est dictū impersonale
ut. Obsequium amicos·veritas odium parit. Huic si
persona fuerit adiecta·crian erit ita.Offendit achilles agamēno/
nem vera dicendo. Metrofanes promeruit gratiam mitridatis
obsequendo.Nam inter crian & sententiam hoc interest·ꝙ sen
tentia sine persona profertur·crian sine persona nunq̄m dicitur
Vnde si sententie persona adiciatur fit crian. Si detrahatur fit
sententia. Sententiarū species multe sunt·alie sunt indicatiue

L. Gra

Alie pronunciatiue·ut. Nusq̃m tuta fides. Alie imperatiue·ut Vade age nate voca zephiros & labere pennis. Alie admiratiue· ut. Tante ne animis caelestibus ire. Alie comparatiue·ut. Si vinco & pereo·quid ibi me vincere prestat? Alie superlatiue q̃ cum aliquo motu animi et indignatione promunt̃. Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames? Alie interrogatiue·ut. Iuuenes que causa subegit ignotas temptare vias. Quod genus·vnde domum·pacem ne huc fertis·an arma? Alie responsiue·ut illinc istinc. Alie deprecatiue·ut. Eripe me his inuicte malis. Alie ꝓmissiue·ut. Parce metu cithарea manent immota tuorum. Alie concessiue·que impulsione prohibeant·ut. Sequere italiā ventis pete regna per vndas. Que tamen ne non intellecta sit persuasio permixta sunt aliqua que vetent latenter· ut ventis per vndas. Alie demonstratiue·ut en ecce. Alie optatiue·ut. O michi preteritos referat si iupiter annos Alie derogatiue·ut nequaq̃m. Alie que cum exclamatione proferuntur·ut. Quis furor o ciues pacē conuertit in arma? Et cicero. O dii immortales vbi nā gentium sumus? Alie exhortatiue· cum ad sententiam prouocamus· ut Aude hospes contemnere opes. Alie dehortatiue cū a contrario vicio peccatoq; reducimus. Sunt & affirmatiue·ut qd ni q̇ppe. Praeceptiue·ut. Nudus ara·sere nudus·& habebis frigore messes Vetatiue·ut. Neue inter vites corilum sere·neue flagella summa pete. Negatiue·ut non minime. Sunt & miratiue·ut. Pape viuere non licet & fornicari libet. Dolentis·ut. Hei michi q̧ nullus amor est sanabilis herbis. Flentis similitudinis. Sic ut creta fertur quondam laborinthus in alta. Admonentis· irridentis·gemētis·exoratiue·consolatiue·commiserantis·quorum quot sunt genera·tot & in pronunciando voces. Sunt & anfidoxe·quarū pars honesta est·pars inhonesta·ut. Non est tua tuta voluntas· magna regna petis pheton. Sunt & alie procatalempsis cum id qua nobis obici potat ante presumimus ad diluendū· ut siq̇s nostrum iudices aut eorum qui assunt forte miratur. Sunt & aporie dubitatio simulantis nescire se que scit·aut quomodo dicatur. Ononosis autem dicitur communicatio consilii cū iudicibus·aut aduersariis·ut si dicas. Vos consulo iudices·aut vos aduersarii quid me facere cōueniret· aut quid vos facturi fuissetis Paradoxon est cum dicimus inoppinatum aliquid accidisse·ut ꝓ flacco cicero· cuius laudis ṗdicator esse debuerit eius periculi

deprecatorem esse factum. Epitrope id est permissio· cũ aliqua ipis iudicibus·aut aduersariis ꝑmittimus existimãda·ut caluus in vaticinio·perfrica frontem·& te digniorem qui pretor fieres q̃m catonem.Parisia est oratio libertatis & fiducie plena·occidi non spurium melium & cetera. Qua figura caute vtendum est· ut cicero·ꝑmisit enim ratione.Ethopopeia est cum sermonem ex aliena persona inducimus· ut pro celio tullius facit appium cecum cum clodio loquentem. Energia est rerum gestarũ aut quasi gestarum sub oculis inductio· de qua locuti iam sumus. Methatesis est que mittit animos iudicum in res preteritas aut futuras hoc modo. Reuocate animos ad spectaculũ expugnate misere ciuitatis·& videre vos credite incendia·cedes·rapinas·direptiones liberorum· vel viuorum corporum iniurias· captiuitates matronarum·trucidationes senum.In futurum autem anticipatio eorum que dicturus est aduersarius· ut tullius ꝓ milone cum mittit animos iudicum in eum locum reipublice status futurus est· etiam si occiso milõe clodius viueret. Apposiopesis est cum id quod dicturi videbamur silentio interdicimus Quos ego sed motos prestat componere fluctus. Epanalemsis est digressio.Tulit calor me dicendi·& dignitas rerũ paulo longius q̃m volebam· sed redeo ad causam. Anaminisis est cõmemoratio eius rei quam oblitos fuisse nos fingimus. Aparasis ẽ cum id quod in animos iudicum quasi deposueramus oportune reposcimus. Ethimologia est cum proponi oportune reposcimus aliquid·eiusq; causam et rationem reddimus. Caracterismus est discriptio figure alicuius expressa·ut.Omnia mercurio similis voceuq; coloremq;.Et crines flauos & membra decora iuuenta. Litrismos est cum plures sensus breuiter expeditos in vnum locum coaceruat & cum quadam festinatione decurrit· ut cicero.Rempublicam quirites vitamq; omnium vestrũ bõa· fortunas·coniuges·liberosq;· vsus·& cetera. Yronia est cum per similitudinem diuersum q̃m dicit intelligi cupit.Fit autem aut cum laudamus eum quem vituperare volumus.Aut vituperamus quem laudare volumus.Vtriusq; exemplum erit. Si dicas amatorem reipublice cathilinam·hostem reipublice scipionem. Diasismos ea que cum magna sunt verbis minuit aut minima extollit.Efin est quotiens in eodem sensu diutius immoramur ut Cui tandem pepercit?Cuius amicicie fidem custodiuit? Cui

bono inimicus non fuit? Quando nō aut accusauit aliquē·aut verberauit· aut prodidit. Epangelia est promissio qua iudicem attentum facimus pollicentes nos aliqua magna aut minima dicturos. Prosopopeia est cum inanimalium & persona & ser/mo fingitur. Cicero in catilina. Etenim si mecum patria meaq̄ michi vita mea multo est carior: loqueretur dicens & cetera. Paratesis est cū quasi deponimus aliquid imperfectum apud me/moriam iudicum repetituros nos dicentes cum oportunū fue/rit. Peusis est soliloquium cum ad interrogata ipi nobis respondemus. Sinosis est cum differimus aliquid petētes·ut aliud in/terim nos permittant dicere Ca·i

INCIPIT · LIBER · TERCIVS · DE · DIALECTICA

DIALECTICA ·EST·DISCIPLINA AD·DISCERNENDAS ·RERVM CAVSAS·INVENTA·IPSA·EST philosophie species·que logica dicitur id ē rationalis·diffiniendi· querendi·& differē/di potēs. Docet enim in pluribus generi/bus questionum quemadmodum disputando vera & falsa di/iudicētur. Hanc quidem primi philosophi in suis dictionibus habuerunt·non tamen ad artis redigere peritiam. Post hos are stoteles ad regulas quasdam huius doctrine argumēta ꝑduxit & dialecticam nuncupauit· pro eo q̄ in ea de dictis disputatur Nam lecton dictio dicitur. Ideo autem post rhetoricā discipli/nam dialectica sequitur·quia ī multis vtraq; cōmunia existunt

De. Differentia dialectice & rhetorice artis Ca·ii

DIalecticam vero & rhetoricam varro in nouem disci/plinarū libris tali similitudine diffiniuit. Dialectica et rhetorica ē quod in manu hominis pugnus astric/tus· & palma distensa. Illa verba contrahens. Ista distendens. Dialectica quidem ad disserendas res acutior· rhetorica ad illa que nititur docenda facundior. Illa ad scolas nō nunq̄m venit· ista iugiter procedit in forum. Illa requirit rarissimos studiosos hec autē frequēter & populos. Solent autē philosophi ante q̄m ad isagogen veniant exponendam·diffinitionem philosophiae

ostendere·quo facilius ea que ad eam pertinent demonstrentur

De. Diffinitione. Philosophie Ca·iii·

Philosophia est rerum humanarum diuinarumq; cognitio·cum studio bene viuendi coniuncta. Haec autem duabus ex rebus constare videtur·scientia et oppinatione. Scientia est cum res aliqua certa ratione percipitur. Oppinatio autem cum adhuc res incerta latet· & nulla ratione firma videtur·utputa·sol vtrum ne tantus quantus videtur·an maior sit q̃m omnis terra. Item luna globosa sit an concaua. Et stellae vtrum ne adhereant caelo· an per aerem libero cursu ferantur. Caelum ipm qua magnitudine·qua materia constet·vtrum quietum & immobile sit· an incredibili celeritate voluatur. Quanta terre crassitudo·aut quibus fundamētis librata & suspensa permaneat. Ipm autem nomen latine interpretatum amorem sapientie profitetur. Nam graeci philo amorem·sophiam sapientiā dicūt. Philosophie species tripertita est. Vna naturalis q̃ grece phisica appellatur·in qua de nature inquisitione disserit̄. Altera moralis·que grece ethica dicitur·in qua de moribus agitur. Tercia rationalis que graeco vocabulo logica appellatur·in qua disputatur quemadmodum in rerum causis vel vitae moribus veritas ipa queratur. In phisica igitur causa querēdi. In ethica ordo viuendi In logica ratio intelligendi versatur. Phisicam apud grecos primus perscrutatus est tales milesius vnus ex septem illis sapientibus. Hic enim ante alios celi causas·atq; vim rerum naturalium contemplata ratione suspexit. Quā postmodum plato in quatuor diffinitiōes distribuit id est arithmeticā·geometriā·musicam·astronomiam. Ethicam socrates primus ad corrigendos componendosq; mores instituit·atq; omne studiū eius ad bene viuendi disputationem perduxit. Diuidens eā in quatuor anime virtutes·id est prudentiam·iusticiam·fortitudinem temperantiam. Prudentia est in rebus qua discernūtur a bonis mala. Fortitudo qua aduersa equanimiter tolerantur. Temperātia qua libido concupiscentiaq; rerū frenatur. Iusticia qua recte iudicando sua cuiq; distribuuntur. Logicam que rationalis vocatur plato subiunxit per quam discussis rerum morūq; causis· vim earum rationabiliter perscrutatus est· diuidens eam in dialecticam et rhetoricam. Dicta autem logica id est rationalis Logos enim apud graecos & sermonem significat & rationem

Logos: apud grecos: nō solū sermonem: sed et racionem [illegible]

In his quippe tribus generibus philosophie etiã eloq̃a diuina consistunt. Nam aut de natura disputare solent· ut in genesi & ecclesiasten. Aut de moribus·ut in prouerbiis· & in omnibus sparsim libris. Aut de logica· pro qua nostri theologicam sibi vendicant·ut in canticiscanticorum & euangeliis. Item aliqui doctorum philosophiã in nomine & partibus suis ita diffinie/runt. Philosophia est diuinarum humanarumq; rerũ inquãtũ homini possibile est probabilis scientia. Aliter. Philosophia est ars artium & disciplina disciplinarum. Rursus. Philosophia est meditatio mortis·quod magis conuenit xp̃ianis·qui seculi am/bitione calcata·conuersatione disciplinabili similitudine future patrie viuunt. Philosophia diuiditur in duas partes. Prima ĩ inspectiuã. Secunda in actualem. Alii diffinierunt philosophie rationẽ in duabus consistere partib9· quaꝝ prior inspectiua est altera actualis. Inspectiua diuiditur in tribus modis·id est. Pri/mo in naturalem. Secundo in doctrinalem. Tercio ĩ diuinalem Doctrinalis diuiditur in quatuor partes·id est. Prima in arith/meticam. Secunda in musicam. Tercia geometriã. Quarta astro nomiam. Actualis diuiditur in tribus·id est. Prima ĩ moralem Secunda dispensatiuam. Tercia ciuilem. Inspectiua dicitur qua supergressi visibilia· de diuinis aliquid & caelestibus cõtempla/mur· eaq; mente solũmodo inspicimus· que corporeum super/grediuntur obtutum. Naturalis dicitur vbi vniuscuiusq; rei na/tura discutitur·qua nichil geratur in vita· sed vnumquodq; his vsibus deputatur in quibus a creatore diffinitum est· nisi forte cum voluntate dei aliquod miraculum prouenire monstratur. Diuinalis dicitur quando aut ineffabilem naturam dei·aut spi ritales creaturas ex aliqua parte profundissima qualitate differi/mus. Doctrinalis dicitur sciẽtia que abstractã considerat quã/titatem. Abstracta enim quantitas dicitur·quã intellectu a ma/teria separantes· vel ab ipsis accidentibus·ut ẽ par·impar· vel ab huiusmodi in sola ratiocinatione tractamus. Cuius species sunt quatuor·arithmetica·geometria·musica·astronomia. Arithme/tica ẽ disciplina·quantitatis numerabilis secundum se. Geome/tria est disciplina quantitatis magnitudinis immobilisq; for/marum. Musica ẽ disciplina que de numeris loq̃tur qui ad ali/quid sunt his que inueniũtur in sonis· Astronomia est discipli/na que cursus celestium siderumq; figuras contemplatur omẽs·

et habitudines stellarum circa se & circa terrã indagabili ratiõe percurrit. Porro actualis dicitur que res ꝓpositas operatiõibus suis explicat. Cuius partes sunt tres·moralis·dispensatiua·& ciuilis. Moralis dicitur per quam viuendi mos honestus appetitur·& instituta ad virtutem tendentia preparant. Dispensatiua dicitur cum domesticarum rerum sapienter ordo disponitur. Ciuilis dicitur per quam tocius ciuitatis vtilitas administratur

De. Isagogis porphirii. Ca·iiii

POst philosophie diffinitiones in quibus generaliter omnia continentur· nũc isagogas porphirii expediamus. Isagoga quippe graece·latine introductio dicit· eorum scilicet qui philosophiam incipiunt· continens in se demonstrationem primarum rationum de qualibet re quid sit· suaq; certa ac substanciali diffinitione declaratur. Nam posito primo genere deinde species·& alia que vicina esse possunt subiungimus· ac discretis cõmunibus separamus· tamdiu interponentes differentias·quousq; ad primum eius proprium de quo querimus signata eius expressione perueniamus·utputa· homo est animal ratiõale mortale·terrenum·bipes·risus capax. Genus animal cum dictum est·substantia homĩs declarata est. Est enĩ ad hominem genus animal· sed quia late patebat·adiecta ẽ spẽs terrenum· iam exclusum est id quod aut aerium·aut humidũ. Differentia vero ut bipes· que propter animalia posita est que multis pedibus innitunt. Item rationale propter illa que ratiõe egent. Mortale autem propter id ꝙ non angelus est. Postea discretis atq; seclusis adiectum est proprium in parte postrema·risus capax. Est enim solum hominis ꝙ ridet. Sic perfecta ẽ oĩs ex parte diffinitio ad hominem declarandum. Cuius discipline diffinitionem plenam existimauerunt arestoteles & tullius ex genere et differentiis consistere. Quidam postea pleniores in docendo eius perfectã substantialem diffinitionem in quinq; partibus velut in membris suis diuiserunt. Quarum prima est de genere. Secunda de specie. Tercia de diffinitione vel differentia. Quarta de proprio. Quinta de accidente. Genus ut animal. Est enim vocabulum generale·& commune omnium animam habentium. Species ut homo. Est enim specialitas qua separatur a ceteris animantibus. Differentia·ut rationale mortale. His enĩ duobus differt homo a ceteris. Cum enim dicitur rationale·

discernitur ab irrationalibus & mutis· que non habent ratioñe Cum mortale discernitur ab angelis qui nesciũt mortem. Proprium ut risibile. Homo enim est quod ridet: & hoc preter hominem nullius animalis est. Accidens ut color in corpore· & doctrina in animo. Haec enim temporum varietate & accedũt et mutantur· & est ex omnibus his quinq; partibus oratio plene sententiae ita. Homo est animal· rationale· mortale· risibile· boni maliq; capax. Sic etiam in omni ratione substantiali tamdiu interponere debemus species & differentias· q̃mdiu seclusis omnibus que hoc idem possunt esse ad id perueniat· ut ꝓprietas iam certa teneatur. Isagogas autem ex graeco in latinũ transtulit victorinus orator· commẽtumq; eius quinq; libris boecius edidit.

De. Cathegoriis arestotelis Ca. v

SEquuntur. Arestotelis cathegoriae· que latine predicam̃enta dicuntur· quibus per varias significationes omnis sermo conclusus est. Instrumẽta cathegoriaꝝ sunt tria. Prima equiuoca. Secunda vniuoca. Tercia denominatiua. Equiuoca sunt quando multarum rerum nomen vnum ẽ sed non eadem diffinitio· ut leo. Nam quantum ad nomen pertinet & verus & pictus & caelestis leo dicitur. Quantum ad diffinitionem pertinet aliter verus diffinitur· aliter pictus· aliter celestis. Vniuoca sunt quando duarum aut plurimarum rerũ vnum nomen est & diffinitio· ut vestis. Nam & birrus et tunica nomen vestis possunt accipere· & eius diffinitionem. Ergo vniuoca in generibus esse intelligunt̃· quia et nomen & diffinitionem dant formis suis. Denomiãtiua id est deriuatiua dicuntur quecunq; ab aliquo solo differentie causa secundum nomĩa habent appellationem· ut a bonitate bonus· a malicia malus.

Cathegoriarum autem species· x· sunt· id est substantia· quantitas· qualitas· relatio· situs· locus· tempus· habitus· agere & pati· Substantia est que proprie & principaliter dicitur que neq; de subiecto predicatur: neq; ĩ subiecto est· ut aliqs homo· vel aliqs equus. Secundae autem substantie dicuntur· in quibus ille spẽs que pꝛĩcipaliter substantie pͥmo dicte sunt insunt atq; claudunt̃ ut ĩ homĩe cicero. Quãtitas ẽ mensuꝛa p quã aliqd vel magnũ uel minus ostenditur· ut longus· breuis. Qualitas est qualis sit orator· aut rusticus· niger aut candidus. Relatio est que refertur ad aliqd. Cum enim dicitur filius demonstratur & pater. Haec

relatiua simul esse incipiunt. Nanq; seruus ac dominus vno tpe exordium nominis sumũt· nec aliquando inuenitur dominus prior seruo·nec seruus domino. Alterum enim alteri preesse nõ potest. Porro situs a positione dictus·ut quis aut stet·aut sedeat aut iaceat. Locus est vbi sit in foro·in platea. Loci autem motus partes·vi·habet·dextram & sinistram·ante & retro·sursum atq; deorsum. Partes quoq; iste sex·duo habent longe et prope. Tempus ut hodie heri. Habitus ab habendo aliqd dictus·ut habere scientiam in mente·virtutem in corpore·circa corpus vestimentum·& cetera que ad habendum modum designato a doctoribus numero comprehenduntur. Iam vero agere & pati ab agẽtis & pacientis significatione consistunt. Nã scribo vocis actũ habet·quoniam facietis rem indicat. Scribor pacientis est·quoniam pati se ostendit. In his enim generibus nouem quorum exempli gratia quedam posita sunt vel in ipo substantie genere quod est vsia·innumerabilia reperiũtur. Nam & ea q intellectu capimus id alterum horum·x·predicamentorum sermone vulgamus. Plena eni sententia de his ita est. Augustinus·magnus orator·filius illius·stans in templo·hodie infulatus·disputando fatigatur. Vsia autem substantia est·id est proprium·que ceteris subiacet·reliqua nouem accidentia sunt. Substantia autẽ dicitur ab eo q; omnis res ad seipam subsistit. Corpus enim subsistit· et ideo substantia est. Illa vero accidentia que in subsistente atq; subiecto sunt substantie non sunt·quia non subsistunt·sed mutantur·ut color vel forma. De subiecto autẽ & in subiecto·quasi de ipo & in ipo. Vbi eni dicitur de subiecto substãtia est·quasi dicatur de substantia. Vbi autem dicitur in subiecto accidentia sunt·id est que accidunt in substantia·ut quãtitas·qualitas·vel figura. De subiecto igitur genera & species in subiecto accidẽtia sunt. Ex his nouem accidentibus tria sunt intra vsiam·quãtitas et qualitas & situs. Haec enim sine vsia esse non possunt. Extra vsiam vero sunt·locus tempus·& habitus. Intra & extra vsiam sunt·relatio·facere & pati. Appellatas autem cathegorias constat·quia nõ possunt nisi ex subiectis agnosci. Quis enim quid sit homo possit agnoscere·nisi aliquem hominẽ sibi ponat ante oculos·quasi subiectum nomini. Hoc opus arestotelis intelligẽdum ẽ·quoniam sicut dictum est·quicquid homo loquit inter ·x·ista predicamẽta habet. Proficiet etiam ad libros intelligẽdos·

qui siue rhetoribus siue dialecticis apponuntur

De. Periermeniis arestotelis. Ca·vi

S Equitur dehinc liber periermenias subtilissimus ni/mis·et per varias formas iterationesq; cautissimus·de quo dicitur. Arestoteles quādo periermenias scripti/tabat·calamum in mente tingebat. Prefatio periermeniarum Omnis quippe res que vna est·et vno significatur sermone·aut per nomen significatur·aut per verbum. Que due partes orationis interpretantur totum quicquid cōceperit mens ad eloquen dum. Omnis enim elocutio concepte rei mētis interpres ē. Hāc Arestoteles vir in rerum expressione·& faciendis sermonibus peritissimus periermeniam nominat· quam interpretationem nos appellamus·scilicet q̄ res mente conceptas prolatis sermo/nibus interpretatur per catafrasin & apofrasin id est affirmatio nem & negationem. Per affirmationem ut homo currit. Per negationem·ut homo non currit. In his itaq; periermeniis sup̄/dictus philosophus de septem speciebus tractat· id est de noie de verbo·de oratione·de enunciatione·de affirmatione de nega/tione·de contradictione. Nomen ē vox significatiua secundum placitum sine tempore·cuius nulla pars ē significatiua separata ut socrates. Verbum est quod significat tēpus·cuius pars nichil extra significat·sed semper eorum que de altero dicuntur notata ut cogitat·disputat. Oratio est vox significatiua cuius partium aliquid separatum significatiuum ē·ut socrates disputat. Enun/ciatiua ē oratio significatiua vox de eo quod ē aliquid· vel non est ut socrates ē·socrates non ē. Affirmatio ē enunciatio alicuius de aliquo·ut socrates ē. Negatio ē alicuius ab aliquo·ut socrates non est. Contradictio ē affirmationis & negationis oppositio· ut socrates disputat·socrates non disputat. Vtilitas perierme/niarum hec ē· q̄ ex his interpretamentis sillogismi fiunt. Vnde et analectica pertractantur.

De. Sillogismis dialecticis Ca·vii

S Equuntur dehinc dialectici sillogismi·vbi tocius ar/tis vtilitas & virtus ostenditur. Quorum conclusio plurimum lectorē adiuuat ad veritatē inuestigandā· tantum ut absit illi error decipiendi aduersariū per sophismata falsarum conclusionum. Formule cathegoricorum id est pre/dicatiuorum sillogismorū sunt tres. Prime formule modi sunt

nouem. Primus modus est qui conducit id est qui colligit ex vniuersalibus dedicatiuis·dedicatiuum vniuersale directum·ut omne iustum honestum·omne honestum bonum· omne igitur iustum bonum. Secundus modus est qui conducit ex vniuersalibus dedicatiuis abdicatiuis abdicatiuum vniuersale directū ut omne iustum honestum·nullum honestum turpe· nullum igitur iustum turpe. Tercius modus est qui conducit ex dedicatiuis particulari & vniuersali dedicatiuum particulare directū· ut quoddam iustum honestū· omne honestum vtile·quoddā igitur iustum vtile. Quartus modus est·qui conducit ex particulari dedicatiua et vniuersali abdicatiua·abdicatiuū dedicatiuū particulare directum· ut quoddam iustum honestum·nullum honestum turpe·quoddam igitur iustū non ē turpe. Quintus modus est·qui cōducit ex vniuersalibus dedicatiuis particulare dedicatiuum per reflexionem·ut omne iustum honestū·omne honestum bonū·quoddam igitur iustum bonum. Sextus modus ē qui conducit ex vniuersali dedicatiua· & vniuersali abdicatiua·abdicatiuum vniuersale per reflexionem· ut omne iustū honestum· nullum honestū turpe· nullum igitur turpe iustū. Septimus modus est qui conducit ex particulari & vniuersali dedicatiuo dedicatiuum particulare per reflexionē· ut quoddā iustum honestū·omne honestum vtile· quoddam igitur vtile iustum. Octauus modus ē·qui conducit ex vniuersali abdicatiua·& dedicatiua particulari·abdicatiuum per reflexionē·ut nullum turpe honestū·omne honestum iustū· quoddam igitur turpe non ē iustum. Nonus modus est·qui conducit ex vniuersali abdicatiua·& particulari dedicatiua· dedicatiuū particulare per reflexionem· ut nullum turpe honestū·quoddam honestū iustum·quoddam igitur iustum non ē turpe. Formule secūdi modi sunt quatuor. Primus modus ē qui conducit ex vniuersalibus dedicatiua & abdicatiua abdicatiuum vniuersale directū· ut omne iustum honestum·nullum turpe honestū· nullū igitur turpe iustū. Secundus modus ē qui conducit ex vniuersalibus abdicatiua & dedicatiua abdicatiuum vniuersale directum· ut nullum turpe honestū·omne iustum honestum·nullum igitur iustum turpe. Tercius modus ē qui conducit ex particulari dedicatiua & vniuersali abdicatiua abdicatiuum particulare directum·ut quoddā iustum honestū·nullū turpe honestū· quoddā

igitur turpe non est iustum. Quartus modus est qui conducit ex particulari dedicatiua & vniuersali abdicatiua dedicatiuum particulare directum·ut quoddam iustum non est turpe·omne malum turpe·quoddam igit̄ iustū non est malum Formule tercii modi sunt sex. Primus modus ē qui conducit ex dedicatiuis vniuersalibus dedicatiuū particulare tā directū q̄m reflexū· ut omne iustum honestum·omne honestū bonum·omne iustū bonum· quoddam igitur honestū bonum· quoddam bonum honestum. Secundus modus ē qui conducit ex dedicatiuis particulari & vniuersali dedicatiuū particulare directū· ut quoddā iustum honestum·omne iustum bonū· quoddam igit̄ honestū bonū. Tercius modus ē ex dedicatiuis vniuersali & particulari dedicatiuū particulare directū·ut omne iustum honestū·quoddam iustum bonū·quoddam igit̄ honestum bonum. Quartus modus est qui conducit ex vniuersali dedicatiua & particulari abdicatiua abdicatiuū particulare directū· ut omne iustū honestum·nullum iustū malum·quoddā igit̄ honestū non ē malū. Quintus modus ē qui conducit ex dedicatiua particulari et abdicatiua vniuersali abdicatiuū particulare directū·ut quoddam iustum honestū·nullum iustū malum·quoddam igit̄ iustum non ē malum. Sextus modus ē qui conducit ex dedicatiua vniuersali & abdicatiua particulari abdicatiuū particulare directū ut omne iustū honestū· quoddam iustū non ē malū·quoddā igitur honestū non ē malum. Has formulas cathegoricorū sillogismorū qui plene nosse desiderat·librum legat q̄ inscribit̄ periermenias apulei·et subtilius que sunt tractata cognoscit·distincta enī atq; considerata ad magnas intelligentie vias lectorē prestante domino vtiliter introducunt. Nunc ad ippoteticos sillogismos ordine sequenti veniamus. Modi sillogismorum ippoteticorū qui fiūt cū aliqua conclusione sunt septē. Primus modus ē·si dies ē·lucet·ē autem dies·lucet igit̄. Secūdus modus est·si dies ē· lucet·non lucet·non ē igit̄ dies. Tercius modus ē ita non ē dies·est·& nō lucet·atq; dies ē·lucet igit̄. Quartus modus est ita·aut dies ē·aut nox·atq; dies ē·nox igitur non ē. Quintus modus ē ita·aut dies ē·aut nox·vtiq; nox nō ē·dies igit̄ ē. Sextꝰ modus ē ita·non ē dies·& non lucet· dies autem ē·nox igit̄ non est. Septimus modus ē ita·non ē dies·& nox·vtiq; nox non est· dies igitur ē. Modos autem ippoteticorum sillogismoꝝ siqs

melius nosse desiderat·librum legat marii victorini· q inscribit de sillogismis ippoteticis. Hinc ad dialecticas diffinitionum species accedamus: que tanta dignitate precellunt· ut possint indiciorum apperte manifestationes·et quedam indicia dictionū ostendere Ca·viii

De. Diuisione diffinitionū ex marii victorini libro adbreuiatis

Diffinitio est philosophorum que in rebus exprimendis explicat quid res ipa sit·qualis sit·et queadmodū membris suis constare debeat. Est enim ratio breuis vniuscuiusq; rei naturā a communione diuisam propria significatione concludens. Diuisio diffinitionum in partes xv·habetur. Prima species diffinitionis ē vsiodis vel vsualis id est substantialis que proprie & vere dicitur diffinitio ut ē homo animal rationale mortale·sensus disciplineq; capax. Haec enī diffinitio per species & differentias descendens·venit ad propr.um· et designat plenissime quid sit homo Secūda species diffinitionis est que graece enneomatice dicitur· latine notio nuncupat· quam notionem communi non proprio nomine possumus dicere. Haec isto modo semper efficitur homo est quod rationali conceptione & exercicio preest animātibus cunctis. Non enim dixit quid ē homo·sed quid agat·quasi quodam signo in noticiam deuocato. In ista enim & in reliquis noticia rei profertur· non substantialis explicatio declarat·quia illa que substantialis est diffinitionum omnium optinet pncipatum. Tercia species diffinitionis ē·que graece poites dicit latine qualitatiua vocatur quia ex qualitate nomē accepit·pro eo q quid qualε sit·id quod sit euidenter ostendit. Cuius exemplum tale ē. Homo ē q ingenio valet·artibus pollet & cognitione rerū· aut quod agere debet eligit·aut animaduersione quid inutile sit contempnit. His enim qualitatibus expressus ac diffinitus ē homo. Quarta spēs diffinitionis ē·que graece ippograficen·latine a tullio descriptio nominatur·que adhibita circuitione dictorū factorūq; rem que sit descriptione declarat. Querit enim quid sit auarus·q d crudelis·q d luxuriosus· & vniuersa luxuriosi auari & crudelis natā describit· ut si luxuriosum volumus diffinire dicimus. Luxuriosus ē victus non necessarii sed sumptuosi·& honores appetens· in deliciis affluens·in libidine promptus. Haec talia diffiniunt luxuriosum·sed per descriptionē diffiniūt. Que spēs diffinitiōis

oratoribus magis apta est q̃m dialecticis·quia latitudinis pluri
mum habet· que similitudo in bonis rebus ponit̃ & in malis.
Quinta species diffinitionis ẽ quã grece cataantelexin·latine ad/
uerbiũ dicimus.Haec vocẽ illam de cuius re querit̃ alio sermõe
designat vna & singulari & quodãmodo quid illud sit in vno
verbo positũ·vno verbo alio declarat·vt contiscescere ẽ tacere. Itẽ
cum terminũ dicimus finem·aut populatas interpretamur esse
vastatas. Sexta species diffinitionis ẽ quam graeci catadioforam
nos per differentiam dicimus·scriptores vero artiũ de eodem &
de altero nominãt·ut cũ querit̃ q̃d intersit inter regem et tirãnũ
adiecta differẽtia quid vterq; sit diffinit̃ id ẽ. Rex ẽ modestus &
temperans. Tirannus vero impius & immitis. Septima species
diffinitionis ẽ quam greci catametaforon·latini per translationẽ
dicũt·vt cicero in topicis. Litus est q̃a fluctus elidit. Hoc varie
tractari potest. Modo enĩ vt moneat·modo vt designet·modo
vt laudet·aut vituperet. Vt moneat·nobilitas ẽ virtutis modoꝑ
apud posteros sarcina. Vt designet. Apex vel caput ẽ·arx corpis
Vt laudet. Adolescentia ẽ flos etatis. Vt vituperet. Diuitie sunt
breuis vite·longũ viaticũ. Octaua spẽs diffinitionis ẽ quã greci
cataafaresin vocant·atogenentio·latini per priuantiam cõtrariũ
eius quod diffinit̃·dicũt·vt bonũ est·quod malum non ẽ·iustũ
est·quod iniustũ nõ ẽ·et his similia. Hoc autẽ genere diffinitio/
nis vti debemus·cũ cõtrariũ est notũ·vt si bonũ est·quod ꝓdest
cum honestate· id quod tale non ẽ·malum ẽ. Nona spẽs diffini/
tionis ẽ quam graeci cataipotiposin· latini per quandam imagi
nationem dicũt·vt Eneas ẽ veneris & anchise filius. Hec semꝑ
in indiuiduis versat̃ que graeci athoma appellant. Decima spẽs
diffinitionis ẽ quam graeci cataelli iepeson·vel moctinocellope
loceri homo genus·latini per indigentiam pleni ex eodẽ genere
dicũt·vt si querat̃ quid sit animal· respondeat̃ homo·rem enim
quesitam predictum declarauit exemplum. Hoc ẽ autem pro/
prium diffinitiõis q̃d sit illud quod queritur declarare. Vnde/
cima spẽs diffinicõis est quam greci cataanalogian· latini iuxta
rationem dicunt·id est per indigentiam pleni ex eodem genere·
ut si queratur quid sit thesis·respondeaturq;·cuius vel cui deest
ut sit arsis. Duodecima spẽs diffinitionis est quam graeci cata/
eilenon id est per laudem·ut tullius pro cluentio. Lex est mens
consiliumq; & animus & sententia ciuitatis. Et aliter. Pax est

tranquilla libertas. Fit et per vituperationem quā graeci ꝑgon vocant·ut. Seruitus est postremū omnium maloꝝ· non modo bello·sed morte quoq; repellenda est. Terciadecima spēs diffinitionis est quā graeci catatonposten·latini ad aliquid vocant· ut est illud. Pater est·cui ē filius. Dn̄s est. cui ē seruus. Quartadecima species diffinitiōis ē catatorrus·ut cicero in rhetoricis·genus est quod plures amplectitur partes. Item pars ē que subest generi. Quintadecima species diffinitionis ē quā greci cataetilogian·latini secundum rei rationem vocāt·ut. Dies est sol super terras. Nox est sol sub terris. Scire autem debemus predictas species diffinitionū topicis merito esse sociatas· quoniam inter quedam argumenta sunt posite et nōnullis locis cōmemorant̄ in topicis. Nunc autem ad topica veniamus·que sunt argumentorum sedes·fontes sensuum·& origines dictionum.

De. Topicis Ca·viii

Topica localis est disciplina inueniendorum argumētorum. Diuisio topicorum siue locorū ex quibus argumenta dicunt̄ triplex est. Nā alia in eo ipo de quo agitur herent·alia que dicunt̄ effecta·que quodāmodo ex rebus aliis tracta noscunt̄· alia que assumunt̄ extrinsecus. Argumēta que in eo ipo de quo agit̄ herēt in tribus diuisa sunt. Prima a toto. Secunda a parte. Tercia a nota. Argumentū est a toto·cū diffinitio adhibetur ad id quod querit̄·sicut ait cicero. Gloria ē laus recte factorū· magnorūq; in republica fama meritorum A partibus est argumentum·cum is qui se defendit· aut negat factum·aut factum esse iure defendit. A nota est argumentum cum & sui nomis argumentū aliquod dicit̄·ut cicero. Consulem inquā querebam quem in isto maiali inuenire non poterā

Effecta argumēta sunt q̄ quodāmodo ex rebus aliis tracta noscunt̄. Sunt autem numero·xiii·id est primum a coniugatis. Argumentum est cum declinat̄ a nomīe·& fit verbū·ut cicero verrem dicit euertisse prouinciā. Vel nomen a verbo·cū latrocinari dicitur latro·nomen ē latro. Nomen a nomine. Terrentius Hoc inceptio ē amentiū haud amantiū· dūmodo distat vnius appellationis postremitas in alia vocis declinatione formata. Secūdum argumentū a genere ē·cum de eodem genere sentētia dicitur·ut virgilius. Varium & mutabile genus femina. Terciū a specie argumentū est·cum de generali questione fidem species

facit·ut. An nō sic frigius penetrat lacedemona pastor. A simili argumentum est· quādo rebus aliquibus similia proferūtur·ut Suggere tela michi·nōnullū dextera frustra. Torserit in rutilos steteritq; in corpore graium. Iliacis campis. A differentia argu/mentum ē·quando per differentiā aliqua separātur·ut virgilius Non diomedis equos nec currū cernis achillis. A contrariis argumentum dicitur·quando res discrepantes sibimet opponunt ut virgilius. Mortali ne manu facte immortales carine. Fas habeant certusq; incerta pericula lustres eneas. A consequentibus argumentum dicit·quando positam rem aliquid ineuitabiliter consequit·ut virgilius. Nō ea vis animo nec tāta supbia victis. Ab antecedentibus argumentū est· qn aliqua ex his que prius gesta comprobant·ut cicero pro milone. Cum non dubitauerit apperire quid cogitauerit·vos potestis dubitare qd fecerit. A re/pugnantibus argumentū est· quādo illud quod obicit aliqua contrarietate destruitur·ut cicero. Is igit non modo de tali peri/culo liberatus· sed honore amplissimo ditatus·q domi te inter/ficere voluisset. A coniugatis argumentū est·cū pbabiliter ostē ditur quid sit ex re quaque venturū·ut virgilius. Nos si pellāt nichil adfore credunt. Quin omnē hesperiā sua sub iuga mittāt A causis argumētum est· quando ex consuetudine cōmuni res qq; tractat·ut terrētius. Ego nōnichil veritus sum dudū ab ste cauere ne faceres quod vulg9 seruoꝝ solet dolis ut me illuderes· Ab effectis argumentū est·cū ex his q facta sunt aliqd appro/batur·ut virgilius. Degeneres animos timor arguit. A cōpatiōe argumentū est· qn per collationem personarum siue causarum sententie ratio sub imputatiōe formatur·ut virgilius. Tu potes eneam manibus subducere graium. Nos aliqd contra rutilos iuuisse nefandum est. Item argumenta que dicunt extrinsecus· que graece tegnos id est artis expertes vocant· ut ē testimoniū. Testimonium vero constat re. Et diuiditur qnq; modis· id est Primo ex persona. Secundo ex nature auctoritate. Tercio ex tē/poribus auctoritatū. Quarto ex dictis factisq; maiorū. Quinto ex tormentis. Tercius ergo superior modus q est ex tēporibus in octo spēs deriuatur. Prima ingenio. Secūda operibus. Tercia etate. Quarta fortuna. Quinta arte. Sexta vsū. Septia necessitate. Octaua concursione fortuitorum. Testimonium omne ē quod ab aliqua externa re sumitur ad faciendam fidem. Persona non

qualiſcunq; eſt q̄ teſtimonii pondus habet ad faciendā fidem. ſed morum probitate debet eſſe laudabilis. Naturae auctoritas que maxima virtute conſiſtit. Teſtimonia multa ſunt q̄ afferūt auctoritatem·id eſt ingenium·opes·etas·fortuna·ars·vſus·neceſſitas· & concurſio rerum fortuitarū. A dictis factiſq; maiorum petitur fides cum priſcorū dicta factaq; memorant̄. A tormētis fides prebet̄·poſt que nemo creditur velle mentiri. Ea vero que tractantur in tempore·quia ſuis nominibus plana ſunt diffinitione non indigent. Memorie quoq; condendum ē topica oratoribus·dialecticis·poetis & iuriſperitis cōmuniter quidem argumenta preſtare·ſed quando aliquid ſpecialiter probāt·ad rhetores·& poetas·iuriſperitoſq; pertinent· quādo vero generaliter diſputant ad philoſophos attinere manifeſtum ē. Mirabile plane genus operis in vnum potuiſſe colligi quicquid mobilitas ac varietas humane mentis in ſenſibus exquirendis p̄ diuerſas cauſas poterat inuenire concluſum·liberum ac voluntariū intellectum. Nam quocūq; ſe verterit·quaſcunq; cogitatiōes intrauerit in aliquid eorū que predicta ſunt neceſſe ē cadat ingenium.

De. Oppoſitis. Ca·x·

CONtrariorum genera quatuor ſunt· que. Areſtoteles anticimena id eſt oppoſita vocat. Propter quod ſibi velut ex aduerſo videntur exiſtere ut contraria·nec tñ omnia que opponuntur ſibi contraria ſunt· ſed omnia cōtraria ſibi oppoſita ſunt. Primum genus ē contrariorum· quod iuxta ciceronem diuerſum vocat̄·pro eo q̄ tātum contrarie ſibi opponuntur·ut nō eorū ſint quibus opponātur·ut ſapiētia·ſtulticia. Quod genus in tres ſpecies diuiditur. Nam ſunt quedam eius que medium habent· & quedam ſunt que ſine medio ſunt· & quedam ſunt que habent medium·& tamen ſine nomine ſunt· niſi vtrūq; ei vocabulum creet. Candidum & nigrum medium habent· quia inter eos ſepe color pallidus vel fuſcus inuenitur. Sine medio ſunt quotiens vnum de duobus accidit. ut ſanitas vel infirmitas. Horum nichil eſt medium. Ea autem quorum media ſunt ſine nomine·ſunt·ut foelix·infoelix·medium habent non foelix. Secundū genus eſt relatiuoꝝ·que ita ſibi opponunt̄ ut ad ſe conferant̄·ſicut duplum·ſimplum. Hoc ſolū oppoſitoꝝ genus ad ſe refertur. Non enim eſt maius niſi ad minus referat̄ et ſimplum niſi ad duplum. Aut eius cui opponit̄ ipſum quod

opponitur. Nam relatiuum ipo relatiuo ita opponitur· ut hoc ipm quod opponit̃ aut eius ſit cui opponit̃· aut ad id quocũqꝫ modo referat̃. Dimidiũ enĩ opponit̃ duplo·ciuſqꝫ dupli mediũ eſt·ſed ita illi opponit̃· ut eius ſit cui opponit̃. Sic & paruũ opponitur magno· ita ut ipm paruũ ad magnũ cui opponitur ſit paruum. Nam ſuperiora que dicunt̃ cõtraria·ita ſibi opponunt̃ nec ad ea quocunqꝫ modo referant̃. Siquidem iniquitas iuſticie ita contraria eſt·ut non eiuſdem iuſticie iniquitas ſit·aut ad illã ſit iniquitas. Tercium genus ẽ oppoſitorũ habitus vel orbatio. Quod genus cicero priuationẽ vocat·qua oſtendit aliqd quépiam habuiſſe vnde priuatus eſt. Cuius ſpecies ſunt tres. Quarũ prima ẽ in re· ſecunda in loco·tercia in tempore cõgruo. In re·ut cecitas· & viſio in oculis. In loco ut cecitas & viſionis in oculis locus ẽ In tempore congruo·ut infantem non dicere ſine dentibus eum cui dentes adhuc parua etas negauit. Non enim ẽ priuatus dentibus quos nõdum habuit. Quartum vero genus ex confirmatione & negatione opponit̃·ut ſocrates diſputat·ſocrates non diſputat. Haec a ſuperioribus ideo differũt·qꝛ illa ſigillatim dici poſſunt·haec niſi cõnexe dici nõ poſſunt. Quod genus quartum apud dialecticos multũ habet conflictũ· & appellat̃ ab eis valde oppoſitũ·ſiquidem & tercium non recipit. Nam ex illis quedam habere tercium poſſunt·ut in cõtrariis·candidũ & nigrum. Tercium eius·nec candidum·nec nigrũ·ſed fuſcum vel pallidum. In relatiuis quoqꝫ ut multa et pauca·tercium eius nec multa nec pauca·ſed mediocria. In habitu vel orbatione·ut viſio et cecitas·terciũ eius nec cecitas nec viſio·ſed lippitudo. Hic ergo legit·non legit·tercium nichil habet·

INCIPIT · LIBER · TERCIVS · DE · QVATVOR · SEQVENTIBVS · DISCIPLINIS Ca·i



ATHEMATICA · LATINE · DICITVR · DOCTRINALIS · SCIENTIA · QVE · ABSTRACTA · conſiderat quantitatem. Abſtracta enim quãtitas eſt quam intellectu a materia ſeparantes vel ab aliis accidentibus·ut ẽ par·impar·vel ab aliis huiuſcemodi in ſola ratiocinacõe tractamus

Cuius species sunt quatuor·id ē arithmetica·musica·geometria & astronomia. Arithmetica est disciplina quantitatis innumerabilis secundum se. Musica est disciplina que de numeris loquitur qui inueniuntur in sonis. Geometria est disciplina magnitudinis & formarum. Astronomia est disciplina que cursus celestium siderum atq; figuras cōtemplatur atq; oēs habitudines stellarum·quas disciplinas deinceps paulo latius indicabimus· ut earum cause competenter possint agnosci.

INCIPIT · LIBER · TERCIVS · DE · VOCABVLO · ARITHMETICE · DISCIPLINAE

Ca·i

ARITHMETICA · EST · DISCIPLINA · NVMERORVM · GRAECI · ENIM · NVMERVM · RITHMON dicunt. Quam scriptores seculariū litteraꝝ inter disciplinas mathematicas ideo p̄mā esse voluerunt· quoniam ipsa ut sit· nulla alia indiget disciplina· musica autē & geometria & astronomia que sequuntur ut sint atq; subsistant illius egent auxilio.

De. Auctoribus eius Ca·ii

NVmeri disciplinam apud graecos primū pitagoram autumant conscripsisse· ac deinde a nichomacho diffusius esse compositam· quam apud latinos primus appuleius deinde boecius transtulerūt

Quid sit numerus Ca·iii

NVmerus autem est multitudo ex vnitatibus constituta. Nam vnū semē numeri esse nō numeꝝ volunt·

Vnde numeri dicti Ca·iiii

NVmero nummus nomen dedit·et a sui frequētatione vocabulū indidit. Vnus ex greco nomen trahit·greci enim vnum mona dicunt. Sic duo·tres·quos illi dia et tria appellant. Quatuor vero a figura quadrata nomē sumpserunt. Quinq; autem non secundum naturā·sed secundum placitum voluntatis vocabulum acceperunt ab eo qui numeris nomina indidit. Sex autem & septem a greco veniunt. In multis enim nominibus que in graeco aspirationem habent· nos pro aspiratione s ponimus·id est pro exa sex·pro hepta septem·sicut pro herpillo herba serpillum. Octo vero per translationē sicut

illi ogdo· & nos octo· illi nea·nos nouem· illi deca· nos decem. Dicti autem decem a greca ethimologia·eo q̄ ligent et coniungant infra iacentes numeros. Nā desmos coniungere vel ligare apud eos dicitur. Porro viginti dicti q̄ sint decem bis geniti·v· pro·b·littera posita. Triginta q̄ a ternario denario gignant̄. Sic vsq; ad septuaginta. Centum vero vocati a cantu quod ē circulum. Ducenti a duo centum. Sic & reliqui vsq; ad mille. Mille autē a multitudīe vnde & militia quasi multicia· vnde et milia que graeci mutata littera miriades vocant·

Quid. Prestent numeri Ca·v

Ratio numerorum contemnenda non est. In multis enim sanctarum scripturarum locis quātum misterium habent elucet. Non enim frustra in laudibus dei dictum est. Omnia in mensura & numero & pōdere fecisti Senarius nanq; qui partibus suis perfectus ē·perfectionē mundi quadam numeri sui significatiōe declarat. Similiter & quadraginta dies quibus moises & helias & ipē dn̄s ieiunauerunt· sine numerorū cognitione non intelligunt̄. Sic & alii in scripturis sanctis numeri existūt· quorū figuras nō nisi noti huius artis scientie soluere possunt. Datum est etiam nobis ex aliqua parte sub numerorū consistere disciplina· quādo horas per eam discimus· quando de mensium circulo disputamus· quādo āni spaciū redeuntis agnoscimus. Per numerū siquidem ne confundamur instruimur. Tolle numerū in rebus omnibus· & omīa pereunt. Adime seculo calculi compotum· & cuncta ignorātia ceca complectitur· nec differre possunt a ceteris animalibus qui calculi nesciunt rationem

De. Prima diuisione parium & imparium Ca·vi

NUmerus diuiditur paribus et imparibus. Par numerus diuiditur in his·pariter par·pariter impar·& impariter par·impariter impar. Impar numerus diuiditur in his·primum & simplum·secundum et compositū·terciū mediocrem qui quodāmodo primus & incompositus ē. Alio vero modo secundus· & compositus est. Par numerus est qui ī duabus eq̄s partibus diuidi potest·ut duo & quatuor & octo. Impar numerus vero ē· qui diuidi equis partibus nequit· vno medio vel deficiente·vel superante·ut tres· quinq;. septē. nouē et reliqua. Pariter par numerus est, qui secundum parem numerū

pariter diuiditur·quousq; ad diuisibilem perueniat vnitatem·ut puta·lxiiii·habet medietatem·xxxii·hic autem·xvi:xvi·vero·viii·octonarius·iiii·quaternarius·ii·binarius vnum· qui singularis indiuisibilis est.Pariter impar est qui in partes equas recipit sectioné·sed partes eius insecabiles permanent·ut·vi·xviii·&·l·mox enim si hunc numerú diuiseris· incurris in numerú qué secare non possis. Impariter par numerus est cuius partes etiá diuidi possunt·sed vsq; ad vnitatem non perueniunt·ut·xxiiii· hi enim immediate diuisi·xii·faciunt·rursumq; in aliam medietatem·vi·deinde in aliam·iii· & vltra diuisioné non recipit sectio illa· sed ante vnitatem inuenit terminus·quem secare non possis.Impariter impar est qui ab impari numero impariter mensurat· ut xxv·xlviii·qui dum sint impares numeri· ab imparibus etiam partibus diuiduntur· ut septies septem·quadragies noueni·& quinquies quini·vigies quinq;. Imparium numerorú alii simplices sunt·alii compositi·alii mediocres.Simplices sunt·q nullam aliam partem habent·nisi solam vnitatem·ut ternarius solam terciá·& quinarius solam quintá·& septenarius solam septimam. His eni vna pars sola est. Compositi sunt q nó solum vnitate metiunt· sed etiam ab alio numero procreantur·ut noué xv·xx·& vnum·&·xxv.Dicimus enim ter terni et septies terni ter quini & qnquies quini. Mediocres numeri sunt q quodá modo simplices & incompositi esse vident.Alio vero modo et compositi· ut verbi gratia·ut nouem ad· xxvii·dum cóparatus fuerit primus est & incompositus·quia non habet cómunem numerum·nisi solum monadicum. Ad·xv·vero si comparatus fuerit secundus est & compositus· quoniam inest illi cómunis numerus preter monadicú·id est ternarius numerus qui noué mensurat ter terni &·xv·ter quini. Item parium numerorú alii sunt superflui·alii diminutiui·alii pfecti. Superflui sunt quorum partes simul ducte plenitudinem suá excedút· utputa duodenarius.Habet enim partes·v·duodecimá quod est vnum·sextam quod duo·quartá quod tria·terciam quod quatuor·dimidiam quod sex. Vnum enim & duo & tria & quatuor & sex simul ducta·xvi·faciunt·& longe a duodenario excedunt.Sic et alii similes plurimi·ut duo de vicesimus & multi tales. Diminutiui numeri sunt · qui partibus suis computati minorem summam efficiunt·utputa denarius cuius partes sunt tres·x·quod é vnú·

quinta quod duo·dimidia quod quinqꝫ. Vnũ enim & duo & quinqꝫ ſimul ducta·octonariũ faciunt·longe a denario minoré. Similis eſt huic octonarius·vel alii plurimi· q in ptes reducti: infra conſiſtunt. Perfectus numerus é qui ſuis partibus adimpletur·ut ſenarius·habet enim tres partes·ſextã·& terciã·& dimidiam·ſexta enim eius vnum eſt·tercia duo·dimidia tres.He partes in ſummam ducte· id eſt vnum & duo·& tria ſimul eundé conſumant perficiũtqꝫ ſenarium. Sunt autem perfecti numeri intra denarium.ſex·intra cẽtenarium xxviii· intra millenarium quadraginta·nonaginta·& ſex.

De. Secunda diuiſione tocius numeri Ca·vii

OMnis numerus primus aut ſecundũ ſe conſideratur· aut ad aliquid. Iſte diuidit̃ ſic primus. Alii eni ſunt equales·ut·ii.Alii inequales·ſunt tres.Iſte diuidit̃ ſic vnus.Alii ſunt maiores·ii.Alii ſunt mı̃ores. Maiores diuidunt̃ ſic primus multiplices·ii·ſuper particulares·tercius ſuper parcientes· quartus multiplices ſuper particulares·qñtus· ſuper parcientes multiplices. Minores diuidunt̃ ſic·primus ſubmultiplices. Secundus ſub ſuperparticulares. Tercius ſuperparcientes. Quartus ſubmultiplices ſuperparticulares. Quintus ſubmultiplex ſuperpartiens. Per ſe numerus eſt qui ſine relatiõe aliqua elicitur·ut tres·quatuor·quinqꝫ·ſex·& ceteri ſimiles. Adaliquid numerus é qui relatiue ad alios comparat̃· ut verbi gratia· quatuor ad duo dum cõparatus fuerit duplex dicitur·& multiplex ſex ad tres·octo ad quatuor·decem ad quinqꝫ·& iterum tres ad vnum· triplex ſex ad duo · nouem ad tres· & ceteri. Equales numeri dicuntur qui ſecundum quãtitaté equales ſunt·ut verbi gratia duo ad duo·tres ad tres· decem ad decem·centũ·ad centũ. Inequales numeri ſunt qui adinuicem cõparati inequalitatem demonſtrant·ut tres ad duo·quatuor ad tres· qñqꝫ ad quatuor· decem ad ſex· & vniuerſaliter maior minori·aut minor maiori huiuſmodi dum cõparatus fuerit inequalis dicitur. Maior numerus eſt qui habet in ſe illum minorem numerum ad quem comparatur·aut aliquid plus.ut verbi gratia·q narius numerus ternario numero fortior eſt·eo ꝙ habet quinarius numerus in ſe ternariũ·& alias partes eius duas·& reliqui tales. Minor numerus eius eſt·qui continetur a maiore ad qué comparat̃ cum aliqua parte ſui· ut ternarius ad quinarium cõtinet̃ ab eo cum

duabus partibus suis. Multiplex numerus est qui habet in se illum minoré numerũ bis·aut ter·aut quater· aut multipliciter· ut verbi gratia·duo ad vnum dum comparati fuerint duplex ē· tria ad vnũ triplex est· quatuor quadruplex & reliqui. Ecōtra submultiplex numerus est·qui inter multiplicem continet̄ bis· aut ter·aut quater aut multipliciter·ut verbi gratia·vnus a duobus bis continet̄·a tribus ter·a quatuor quater·a qn̄q; qn̄quies & ab aliis multipliciter. Superparticularis numerus est· dum fortior continet intra se inferiorem numerũ circa qué comparat̄ similiter & vnam partem eius·ut verbi gratia·tres ad duo dum comparati fuerint·continent inter se duo· & alium vnum· qui media pars est duorũ· quatuor ad tria dum comparati fuerint· continent in se tria & alium vnũ·qui est tercia pars trium. Itē quinq; ad quatuor dum comparati fuerint· habét in se quaternarium numerum·et alium vnum·qui quarta pars esse dicitur quaternarii numeri·& ceteri tales. Superpartiens numerus est· qui in se inferiorem numerũ totum continet· & super hoc alteras partes eius duas· aut tres·aut quatuor· aut quinq;· aut alias· ut verbi gratia· quinq; ad tres dum comparati fuerint·habet in se quinarius numerus ternarium·et super hoc alias partes eius duas. Septem ad quatuor dum comparati fuerint·habent in se quatuor· & alias tres partes eius· nouem dum ad quinq; comparati fuerint·habent in se quinq; & alias quatuor partes eius. Subsuperpartiens numerus est·qui continet̄ in numero superpartienti cum aliquibus partibus suis duabus· aut tribus aut pluribus ut verbi gratia tres continentur ad quinq; cum aliis duabus partibus suis·quinq; ad nouem·cũ quatuor partibus suis. Subsuperparticularis numerus est·minor qui continetur in fortiori numero cũ aliqua vna parte sua·aut media·aut tercia ·aut quarta·aut quinta·ut verbi grā·duo ad tria·tria ad quatuor quatuor ad quinq;. Submultiplex particularis numerus ē qui dum comparatus ad inferiorem sibi numerum fuerit·continet in se totum inferiorem numerũ multipliciter cum aliqua parte eius·ut verbi gratia·quinq; ad duo dum comparati fuerint continent in se bis duo·& vnam partem eius. Nouem ad quatuor dum comparati fuerint continét in se bis quaterni octo & vnā partem eius Submultiplex superparticularis numerus est qui dum comparatus ad inferiorem sibi numerum fuerit continet

in se eum multipliciter cum aliis partibus suis ut verbi gratia octo ad quatuor dū comparati fuerint continent in se bis terni cum aliis duabus partibus eius. Quatuordecim ad duodecim dum comparati fuerint continent in se bis seni cū aliis duabus partibus eius. Sex & decem ad septem dum comparati fuerint continent eum bis cum aliis duabus partibus eius. Viginti vero ad octo dum comparati fuerint ꝯtinent intra se bis octo cū aliis tribus partibus eius. Submultiplex superpartionalis numerus est qui dū ad fortiorem sibi comparatus fuerit continet̃ ab eo multipliciter cum aliquibus partibus suis ut verbi gratia tres ad octo continētur bis cum aliis partibus suis quatuor ad vndecim continentur bis cum tribus partibus suis.

De. Tercia diuisione toeius numeri Ca.viii

Numeri aut discreti sunt duo aut continētes. Iste diuidit̃ sic primus linealis secundus superficiosus tercius solidus. Discretus numerus est quia discretis monadibus continetur ut verbi gratia tres ad quatuor quinq; ad sex et reliqui. Continens numerus est qui a coniūctis monadibus continetur ut verbi gratia ternarius numerus in magnitudine intelligatur id linea aut spacium aut solidum dic tur. Continēs similiter ut quaternarius & quinarius numeri. Linearis numerus est qui incboans a monade linealiter describitur vsq; ad infinitum. Vnde alpha ponit̃ pro designatione linearū quoniam hec littera vnū significat apud graecos est ita aaa Superficialis numerus est qui non solum longitudine sed et latitudine continet̃ vt trigonus quadrat9 quinq;angul9 vel circulares numeri & ceteri qui semper in plano pede id est superficie continentur Trigonus numerus est ita Quadratus numerus ita Quinq;angulus ita Circularis est ita q dum similiter multiplicat9 fuerit a se incboās ad se conuertitur ut verbi gratia quinquies quini vicies q̄nquies ita Solid9 numer9 est qui longitudine et altitudine cōtinet̃ .vt sunt piramides qui in modū flamme consurgunt ita. Cubus vt sūt tessere ita Spere q̄bus ē equalis vndiq; rotunditas ita Spericus autem numerus est q̄a circulato numero multiplicat̃ a se incboat & in se cōuertitur quin quies quini vicies q̄nquies. Hic circul9 dū in seipo multiplicatus fuerit facit sperā id est quinquies 24 124.

De. Differentia arithmetice·geometrice·& musice Ca·ix

INter arithmeticam autem & geometriā & musicā hoc interest ut mediam etiā inuenias in arithmetica·primo sic queres. Coniungis extrema·& diuidis·& facis medium·utputa·fac extrema esse·vi·&·xii·simul iungis·& faciunt·xvi·partiris media et facis viii·quod est analogicum arithmetice· ut medius quod monades superat primum bis superetur ab extremo··superant enī·ix·vi·tribus monadibus·bis superatur a·xii. Secūdum geometricā ita queris. Extrema multiplicata tantum faciunt quantum & media duplicata·utputa·vi·&·xii·multiplicata faciūt septuagies Dipōdius media·viii·&·viii·multiplicata tantundem faciunt· Secundum musicam ita·

Arithmetica medietas
vi viiii xii
Musica medietas
v viii xii
Geometrica medietas
vi viii xii

Qua parte supat medius primū·eadem parte superatur medius ab extremo·utputa·vi·&·viii·duabus partibus superant· q̄ due partes tercia media· octaua superatur ab vltima nona·ut monstrat iam scripta figura.

Q̄ꝑ numeri infiniti sunt Ca·x

NVmeros autem infinitos esse certissimum est·quō in in quocunq; numero finem faciendum putaueris· idem ipe non dico·vno addito augeri·sed quamlibet sit magnus· & quamlibet ingentem multitudinem continens in ipa ratione atq; scientia numerorum· non solum duplicari· verumetiam multiplicari potest. Ita vero suis quisq; numerus proprietatibus terminatur·ut nullus eorū par esse cuicūq; alteri possit. Ergo & dispares inter se atq; diuersi sunt·et singuli quiq; finiti sunt·& omnes infiniti sunt.

INCIPIT · LIBER · TERCIVS DE INVENTORIBVS ·GEOMETRICE

GEOMETRICA · DISCIPLINA · PRIMVM · AB · EGIPTIIS · REPERTA · DICITVR · Q͛ · INVNdāte nilo & omnibus possessionibus eius limo obductis initium terre diuidende p̱ lineas & mensuras nomen arti dedit. Que deinde longius acumine sapientium producta & maris & caeli & aeris spacia metitur. Nam prouocati studiosi ceperunt post terre dimensioné & caeli spacia querere quanto interuallo luna a terris · a luna sol ipe distaret · et usq; ad verticem celi quanta se mensura distenderet · sicq; interualla ipa caeli · orbisq; ambitum · per numerum stadiorum ratione probabili distinxerūt. Sed quia ex terre dimensione haec disciplina cepit ex initio sui & nomē seruauit. Nam geometria de terra de mensura nuncupata est · terra enim graece ge vocatur · metra mēsura. Huius disciplinae ars continet in se liniamenta · interualla · magnitudines et figuras · et in figuris dimensiones · & numeros

De. Quadripertita diuisione geometrie Ca · ii

GEometrie quadripertita diuisio est · in planū · in magnitudinem numerabilem · in magnitudinē rationabilem · & in figuras solidas. Plane figure sunt · que longitudine & latitudine continentur · que sunt iuxta platonē numero quinq;. Numerabilis magnitudo est · q̄ numeris arithmetice diuidi potest. Magnitudines rationabiles sunt · quarum mēsuram scire possumus. Irrationabiles sunt · quarū mensure quātitas cognitio non habetur

De. Figuris geometrie Ca · ii

FIgure solide sunt que longitudine & latitudine & altitudine continent · ut est cubus cuius species quinq; · in plano · quaꝝ prima circulus est plano pede · figura plana ita ⊙ que vocatur circūducta · cuius ī medio punctus est quo · cuncta conuergunt · quod centrum geometri vocant · latini punctum circuli nuncupant. Quadrilatera plano pede figura est in plano quadrata · que sub quatuor rectis lineis iacet ita · □ Dianatbeton gramon figura plana ita · ▭ Ortogonium · id est rectiangulum · figura plana · in plano pede. Est enim triangulum · & habet angulum rectum ita · Isoplerus figura plana recta · & subter constituta in solidū

ita· Spera est figura in rotundum formata ita partibus cūctis· equalis in solidum· Cubus est figura propa solida que longitudine & latitudine et altitudine continetur in solidum ita ·Chilindrus est figura quadrata· habens superius semicirculum in solidum ita· Conon figura que ab amplo i angustum finit· sicut ortogonium ita· Piramis est figura que in modum ignis ab amplo in acumen consurgit ita · Ignis enim apud graecos pirin appellatur Sicut enim infra ·x·omnis est numerus·ita infra hunc circulum omnium figurarum concluditur ambitus· Prima autem figura huius artis punctus est· cuius pars .nulla ē Secūda linea preter latitudinem·longitudo recta linea est· que exequo in suis punctis iacet. Superficies vero q̄ longitudines et latitudines sola habet. Superficies vero fines linee sunt·quorum forme ideo in superioribus·x·figuris posite non sunt·quia intra eas inueniuntur.

De. Numeris secūdum geometriam querendis Ca·iiii

NVmeros autem secūdum geometriam ita queris. Extrema quippe eius multiplicata tantū faciunt·quantum & media duplicata·utputa vi·&·xii·multiplicata faciunt septuagies· dipondius·media·viii· &·viiii·multiplicata tantundem faciunt.

INCIPIT · LIBER · TERCIVS · DE · MVSICA · ET · EIVS · NOMINE ·

MVSICA · EST · PERITIA ·MODVLATIONIS · SONO · CANTVQ̄ · CONSISTENS ·ET ·DICTA ·MVsica per deriuationem a musis. Muse autē appellate a potumuson·id est a querendo· q̄ per eas sicut antiqui voluerunt vis carminum & vocis modulatio quereretur. Quorum sonus quia sensibilis res est· pterfluit in preteritum tempus· imprimiturq̄ memorie. Inde a poetis iouis & memorie filias musas esse confictum est. Nisi enim ab homine memorie teneant̄ soni pereūt quia scribi non possunt·

De. Inuentoribus eius Ca ii

MOises dicit repertorem musice artis fuisse tubal· qui fuit de stirpe cain ante diluuium. Graeci vero pitago/ram dicũt huius artis inuenisse primordia ex malleo rum sonitu & cordarum extensione percussa. Alii linũ thebeũ· & zetum· & amphion in musica arte primos claruisse ferunt. Post quos paulatim directa est precipue haec disciplina· & aucta multis modis· eratq; tam turpe musicam nescire q̃m litteras. Interponebatur autem non modo sacris· sed et omnibus solen/nibus omnibusq; letis vel tristioribus rebus. Vt enim in vene/ratione diuina himni ita in nuptiis himenei· & in funeribus treni· et lamenta ad tibias canebantur. In conuiuiis vero lira vel cithara circumferebatur· & accubantibus singulis ordinabatur conuiuiale genus canticorum

Quid sit musica Ca·iii

ITaq; sine musica nulla disciplina potest esse ꝑfecta. Nichil enĩ est sine illa. Nam & ipse mundus quadam armonia sonorum fertur esse compositus· & caelum ipm sub armonie modulacõe reuolui. Musica mouet affectus· prouocat in diuersum habitũ sensus. In preliis quoq; tube concentus pugnantes accendit· & quanto vehementior fuerit clangor· tanto fit animus ad certa/men fortior. Siquidem & remiges cantus hortatur. Ad tolerã/dos quoq; labores musica animum mulcet· & singulorũ operũ fatigacõnem modulatio vocis solatur. Excitatos quoq; animos musica sedat· sicut de dauid legitur· qui ab ipo spiritu immũdo saulem arte modulationis eripuit. Ipsas quoq; bestias necnon serpentes· volucres· atq; delphinas ad auditum sue modulatiõis musica ꝓuocat. Sed quicquid loquimur vel intrinsecus venaꝝ pulsibus commouemur· per musicos richmos· armonie virtu/tibus probatur esse sociatum.

De. Tribus partibus musice Ca·iiii

MVsice partes sunt tres· id est armonica· richmica· me/trica. Armonica est· que discernit in sonis acutum et grauem. Richmica est· que requirit incursionem ver/borum· vtrum bene sonus an male cohereat. Metrica est que mensuram diuersorum metrorum probabili ratione cognoscit: ut verbi gratia· heroicum· iambicum· elegiacum & cetera

De. Triformi musice diuisione Ca·v

AD omnem autem sonum qui materies cantilenarũ est triformem constat esse naturã. Prima ẽ armonica

que ex vocum cantibus constat. Secúda organica que ex flatu consistit. Tercia richmica que impulsu digitoꝝ numeros recipit Nam aut a voce editur sonus sicut per fauces. Aut flatu sicut p tubam & tibiam. Aut impulsu sicut per citbará· aut per quodlibet aliud quod percuciendo sonorum est

De. Prima diuisione musice armonica Ca·vi

PRima diuisio musice que armonica dicitur id est modulatio vocis· pertinet ad cómedos·tragedos· vel choros· vel ad omnes qui propria voce canunt. Haec ex animo & corpore motum facit· & ex motu sonum ·ex quo colligitur musica que in bomine vox appellat. Vox est aer spiritu verberatus·vnde & verba sunt nuncupata. Proprie autem vox bominum est seu irrationabilium animantium. Nam in aliis abusiue non proprie sonitus vox vocat· ut Vox tube infremuit fractasq; ad litora voces. Nam proprium est·ut. Litorei sonant scopuli & ad terribilem tubam sonitum procul ere canoro. Armonica est modulatio vocis & concordantia plurimorú sonorum vel coaptatio. Simpbonia est modulationis temperamentum ex graui et acuto concordantibus sonis siue in voce·siue in flatu·siue impulsu. Per bác quippe voces acutiores grauioresq; concordant·ita ut quisquis ab ea dissonuerit·sensum auditus offendat. Cuius cótraria é diaphonia id est voces discrepátes vel dissone. Eupbonia est suauitas vocis. Haec et melos a suauitate & melle dicta. Diatesma est vocis spacium ex duobus vel pluribus sonis aptatum. Diesis est spacia quedam & deductiones modulandi atq; vergétes de vno in alterum sonum. Tonus est acuta enunciatio vocis. Est enim armonie differentia· & quátitas que in vocis accétu vel tenore consistit. Cuius genera in·xv· partibus musici diuiserunt·ex quibus iperlidius nouissimus· & acutissimus ippodorius omnium grauissimus est. Cantus est inflexio vocis. Nam sonus directus est. Praecedit autem sonus cantum. Arsis est vocis eleuatio id est initium. Tbesis vocis positio boc est finis. Suaues voces sunt subtiles· & spisse· clare· atq; acute. Perspicue voces sunt· que longius protrabuntur· ita ut omnem impleant continuo locum· sicut clangor tubarú. Subtiles voces sunt· quibus non est spiritus qualis est infantiú vel mulierum ·vel egrotátium sicut in neruis. Que eni subtilissime corde sunt· subtiles ac tenues sonus emittút. Pigu es sunt voces

quando ſpiritus multus egreditur ſimul ſicut virorum. Acuta vox eſt tenuis· alta ſicut in cordis videmus. Dura vox eſt· que violenter emittit ſonus·ſicut tonitruū·ſicut incudis ſonus·quotiens in durum malleus percutitur ferrum. Aſpera vox ē rauca· & que diſpgitur per minutos & in diſſimiles pulſus. Ceca vox eſt· que mox ut emiſſa fuerit cōticeſcit·atq; ſuffocata nequaq̄m longius producitꝰ· ſicut ē in fictilibus. Vinnolata vox ē mollis atq; flexibilis. Et vinnolata dicta a vino hoc ē a cincinno moliter flexo. Perfecta autem vox eſt·alta·ſuauis·& clara. Alta ut in ſublime ſufficiat. Clara ut aures adimpleat. Suauis ut aures vel animos audiētium blandiat. Si ex his aliquid defuerit vox perfecta non erit

De. Secunda diuiſione organica Ca·vii

SEcunda diuiſio organica eſt·in his que ſpiritu reflāte completa in ſonum vocis animantur·ut ſunt tube calami·fiſtule·organa·pandoria·& his ſimilia inſtrumenta. Organum vocabulum eſt generale vaſorum omniū muſicorum. Hoc autem cui folles adhibentur· alio greci nomie appellant. Vt autem organum dicatur·magis ea vulgaris ē conſuetudo graecorum. Tuba primum a tirrenis inuenta·de quibus virgilius. Tirrenuſq; tube mugire per ethera clangor. Adhibebatur autem non ſolum in proeliis·ſed & in omnibus feſtis diebus·propter laudes vel gaudii claritatem. Vnde & in pſalterio dicitur. Cantate in initio menſis tuba·in die inſigni ſolennitatis veſtre. Praeceptum enim fuerat iudeis·ut in initio noue lune tuba clangerent·quod etiam huc uſq; faciunt. Tibias excogitatas in frigia ferunt. Has quidem diu funeribus tantū adhibitas·mox & ſacris gentilium. Tibias autem appellatas putant·ꝙ primum de ceruinis tibiis cruribuſq; hinnulorū fierent·deinde per abuſionem ita ceptas vocari etiam que non de cruribus oſſibuſq; eſſent. Hinc & tibicen quaſi ſunt tibiarum cantus. Calamus nomē eſt arboris proprium a calendo id eſt fundendo voces vocatur Fiſtulam quidam putant a mercurio inuentā Alii a fauno quem graeci vocant pan. Nonnulli ab idi paſtore agrigentino ex ſicilia. Fiſtula autem dicta· ꝙ vocem emittat. Nam graece phos vox·ſtolia miſſa latine appellatꝰ. Sambuca in muſicis ſpecies eſt ſimphoniarū. Eſt eni genus ligni fragilis vnde & tibie cōponuntur. Pandorius ab inuentore vocatus·

de quo virgilius. Pan primus calamos cera coniungere plures. Instituit. pan curat oues ouiumq; magister. Fuit enim apud gétiles deus pastoralis. qui primus dispares calamos ad cantum aptauit. & studiosa arte composuit.

De. Tercia diuisione richmica Ca. viii

TErcia est diuisio richmica. pertinens ad neruos & pulsus. cui dantur species diuersarum citharaꝝ. Timpanum quoq; cimbalum. sistrum. acitabula enea & argentea. vel alia que metallico rigore percussa. reddunt cū suauitate tinnitū. & cetera huiusmodi. Cithare ac psalterii repertor tubal ut predictum est refertur. Iuxta oppinionem autem graecorum cithare vsus repertus fuisse ab appolline credit̄. Forma cithare in initio similis fuisse tradit̄ pectori humano. quo vti vox e pectore ita ex ipa cātus ederetur. appellataq; eadem de causa. Nam pectus dorica lingua cithara vocatur. Paulatim aūt plures eius species extiterunt. ut psalteria. lire. barbite. phenices. & pectides. & que dicuntur indice. & feriūtur a duobus simul. Item alie atq; alie. & quadrata forma vel trigonali. Cordarum etiam numerus multiplicatus est. & cōmutatū genus. Veteres autem citharam fidiculam vel fidicen nominauerūt. quia tam concinunt inter se corde eius q̄m bene conueniat inter quos fides sit. Antiqua autem cithara septem cordis erat. Vnde & virgilius. Septem discrimina vocum. Discrimina autē ideo. quia nulla corda vicine corde similem sonum reddat. Sed ideo septē corde vel quia totam vocem implent. vel ꝙ septem motibus sonat caelum. Cordas autem dictas a corde. quia sicut pulsus est cordis in pectore. ita pulsus corde in cithara. Has primus mercurius excogitauit. idemq; prior in neruos sonū strinxit. Psalterium quod vulgo canticum dicitur. a psallendo nominatum ꝙ ad eius vocem chorus consonando respondeat. Est autem similitudo cithare barbarice in modum. A. delte littere. Sed psalterii & cithare haec differentia est. ꝙ psalterium lignum illud concauum vnde sonus redditur superius habet. & deorsum feriuntur corde. et desuper sonant. Cithara autem cōcauitatē ligni inferius habet. Psalterio autem hebrei decacordo vsi sunt ꝓpter decalogum legis. Lira dicta a potulirin id est a varietate vocū ꝙ diuersos sonus efficiat. Liram primum a mercurio inuētam fuisse dicunt hoc modo. Cum regrediens nilus in suos meatus

varia in campis reliquisset animalia· relicta etiam testudo est.
Que cũ putrefacta esset· & nerui eius remansissent extenti intra corium·percussa a mercurio sonitum dedit ad cuius specié mercurius liram fecit·& orpheo tradidit·qui erat huius rei maxime studiosus. Vnde et estimatur eadem arte non feras tantũ·sed et saxa atq3 siluas cantus modulatione applicuisse. Hanc musici propter studii amorem & carminis laudem etiam inter sidera suarum fabularum cómentis collocatam esse finxerunt. Timpanum est pellis vel corium ligno ex vna parte extensum. Est enim pars media simphonie in similitudinem cribri. Timpanũ autem dictum q medium est. Vnde & margaritum medium timpanum dicitur·& ipm ut simphonia ad virgulam percutit·

Cimbala & acitabula quedam sunt que percussa inuicem se tangunt & sonum faciunt. Dicta autem cimbala quia cũ ballematio simul percutiuntur. Graeci dicunt cimbala ballematia.

Sistrum ab inuentrice vocatum. Isis enim regina egiptiorũ id genus inuenisse probatur. Iuuenalis. Isis & irato feriat mea lumina sistro. Inde & hoc mulieres percutiunt· quia inuentrix huius generis est mulier. Vnde et apud amazones sistro ad bellum feminarum exercitus vocabatur. Tintinnabulum de sono vocis nomen habet· sicut & plausus manuũ·stridor valuarum

Simphonia vulgo appellatur lignum cauum·ex vtraq3 pelle extensa·quam virgulis hinc & inde musici feriunt·fitq3 in ea ex concordia grauis & acuti suauissimus cantus

De. Musicis numeris Ca·ix

Numeros autem secundum musicã ita queris. Positis extremis·utputa·vi·& decus dipondius·vides q monadibus superetur· vi·xii·&·vi·monadibus ductis p quadratum sexies seni faciunt·xxxvi. Coniũgis extrema illa·vi· ad·xii·simul efficiũt·xviii. Partitis tricies sexies per decus octus efficit dipondius. Hos iungis cum summa minore id est sexies erunt·viii·& erit medium inter·vi·&·xii. Quapropter octo superant·vi·duabus monadibus id est tercia de sexies· & superantur ·viii·a·xii·quatuor monadibus tercia porcione. Qua parte ergo superat·eadem superatur. Sed haec ratio quemadmodũ in mundo est ex volubilitate circulorũ ita & in microcosmo in tantũ preter vocé valet·ut sine ipius perfectióe etiá homo simphoniis carés nó consistet. Eiusdé musice perfectióe etiá metra consistũt

in arsis & thesis id est eleuatione & positione

INCIPIT · LIBER · TERCIVS · DE · ASTRONOMIA · ET · EIVS · NOMINE

ASTRONOMIA · EST · ASTRORVM · LEX · QVAE · CVRSVS SIDERVM · ET · FIGVRAS · ET habitudines stellarum circa se · & circa terram indagabili ratione percurrit ·

De. Inuentoribus eius Ca·ii

ASTronomiam primi egiptii inuenerunt. Astrologiã vero & natiuitatis obseruantiam chaldei primi docuerunt. Abraham autem instituisse aegiptios astrologiam iosephus auctor adseuerat. Graeci autem dicunt hanc artem ab athlante prius excogitatã · ideoq; dictus est sustinuisse caelum. Quisquis autem ille fuit · motu caeli & ratione animae excitatus p temporum vices · per astrorum rotatus diffinitosq; cursus · per interuallorum spacia moderata considerauit dimensiones quasdam · & numeros que diffiniendo ac secernendo in ordinem nectens astrologiam reperit

De. Institutoribus eius Ca·iii

IN vtraq; autem lingua diuersorũ quidem sunt de astronomia scripta volumina. Inter quos tantum ptolomeus rex alexãdrie apud graecos habetur precipuus. Hic etiam & canões instituit quibus cursus astrorum inueniatur

De. Differentia astronomie & astrologie Ca·iiii

INter astronomiam autem & astrologiam aliquid differt. Nã astronomiã caeli conuersionem · ortus · obitus · motusq; siderum continet · vel ex qua causa ita vocentur. Astrologia vero partim naturalis · partim superstitiosa est. Naturalis dum exequitr solis & lune cursus vel stellarum certas tempoꝝ stationes. Superstitiosa vero est illa · quam mathematici sequuntur qui in stellis augurantur · quiq; etiam · xii · caeli signa per singula animae vel corporis membra disponunt · siderumq; cursu natiuitates hominum & mores predicare conantur

De. Astronomie ratione Ca·v

ASTronomie ratio modis plurimis constat. Diffinit enim quid sit mundus·quid celum·quid spere situs et cursus·quid axis caeli·& poli·que sint climata celi qui cursus solis & lune atq; astrorum & cetera·

De. Mundo Ca·vi

MVndus est hic qui constat ex caelo & terra·& mari· cunctisq; sideribus. Qui idcirco mundus est appellatus·quia semper in motu est·nulla enim requies eius elementis concessa est·

De. Forma mundi· Ca·vii

FOrmatio mundi ita demonstratur. Nam quéadmodum erigitur mundus in septentrionalem plagam· ita declinatur in australem. Caput auté eius et quasi facies orientalis regio est·vltima pars septentrionalis est·

De. Caelo eiusq; nomine Ca·viii

CAelum philosophi rotundum·volubile· atq; ardens esse dixerunt·vocatumq; hoc nomie·eo q; tanq̃m vas celatum·impressa signa habeat stellarum. Distinxit enim id deus claris luminibus· & impleuit solis scilicet & lune orbe fulgenti·& astrorum micantium splendentibus signis adornauit. Hoc autem graece dicitur a dotiapacta id est a vidédo eo q; aer perspicuus sit·& ad speculandum purior

De. Situ spere caelestis Ca·viiii·

SPera caeli est species quedam in rotundum formata· cuius centrũ terra est·ex omnibus partibus equaliter conclusa. Hanc speram nec principium habere dicũt nec terminum·ideo q; in rotũdum quasi circulus vnde incipiat vel vbi desinat nõ facile cõprehendant. Philosophi auté mũdi septem caelos id est planetas globorum consono motu introduxerunt·quorum orbibus ꝯnexa memorant omnia· quos ibi innexos & velut insertos versari retro·& econtrario ceteris motibus suis ferri arbitrantur

De. Motu spere Ca·x

SPere motus duobus axibus voluit. Quorum vnus est septentrionalis· qui nunq̃m occidit·appellaturq; boreus. Alter australis qui nunq̃m videt·& austronothus dicitur. His duobus polis moueri speram caeli dicunt· & cum motu eius sidera in ea fixa ab oriente vsq; ad occidenté circuire septentrionalibus breuiores giros iuxta cardinem peragentibus·

De. Cursu eiusdem spere Ca·xi

SPera caeli ab oriente & occidēte ſemel in die et nocte vertitur· xxiiii· horarum ſpaciis quibus ſol curſum ſuum ſupra terras & ſub terras ſua volubilitate con/cludit·

De. Celeritate caeli · Ca·xii

TAnta celeritate celi ſpera dicitur currere·ut niſi aduerſus precipitem eius curſum aſtra currerent·que ea re/morarentur mundi ruinam facerent·

De. Axe caeli· Ca·xiii

AXis eſt ſeptentrionalis linea recta que per mediam pilam ſpere tendit.Et dicta axis·ꝙ in ea ſpera ut rota voluitur·vel quia ibi plauſtrum eſt·

De. Caeleſtibus polis· Ca·xiiii·

POli ſunt circuli qui currunt per axem.Horū eſt alter ſeptentrionalis qui nunq̃m occidit· appellaturq; bo/reus. Alter auſtralis qui nunq̃m videtur· & auſtro/nothus dicitur.Et dicti poli ꝙ ſint axiū cicli ex vſu plauſtroꝝ a poliendo ſcilicet nominati.Sed polus boreus ſemper videtur auſtronothus nunq̃m·qa dextra caeli altiora ſunt preſſa auſtri·

De. Cardinibus caeli Ca·xv

CArdines caeli extreme partes ſunt axis.Et dicti cardines·eo ꝙ per eos vertit̄ caelū·vel ꝙ ſicut cor voluunt̄

De. Conuexis caeli· Ca·xvi·

COnuexa aūt caeli extrema eius ſunt a curuitate dicta ut eſt illud. Conuexum quotiens claudit nox hu/mida caelum.Conuexum enim curuum eſt·quaſi conuerſum ſeu inclinatum·& in modum circi flexum·

De. Ianuis caeli· Ca·xvii

IAnue caeli due ſunt·oriens & occaſus.Nam vna porta ſol pro/cedit·alia ſe recipit·

De. Gemina facie caeli Ca·xviii·

FAcies caeli vel caput orientalis regio· vltima ſepten/trionalis·de qua lucanus.Sic mundi pars ima iacet quam ʒona niualis.Perpetueq; premunt hiemes·

De. Quatuor partibus caeli· Ca·xviiii

CLimata caeli id eſt plage vel partes quatuor ſunt·ex quibus prima pars orientalis eſt· vnde alique ſtelle oriuntur.Secunda occidentalis· vbi nobis aliq̄ ſtelle occidunt.Tercia ſeptentrionalis·vbi ſol peruenit in diebus ma/ioribus.Quarta auſtralis·vbi ſol peruenit noctibus maioribus·

Oriens autem ab exortu ſolis eſt nuncupatus. Occidens ꝙ dié faciat occidere & interire· abſcondit enim lumen mundo & te/nebras ſemper inducit. Septentrio autem a ſeptem ſtellis axis vocatus· que in ipſo reuolute rotantur. Hic proprie & vertex di/citur·eo ꝙ vertitur. Meridies autem vocatur·vel quia ibi ſol fa/cit medium diem·quaſi medidies· vel quia tunc purius micat ether· merum enim purum dicitur. Sunt & alia ſeptem cli/mata caeli·quaſi ſeptem linee ab oriente vſq; in occidentem ſub quibus & mores hominum diſpares· atq; animalia ſpecialiter diuerſa naſcuntur·que vocata ſunt a locis quibuſdam famoſis· quorum primum eſt merois·ſecundum ſomis vel ſienes·terciū cathagoras vel cathagorius id eſt affrica·quartum rhodus·qn̄/tum eleſpontus·ſextum meſopontum·ſeptimum bruſtenus·

De. Hemiſperiis· Ca·xx·

Hemiſperium dimidia pars ſpere eſt·hemiſperion ſu/pra terram eſt·ea pars caeli que a nobis tota videtur· Hemiſperion ſub terra eſt·que videri nō poteſt q̃m/diu ſub terra fuerit·

De. Quinq; circulis caeli Ca·xxi

Zone caeli quinq; ſunt·quarū diſtinctionibus quedā partes temperie ſua incoluntur· quedam immanitate frigoris·aut caloris inhabitabiles exiſtunt· que ideo zone vel circuli appellant̄·ideo ꝙ in circūductione ſpere exiſtūt Quorum primus circulus ideo arcticus appellatur· eo ꝙ intra eum arcturi ſigna incluſa proſpiciant̄. Secundus circulus exeu/terinus qui tropicus dicitur·quia in eo circuiens ſol aquilonis finibus eſtatem facit· & vltra eum circulum non tranſit·ſed ſta tim reuertitur·& inde tropicus appellatur. Tercius circulus hi/merinus·qui a latinis ideo equinoctialis appellatur·eo ꝙ ſol cū ad eum orbem peruenerit·equinoctium facit. Himerinus enī latine dies dicitur·atq; nox quo circulo dimidia ſpere pars con/ſtituta perſpicit̄. Quartus circulus antarticus vocatus·eo ꝙ con trarius ſit circulo quē arthi cognominamus. Quintus circulus cimerinus tropicus·qui a latinis hiemalis ſiue brumalis appel/latur·ideo ꝙ ſol cum ad eum circulum peruenerit· hiemem his qui ad aquilonem ſunt facit·& eſtatem his qui in auſtri parti/bus cōmorantur·

De. Zodiaco circulo Ca·xxii

Zodiacus autem circulus eſt·qui ex linearum quinq; angulis·& ex vna linea conſtat·

De. Lacteo circulo. Ca.xxiii

LActeus circulus via est que in spera videt᷑ a candore dicta. quia alba est. quam aliqui dicunt viam esse q̃ circuit sol. & ex splendoribus ipius transitu ita lucere

De. Magnitudine solis. Ca.xxiiii

MAgnitudo solis fortior est terre. Vnde et eodem momento quo orit᷑ & orienti simul & occidenti equaliter apparet. Qꝫ vero tanq̃m cubitalis nobis videt᷑ considerare oportet. quãtum sol distat a terris. que longitudo facit ut paruus videatur a nobis

De. Magnitudine lune Ca.xxv

MAgnitudo quoqꝫ lune mior fertur esse q̃m solis. Nã dum sol superior sit a luna. & tamen a nobis maior q̃m luna videatur. iam si prope nos accessisset multo maior q̃m luna conspiceretur. Sicut autem fortior est sol terra. ita terra fortior est luna per aliquam quantitatem.

De. Natura solis Ca.xxvi.

SOl dum igneus sit. pre nimio motu cõuersionis sue amplius incalescit. Cuius ignem dicunt philosophi aqua nutriri & econtrario elemento virtutẽ luminis & caloris accipere. Vnde videmus eum sepius madidum atqꝫ rorantem.

De. Cursu solis Ca.xxvii

SOlem per seipm moueri. non cum mundo verti dicunt. Nã si fixus celo maneret. omnes dies et noctes equales existerent. sed cum alio loco cras occasurum. alio occidisse hesterno vidimus. apparet eum per seipm moueri non cum mundo verti. Spaciis enim inequalibus orbes ãnuos conficit. propter temporum mutationes. Oriens diem facit. occidens noctem inducit. Nam vadens longius ad meridiẽ hiemẽ facit. ut hibernis humoribus ac pruinis terra pinguescat. Accedens propius ad septentrionem estatem reddit. ut fruges maturitate durent᷑. & q̃ sunt in humidis incocta feruefacta mitescant

De. Effectu solis Ca.xxviii

SOl oriens diem facit. occidens noctem inducit. Nam dies est sol super terras. Nox est sol sub terra. Ex ipo enim sunt hore. ex ipso dies cum ascenderit. ex ipso etiam nox cum occiderit. ex ipo menses & anni numerantur. ex ipo vicissitudines fiunt temporum. Quando autẽ per meridiẽ currit. vicinior terre est. quãdo vero iuxta septentrionẽ sublimis

attollitur. Cui ideo deus diuersos cursus constituit loca & tempora ne dum semper in hisdem moraretur locis quottidiano vapore eius vniuersa consumerentur sicut clemens ait cursus diuersos accipit quibus aeris temperies pro ratione temporum dispensatur & ordo vicissitudinum permutationumque seruat. Nam dum ad superiora conscenderit ver temperat vbi ad summū venerit estiuos accendit calores descendens rursus autumno temperiē reddit vbi vero ad inferiorem redit circulum ex glaciali cōpage caeli rigorem nobis hiberni frigoris derelinquit

De. Itinere solis Ca xxviiii

Sol oriens per meridiem iter habet. Qui postquam ad occasum venerit & oceano se intinxerit per incognitas sub terrā vias vadit & rursus ad orientē recurrit

De. Lumine lune Ca xxx

Lunam quidam philosophi dicunt proprium lumen habere globique eius vnam partem esse luciflua aliam vero obscuram & paulatim se vertendo diuersas formas efficere. Alii econtra aiunt lunam non suum lumē habere sed solis radiis illuminari. Vnde et eclipsin patitur si inter ipam & solem terre vmbra interueniat. Sol enim illi loco superior ē. Hinc euenit ut quādo sub illo est parte superiore luceat inferiore vero quam habet ad terras obscura sit

De. Formis lune Ca xxxi

Prima figura lune bicornis est ita Secunda sextilis habet ita Tercia dimidia habet ita Quarta plena ita Quīta iterum dimidia ita Sexta iterum sextilis ita. Septīa bicornis Septīa autē semis & vicesima secūda semis in suo ordine medie sunt. Cetere autem proporcionales sunt

De. Interlunio lune Ca xxxii

Interlunium lune est tempus illud inter deficientē & nascētem lunam. Est autem xxx dies quo luna non lucet. Que ideo tunc videri non potest quia soli coniuncta obscuratur sed eodē momento renascens paulatim ab eo recedendo videtur

De. Cursu lune Ca xxxiii

Luna amissi ac recepti luminis vicibus menstrua in centro spacia moderatur. Que ideo obliquo & non recto incedit cursu ut sol scilicet ne incedat in centrū

terre·& frequẽter patiatur eclipſin. Vicinus enĩ eſt eius circulus terre. Creſcens autem orientem cornibus ſpectat· decreſcens oc/cidentem merito· quia occaſura & amiſſura eſt lumen·

De. Vicinitate lune ad terras Ca·xxxiiii

LVna terris vicinior eſt q̃m ſol· inde & breuiori orbe ce/lerius peragit curſum ſuum. Nam iter quod ſol in die/bus· ccc· ſexagintaquinq; peragit· iſta per triginta dies percurrit Vnde & antiq menſes in luna· ãnos aũt in ſolis curſu poſuerũt

De. Eclipſi ſolis Ca·xxxv

EClipſis ſolis eſt· quotiens luna· xxx· ad eandem lin eam qua ſol vebitur peruenit· eiq; ſe obiiciẽs ſolem obſcurat Nam deficere nobis ſol videtur dum illi orbis lune opponitur

De. Eclipſi lune Ca·xxxvi

EClipſis lune eſt quotiens in vmbrã terre luna incurrit· Non enim ſuum lumẽ babere· ſed a ſole illuminari pu/tatur. Vnde & defectum patitur· ſi inter ipam & ſolem vmbra terre interueniat. Patitur autem boc· xv· luna· eo vſq; q̃mdiu cen trũ atq; vmbrã obſtãtis terre exeat· videatq; ſolẽ vel a ſole videat̃

De. Differẽtia ſtellarũ et ſiderũ atq; aſtrorũ Ca·xxxvii

STelle & ſidera & aſtra inter ſe differunt. Nam ſtella eſt quelibet ſingularis. Sidera vero ſunt ſtellis pluris facta ut biades· pliades. Aſtra aũt ſunt ſtelle grandes· ut orion· boetes Sed baec nomina ſcriptores confundunt· & aſtra pro ſtellis· & ſtellas ꝓ ſideribus ponũt· De. Lumine ſtellarũ Ca·xxxviii

STelle non babere proprium lumen· ſed a ſole illumiari dicũtur ſicut et luna De. Situ ſtellarũ Ca·xxxix

STelle immobiles ſunt· et cum caelo fixe perpetuo motu feruntur· neq; candent per diem· ſed ſolis ſplendore ob/ſcurantur· De. Curſu ſtellarum Ca·xl

SIdera autem feruntur aut mouentur. Feruntur q̃ caelo fixa ſunt· & cum caelo voluuntur. Mouent̃ vero quedã ſicut planete id eſt erratice· que curſus ſuos vagos certa tamen diffinitione conficiũt De. Vario curſu ſtellarũ Ca·xli

STelle pro eo ꝙ per diuerſos orbes celeſtium planetarũ feruntur· quedam celerius exorte· ſerius occidũt· quedã tardius exorte· citius ad occaſum perueniũt. Alie pariter oriunt̃ & nõ ſimul occidunt. Omnes autem ſuo tempore ad ſuum cur ſum propriũ reuertũtur· De. Interuallis ſtellarũ Ca·xlii

Stelle inter se diuersis interuallis distant a terra· ꝓpterea dispari claritate magis minusue nostris oculis apparēt. Nam multe maiores sunt his· quas videmus conspicuas· sed lō gius posite parue videntur a nobis·

De. Numero circulari stellarum Ca·xliii

Numerus circularis stellarum est per quem cognoscitur in quanto tempore circulum suum vnaqueq; stella per currat· siue per longitudinem· siue per la titudinem. Nam luna octo annis fertur explere circulum suum. Mercurius annis·xx· Lucifer annis·ix. Sol annis·xviii. Vesper·xv. Pheton·xii. Saturnus·xxx. Quibus peractis ad reuersionem circuli sui hisdem signis & partibus reuertuntur. Quedā sidera radiis solis prepedita anomala fiūt· aut retrograda· aut stationaria· iuxta quod et poeta meminit dicens. Sol tempora diuidit eui· mutat nocte diem radiisq; potentibus astra. Ire vetat· cursusq; vagos ratione moratˀ

De. Stellis planetis· Ca·xliiii

Quedam stelle ideo planete dicuntur id est errātes· quia per totū mundum vario motu discurrunt. Vnde ꝓ eo ꝙ errant retrograde dicuntur vel anomala efficiūtur id est qñ particulas addunt & detrahunt. Ceterum quando tantum detrahunt retrograde dicuntur. Stationem autem faciunt qñ stāt

De. Precedentia & antegradatione stellarum Ca·xlv

Precedentia vel antegradatio stellarū est· dum stella motum suum consuetum agere videtur· et aliquid preter cō suetudinem precedit·

De. Remotione stellarū Ca·xlvi

Remotio vel retrogradatio est· in qua stella dum motū suum agat· simul & retrorsum moueri videtur·

De. Statu stellarum Ca·xlvii

Status stellarum est· quando dum stella semper mouetˀ tamen in in aliquibus locis stare videtur

De. Nomibus stellaꝝ· q̄bus ex causis noīa acceperūt Ca·xlviii

Sol appellatus est· eo ꝙ solus appareat· obscuratis fulgore suo cūctis sideribus. Luna dicta quasi lucina· ablata media sillaba· de qua virgilius. Casta faue lucina. Sumpsit autē per deriuationem nomen a solis luce· eo ꝙ ab eo lumē accipiat· acceptumq; reddat. Stelle dicte a stando· quia fie stant in celo semper nec cadūt. Nam quod videmus e celo stellas quasi labi· non sunt stelle· sed igniculi ab ethere lapsi· qui fiunt dum vētus

altiora petens· aethereum ignem secum trahit·qui tractu suo imitatur stellas cadentes. Nam stelle cadere non possunt·immobiles enim (ut predictum est) sunt· & cum caelo fixe feruntur.
Sidera dicta· quod ea nauigantes considerando iter dirigunt ad cursus consilium·ne fallacibus vndis aut ventis alibi deducant Quedam autem stelle idcirco signa dicuntur·quod eas naute obseruant in gubernandis remis· contemplantes aciem fulgoremque earum·quibus rebus caeli status futurus ostenditur. Sed et oes homines ea intendũt ad preuidendas aeris qualitates per estaté et hiemem·vernalemque temperiem Ortu enim vel occasu suo certis stationibus temporum qualitates significant Signorũ primus arcton qui ĩ axe fixus·vii·stellis in se reuolutis rotatur· nomen est grecum·quod latine vrsa dicitur·que quia in modũ plaustri vertitur nostri eam septentrionem dixerunt. Triones enim proprie sunt boues aratorii· dicti eo quod terram terãt· quasi teriones. Septentriones autem non occidere axis vicinitas facit quia in eo sunt Artophilax dicitur quod arcton id est linces alit elicem vrsam sequitur. Eundem & boeten dixerunt· eo quod plaustro heret·signum multis spectabile stellis· inter quas arcturus est Arcturus ẽ sidus post caudã maioris vrse positũ in signo boetis. Vnde & arcturus dictus est quasi qa boetis precordiis collocatus est. Oritur autem autumnali tempore
Orion astrũ ante thauri vestigia fulget. Et dictus orion ab vrina vel orina id est ab inundatiõe aquarum. Tempore enim hiemis obortus mare & terram aquis & tempestatibus turbat Hunc latini iugulam vocãt quod sit armatus ut gladius et stellarum luce terribilis atque clarissimus. In quo si haec fulgent omnia· serenitas portenditur· si obscuratur huius acies·tempestas cernitur imminere Hiades dicte a potoian id est a suco et pluuiis. Nã pluuie grece hiatos vel hietosten dicũtur. Ortu quippe suo efficiunt pluuias. Vnde & eas latini suculas appellauerunt·quia quando nascuntur pluuiarum signa monstrantur. De quibus virgilius. Arcturũ pluuiasque hiadas. Sunt autẽ in fronte thauri septem·& oriunt tempore vernali. Pliades a pluralitate dicte quia pluralitatem graeci anotonaicton appellant. Sunt autem stelle·vii·ante genua thauri·ex quibus·vi·videntur·nã latet vna· Has latini vergilias dicunt·a temporis significatione· quod vere exoriunt. Nã occasu suo hiemẽ·ortu estatẽ· primeque nauigacõis

tempus oſtendunt. Canicula ſtella que & ſirius dicit̄ eſtiuis menſibus in medio centro caeli eſt· & dum ſol ad eā aſcenderit· coniuncta cum ſole duplicatur calor eius· & diſſoluunt̄ corpora & vaporantur: Vnde & ex ipa ſtella dies caniculares dicuntur· quando et moleſte ſunt purgationes. Canis autem vocat̄ ꝑpter quod corpora morbo afficiat· ſiue propter flamme candorem· q̄ eiuſmodi ſit ut pre ceteris lucere videatur. Itaq; quo magis eā cognoſcerent ſirion appellarunt. Cometes ſtella dicta eſt· eo q̄ comas luminis ex ſe fundat. Quod genus ſideris quādo ap/paruerit· aut peſtilentiam· aut famem· aut boella ſignificat. Co/metes autem latine crinite appellantur· q̄ in modum crinium flammas ſpargunt. Quas ſtoici dicunt eſſe vltra·xxx· quarum nomia & effectus quidā aſtrologi ſcripſerūt. Lucifer dictus eo q̄ inter omnia ſidera plus lucem ferat. Lucifer enim eſt vna ex planetis. Haec proprie & iubar dicitur· eo q̄ iubas lucis ex ſe fundat. Sed & ſplendor ſolis· ac lune & ſtellarum iubar vocat̄· q̄ in modum iube radii iporum extendantur. Veſperus ſtel la occidentalis· quam cognominatam perhibent a veſpero rege hiſpanie. Eſt autem & ipa ex·v· ſtellis planetis noctem ducens & ſequens ſolem. Fertur autem q̄ haec ſtella oriens luciferum occidēs veſperū facit. De qua ſtacius. Et alterno dependit̄ vnus in ortu. Planete ſtelle ſunt que non ſunt fixe in caelo ut reliq̄ ſed in aere feruntur. Dicte autem planete a poteſplanes id eſt ab errore. Nam interdum in auſtrum· interdum in ſeptentrionem· plerumq; contra mundum· nōnunq̄m cum mundo feruntur quarum nomina greca ſunt· pheton· plerion· daphirion· pheton phetonta· phiriona· heſperus· ſtelbon. Has romani nominibus deorum ſuorū id eſt iouis· ſaturni· martis· veneris· atq; mercurii· ſacrauerunt. Decepti enim et decipere volentes in eorū adulatio nem qui ſibi aliquid ſecundum amorē preſtitiſſent· ſidera oſten debāt in caelo· dicētes q̄ iouis eſſet illud ſidus· & illud mercurii· & concepta eſt oppinio vanitatis. Hanc oppinionē erroris dia/bolus confirmauit xp̄s euertit. Iam vero illa que ab ipis gen tilibus ſigna dicunt̄· in quibus & animātium imago de ſtellis formatur· ut arcton· aries· taurus· libra· & huiuſmodi alia. Hi q̄ ſidera preuiderūt in numero ſtellarū ſpeciem corporis ſuperſti/cioſā vanitate permoti finxerūt· ex cauſis quibuſdam deorum ſuorum & imagines & nomina confirmantes. Nam arietem

primum signum· cui libre mediam mundi lineā tradunt ꝓpter hammonem id est iouem vocauerunt· quia in eius capite qui simulachra faciunt arietis cornua fingunt. Quod signum gentiles ideo inter signa primū constituerūt· quia in mense marcio qui est anni pricipium solem in eo signo cursum suū peragere dicunt. Sed & thaurum inter sidera collocant· & ipm in honorem iouis· eo ꝙ in bouem sit fabulose conuersus· quando europam transuexit. Castorem quoqȝ & pollucem post mortē inter notissima sidera constituerunt· quod signum geminos dicunt. Cancrum quoqȝ inde dixerunt· eo ꝙ cum ad id signū in mense iunio sol venerit· retrograditur in modum cancri· breuioresqȝ dies facit. Hoc enim animal incertam habet primam partem. Deniqȝ ad vtrāqȝ partē gressum dirigit· ita ut prior ps sit posterior· & posterior prior Leonem in graecia ingentem hercules occidit· & propter virtutem suam hunc inter· xii· signa constituit. Hoc signum sol cum attigerit· nimium calorem mūdo reddit· & ānuos flatus & estates facit. Virginis etiā signū idcirco in astra collocauerunt· propter ꝙ eisdem diebus in quibus per illud sol decurrit· terra exusta solis ardore nil pariat· est enim hoc tempus canicularium dierum. Libram autem vocauerūt ab equalitate mensis ipius· quod· viii· kalēdas octobris sol per illud signum currēs equinoctiū facit. Vnde & lucanus Ad iuste pondera libre Scorpium quoqȝ & sagittariū ꝓpter fulgura mensis ipius appellauerunt. Sagittarius vir equinis cruribus deformatus· cui sagittam & arcum adiungūt· ut ex eo mensis ipius fulmina demonstrentur. Vnde & sagittarius est vocatus. Capricorni figuram ideo inter signa vel sidera finxerunt· ꝓpter capram iouis nutricem· cuius posteriorem partem corporis in effigiem piscis ideo finxerunt· ut pluuias eiusdem mensis designarent· quas solet idem mensis plerūqȝ in extremis habere. Porro aquarium & pisces ab imbribus temporū vocauerunt· ꝙ hieme quando in his signis sol vertit maiores pluuie profunduntur. Et miranda gentilium dementia· qui nō solum pisces sed etiā arietes & hircos & thauros· vrsas· et canes· cancros· & scorpiones in caelum transtulerunt. Nam & aquilā & cignum propter iouis fabulas inter caeli astra eius memorie causa collocauerunt. Perseum quoqȝ & vxorē eius andromedā posteaq̃m sunt mortui in caelum receptos esse crediderūt· ita ut

imagines eorum stellis designarent· eorūq; appellare nominibus non erubescerent. Aurigam et erictonium in caeli astra collocauerunt· propter q̄ vidissent eum primum quadrigam iunxisse· mirati sunt enim ingenium eius ad imitationem solis accessisse & propter hoc nomen eius post mortem inter sidera posuerūt· Sic calisto licaonis regis filia dum ab ioue cōpressa· & fabulose ab iunone in vrse fuisset speciem conuersa· que graece arcton appellatur post interfectionem ipius· nomen eius iouis cum filio in stellis septentrionalibus transtulit· eamq; arcton· filiū autem eius artophilax appellauit. Sic lira per mercuriū ī celum locata· Sic centaurus chiron ꝓpter quod nutrierat escolapiū et achillē inter astra dinumeratus est. Sed quolibet modo supersticiones he ab hominibus nuncupentur· sunt tamen sidera que deus in mundi principio condidit· ac certo motu distinguere tempora ordinauit. Horum igitur signoꝝ obseruationes vel geneses vel cetera supersticiosa que se ad cognitionē siderum coniungūt id est ad noticiam fatorū· et fidei nostre sine dubitatione contraria sunt. Sic ignorari debent a xp̄ianis· ut nec scripta esse videatur. Sed nōnulli siderum pulcritudine & claritate pellecti illapsu stellarum cecatis mentibus corruerūt· ita ut per supputationes noxias que mathesis dicit̄· euentus rerū prescire posse conent̄. Quos nō solum xp̄iane religionis doctores· sed et gentiliū plato arestotelesq; atq; alii rerum veritate commoti· concordi sententia damnauerunt· dicentes confusionem rerū potius de tali persuasione generari. Nam si genus humanum ad varios actus nascēdi necessitate premeretur· cur aut laudem mereantur boni aut mali legum percipiant vltionem. Et q̄muis ipi non fuerint celesti sapientie dediti· veritatis tamen testimonio errores eorum merito pertulerūt. Ordo autem iste septem seculariū disciplinarum ideo a philosophis vsq; ad astra perductus est· scilicet ut animo seculari sapientia implicatos· a terrenis rebus abduceret· et in superna contemplatione collocaret

INCIPIT · LIBER · QVARTVS · DE · MEDICINA ·

MEDICINA · EST · QVE · CORPORIS · VEL · TVETVR · VEL · RESTAVRAT · SALVTEM · CVIVS materia verſatur in morbis et vulneribus Ad hanc itaq; pertinent non ea tantū que ars eorum exhibet· qui proprie medici nominantur· ſed etiā cibus & potus· tegmen & tegimen. Defenſio deniq; omis atq; munitio· qua ſanum corpus noſtrū aduerſus externos ictus caſuſq; ſeruat

De. Nomine medicine Ca· ii

NOmen autem medicine a modo id eſt temperamēto impoſitum eſtimatur· ut nō ſatis· ſed paulatim adhibeaṫ. Nam in multo contriſtatur natura· mediocriter autē gaudet. Vnde & qui pigmenta et antidota ſatis vel aſſidue biberint vexantur. Immoderatio enim omnis non ſalutem ſed periculum affert

De. Inuentoribus eius Ca· iii

MEdicine autem artis auctor ac repertor apud grecos perhibeṫ appollo. Hanc filius eius eſcolapius laude vel opere ampliauit· ſed poſtq̄m fulminis ictu eſcolapius interiit· interdicta fertur medendi cura· & ars ſimul cum auctore periit· latuitq; per annos pene quingentos· vſq; ad tempus artarxerxis regis perſarum. Tunc eam reuocauit ad lucem ipocrates aſclepio patre genitus in inſula cboo·

De. Tribus hereſibus medicorum· Ca· iiii

SI itaq; tres viri totidē hereſes inuenerūt. Prima metodica inuenta eſt ab appolline· que remedia ſectatur et carmina. Secunda emphenca id eſt experientiſſima inuenta eſt ab eſcolapio· que non indiciorum ſignis· ſed ſolis cōſtat experimentis. Tercia logica id eſt rationalis inuenta ab ipocrate. Iſte enim diſcuſſis etatum· regionum· vel infirmitatū qualitatibus· artis curam rationabiliter perſcrutatus eſt. Emperici enim experientiam ſolam ſectantur. Logici experientie rationē adiungunt. Metodici nec elementorum rationem obſeruāt· nec tempora· nec etates· nec cauſas· ſed ſolas morborum ſubſtantias·

De. Quatuor humoribus Ca· v

SAnitas eſt integritas corporis· & temperantia nature ex calido & humido· quod ē ſanguis· vnde & ſanitas

dicta est· quasi sanguinis status. Morbi generali vocabulo oēs passiones corporis continentur· quod inde veteres morbum nominauerunt· ut ipa appellatione mortis· vim que ex eo nascitur demonstrarent. Inter sanitatem autem & morbum media ē curatio· que nisi morbo congruat· nō perducit ad sanitatē. Morbi enim omnes ex quatuor nascunt̄ humoribus id est ex sanguīe & fellē· melācolia· & flegmate. Ex ipis enim reguntur sani· ex ipis leduntur infirmi. Dum enim amplius extra cursum nature creuerint egritudines faciunt. Sicut enim quatuor sunt elementa· sic & quatuor humores· & vnusquisq̃ humor suū elementum imitatur. Sanguis aerem. Colera ignem. Melancolia terrā Flegma aquā. Et sunt quatuor humores sicut quatuor elemēta que conseruant corpora nostra. Sanguis ex greca ethimologia vocabulum sumpsit· q̄ vegetetur· & vnt· sustētetur· & viuat Coleram graeci vocauerūt· q̄ vnius diei spacio terminet̄. Vnde & colera id est fellicula nominata est· hoc est fellis effusio· greci enim fel colen dicunt. Melancolia dicta· eo q̄ sit ex nigri sanguinis fece admixta habundantia fellis. Greci enim melan nigrum vocant. Fel autem colen appellāt. Sanguis latine vocatūs q̄ sit suauis. Vnde & homines quibus dominatur sanguis· dulces et blandi sunt. Flegma autem dixerunt· q̄ sit frigidum· greci enī frigus flegmonē appellāt. Ex his quatuor humoribus regunt̄ sani· ex his ledūtur infirmi. Dum enim amplius extra cursum nature creuerint egritudines faciunt. Ex sanguīe autem et felle acute passiones nascunt̄· quas graeci oxea vocant. Ex flegmate vero & melācolia veteres cause ꝓcedunt q̄s greci cronia dicūt

+ Humores

De. Acutis morbis Ca· vi

OXea est acutus morbus· qui aut cito transit· aut celerius interficit· ut pleuresis· frenesis. Oxi enim acutū apud graecos & velocem significant. Cronia ē prolixus corporis morbus· qui multis temporibus remoratur· ut podagra· thisis. Cronon enim apud grecos tempus dicit̄. Fleumoniptin quietum cum rubore & dolore· extensione· duricia et vastitate. Nam cum ceperit fieri fleumone inquietudo· febris consequitur. Vnde & dicta est fleamon a pofleti inflammans sic enim sentitur· & inde nomen accepit. Quedā autē passiones ex propriis causis nomen acceperūt. Febris a feruore dicta ē Est etenim habundantia caloris. Frenesis appellata siue ab

impedimento mentis· quia graeci mentē frenas vocant· seu ꝙ dentibus infrendant. Nā frendere est dentes concutere. Est aūt perturbatio cum exagitatione et dementia·ex colerica vi effecta.

Cardia vocabulum ex corde sumpsit·dum ex aliquo timore aut dolore afficit̄. Cor enim greci cardian vocāt. Est enī cordis passio cum formidabili metu. Loetargia a somno vocata. Est enim oppressio cerebri cum obliuione & somno iugi veluti stertētis Sinancis a continentia spiritus & prefocatione dicta greci enim sinancis continere dicunt. Qui enim hoc vicio labo/rant dolore faucium prefocātur Fleumon ē feruor stomachi cū extensiōe atq; dolore. Fleumon ē inqetudo cū rubore et dolore et extensiōe et duricia et vastitate·q cū cepit fieri inqetudo & febris consequit̄. Vnde & dicta est fleumon a poflegi id est inflammans·sic enim sentitur·& inde nomen accepit. Pleu/resis est dolor lateris acutus cum febre·& sputo sanguinolento. Latus enim grece pleura dicitur. Vnde & pleuretica passio no/men accepit. Apoplexia ē subito effusio sanguinis qua suffo/cati intereunt. Dicta autem apoplexia ꝙ ex letali percussu repē/tinus casus fiat. Graeci enim percussionem apoplexin vocant.

Peripleimonia est pulmonis vicium cum dolore nimio vel vehementi & suspirio·graeci enim pulmonem fleumon vocāt Vnde & egritudo dicta est Spasmus latine cōtractio subita partium· aut neruorum cum dolore nimio· quam passionem a corde nominatam dixerunt·quia in nobis principatū vigoris habet. Fit autē duobus modis·aut ex repletiōe aut ex inanicōe.

Titanus maior est contractio neruorū a ceruice ad dorsum

Telum lateris dolor est. Dictum est autem ita a medicis·ꝙ dolore corpus transuerberet quasi gladius Ileos dolor est in/testinorum. Vnde & ilia dicta sunt·grece enim ileos obuoluere dicitur·ꝙ se intestina pre dolore inuoluant. Hi & torminosi dicuntur ab intestinorum tormēto. Idropoba id est aq̄ metus graeci enim idro aquam vocant·pobi timorem dicunt. Vnde et latini hunc morbum ob aque metum limphaticum vocāt. Fit autem aut ex canis rabidi morsu· aut ex aeris spuma in terram proiecta·quam si homo vel bestia tetigerit·aut dementia replet̄ aut in rabiem vertit̄. Carbunculus dictus·ꝙ in ortu suo ru/bens sit·ut ignis·postea niger·ut carbo extinctus. Pestilentia est contagium·quod dum vnū apprehēderit celeriter ad plures

pestilentia

transit. Gignit autē ex corrupto aere & in visceribus penetrādo innititur. Haec etsi plerumq; per aerias potestates fit tamen sine arbitrio oīpotentis dei oīno nō fit. Dicta autē pestilentia quasi pastulentia q; veluti incendium depascat & toto descendat corpore pestis. Eadem & contagium a contingendo quia quem tetigerit polluit. Ipsa & inguina ab inguinū percussione. Eadē et lues a labe & luctu vocata que tātum acuta est ut nō habeat spacium temporis quo aut vita speretur aut mors sed repentinus languor simul cum morte venit

De Cronicis morbis Ca. vii

Cronia est prolixus morbus qui multis temporibus remoratur ut podagra thisis. Cronon enī apud graecos tempus dicitur. Cephalea autem ex causa vocabulum habet capitis enim passione & graeci caput cephalin vocant. Scotomia ab accidenti nomen sumpsit q; repētinas tenebras ingerat oculis cum vertigine capitis. Vertigo autem ē quociensc unq; ventus consurgit & terram in circuitu mouet sic & in vertice hominis arterie & vene ventositatem ex resoluta humectatione gignunt & in oculis girum faciunt. Vnde & vertigo nuncupata est. Epilempsia vocabulum sumpsit q; mentem appendens pariter etiam corpus possideat. Greci enim appensionem epilempsia appellant. Fit autem ex melancolico humore quotiēs exuberauerit & ad cerebrum conuersus fuerit Haec passio & caduca vocatur eo q; cadens eger spasmū patiat̄ Hos etiam vulgus lunaticos vocat q; per lune cursum comitet̄ eos insania demonum. Eadem & laruatio. Ipse est & morbus comicialis id est maior & diutinus quo caduci tenentur. Cui tanta vis est ut homo valens cōcidat spumatq;. Comicialis aūt dictus q; aput gentiles cum comitiorum die cuiquā accidisset comitia dimittebantur. Erat autem apud romanos comitiorū dies solennis in kalendis ianuariis. Mania ab insania vel furore vocata. Nam grecorum vetustas furorem manicben appellabat siue ab iniquitate quam greci maniam vocauerunt siue a diuinatione quia diuinare grece manin dicitur Melancolia dicta est a nigro felle greci enim nigrum melan vocāt fel autē colen appellant. Epilempsia autem in fantasia fit melancolia in ratione mania in memoria Tipi sunt frigide febres q abusiue tipi appellabant̄ ab herba que in aqua nascit̄ que latine forma

inguina / pestilentia vel lues

atq; status dicitur. Est enim accessionū vel recessionū reuolutio per statuta temporum interualla. Reuma grece latine eruptio siue fluor appellatur. Catarrus est fluor reume iugis ex naribus·qui dum ad fauces venerit brancos vocatur·dum ad toracē vel pulmonem thisis dicitur. Chorisa est quotiens infusio capitis in ossa venerit narium· & prefocationem fecerit cū sternutatione. Vnde & chorisa nomen accepit. Brancos est prefocatio faucium a frigido humore·graeci enim guttur brancos dicunt·circa quem fauces sunt·quam nos corrupte brancias dicimus. Raucedo amputatio vocis. Haec & arteriasis vocatur·eo q vocem raucam & clausam reddat ab arteriarum iniuriis.

Suspirium nomen sumpsit·quia inspirationis difficultas est quam greci disnoam dicunt id est prefocationem. Pleripleumonia a pulmonibus nomē accepit. Est enī pulmonis tumor cum spumarum sanguinearum effusione. Emoptois emissio sanguinis per os. Vnde & nomen accepit. Emath enī sanguis dicitur. Thisis est vlceratio & tumor in pulmonibus·qui in iuuenibus facilius euenire solet. Thisis autē apud grecos dicta·q sit tocius corporis consumptio. Tussis graece ab altitudine vocatur·q a profundo pectoris veniat. Cuius contraria est superior in faucibus vbi vua titillat. Apostema a collectione nomen accepit. Nā collectiōes greci apostomas vocāt. Empus dicta ab apostoma intrinsecus vel in latere vel in stomacho cū dolore & febribus & tussi·ab habundantibus spumis et purulentis. Epaticus morbus a iecoris passione nomē accepit·greci enim iecur epatem vocant. Lienosis ab splene vocabulum sumpsit·graeci enim splen lien dicunt. Idropis nomē sumpsit ab aquoso humore cutis. Nam greci idros aquam vocauerunt. Est enim humor subcutaneus cum inflatione turgente & anhelitu fetido. Nefresis a renū languore nomen accepit·renes enim graeci nefresin dicunt. Paralisis dicta a corporis impensatione facta ex multa infrigidatione·aut in toto corpore·aut in parte. Cacexia nomen sumpsit a corporis iniuria. Cacexiam enim greci malam vexationem vocauerunt. Fit autē hec passio ex intemperantia egrotantis vel curatione mala medicaminis·aut post egritudinem tarda resumptio. Atrofia nomē accepit a diminutione corporis. Nam graeci nutrimenti cessationem atrofiam dicunt. Est enim tenuitas corporis ex causis latētibus·

et paulatim conualescentibus. Sarcinian est superfluũ carnis incrementum·quo vltra modum corpora saginantur· greci enĩ carnem sarcinan vocant. Scialis vocata a parte corporis quã vexat. Nam vertebrorum ossa quorum summitas iliorũ initio graeci scia vocant. Fit autem de flegmate quotiens descenderit in recta ossa·& efficitur ibi glutinatio. Podagram greci a retẽ cione pedum dicunt nominatam & a ferali dolore. Siquidem omne quod immite fuerit abusiue agreste vocamus. Arteri/cus morbus ab articulorum passione vocabulũ sumpsit. Cal culus lapis est qui in vesica fit. Vnde & nomen accepit. Gignit̃ autem ex materia flegmatica. Stranguinaria dicta est eo ꝙ stringat vrinarum difficultatem. Satiriasis iuge desiderium veneris·cum extensione naturalium locoꝝ dicta passio a satiris

Diarria iugis vẽtris cursus sine vomitu. Dissinteria ẽ diui sio continuationis id est vlceratio intestini. Dis enĩ diuisio est· ienteria intestina. Fit autem antecedẽte fluore·quẽ greci diarriã vocant. Lienteria dicta ꝙ cibum tanq̃m per lineam intestine nullis obstantibus faciat ꝓlabi. Colicula passio nomẽ sump/sit ab intestino quod greci colum appellant. Radagie dicũtur eo ꝙ fissure sint rugis collecte circa ora faucium. Haec & emor roide a sanguinis fluore dicte. Greci enĩ sanguinẽ emath dicũt.

De. Alopicia & morbis q̃ vident̃ in sup̃ficie cutis Ca·viii

Alopicia est capillorum fluor circumscriptis pilis ful uis·aeris qualitatem habentibus. Vocata hoc nomĩe a similitudine animalis vulpecule·quã greci alopiciã vocant. Parotide sunt duricie vel collectiões que ex febribus aut ex aliquo alio nascunt̃ in auriũ vicinitate. Vnde et parotide sunt appellate. Ota enim graece auricula dicitur. Lentigo est vestigia macularũ paruula in rotunditatem formata· ab specie lenticule dicta. Erisipila est quã latini sacrũ ignem appellãt id est execrandum per antifrasin. Siquidem in superficie rubore flammeo cutes rubescunt·tunc moto rubore quasi ab igne vici/na inuadunt̃ loca·ita ut etiã febris excitetur. Serpedo est ru/bor cutis cum pustularũ extantia·& nomen sumpsit a serpẽdo eo ꝙ serpat per membra. Impetigo est sicca scabies· prominens a corpore cum asperitate & rotunditate forme. Hãc vulgus sar/nam appellat. Prurigo vocata est a perurendo & ardendo. Nictalmus est passio qua per diem visus patentibus oculis Nictalmus

denegatur·et nocturnis irruentibus tenebris redditur·aut versa vice·ut pleriq; volunt die redditur·nocte negat Verruce aliud sunt·aliud est satiriasis. Verruce singillatim sunt. Satiriasis vero prima fortior & circa ipam plures inueniuntur. Scabies et lepra vtraq; passio asperitas cutis cū pruritu & squamatiōe. Sed scabies tenuis asperitas & squamatio est. Hinc deniq; nomen accepit·que ita veluti purgamento admittat. Nam scabies quasi squamies. Lepra vero cutis asperitas squamosa lepide herbe similis. Vnde & nomen sumpsit. Cuius color nūc in nigrediné vertitur·nunc in alborem·nunc in ruborem. In corpore homīs ita lepra dinoscitur·si variatim inter sanas cutis partes color diuersus appareat·aut si ita vbiq; se diffundat·ut oīa vnius coloris q̄muis adulteri faciat. Elephanciacus morbus dicitur ex similitudine elephantis· cuius naturaliter dura & aspera pellis nomen morbo in hominibus dedit·quia corporis superficiem similem facit elephantorum cuti·siue quia ingēs passio est sicut animal ipm·ex quo deriuatum ducit nomen. Hicteris greci appellāt a cuiusdam animalis nomine·q̄ sit coloris fellei. Hūc morbum latini arcuatum dicunt· a similitudine celestis arcus. Aurigionem vero varro appellari ait a colore auri. Regium autem morbum inde estimant dictum·q̄ vino bono & regalibus cibis facilius curet. Cancer a similitudine maritimi animalis vocatum·vulnus sicut medici dicunt nullis medicamentis sanabile. Aut ergo pcidi debet a corpore membrū vbi nascit ut aliquantū diutius viuat·tamen mortem inde quamlibet tardius affuturā Ordeolus est paruissima ac purulenta collectio in pilis palpebrarum constituta·in medio lata·& ex vtroq; conducta ordei granum similans. Vnde & nomen accepit. Furunculus est tumor in acutum surgens·dictus q̄ ferueat quasi feruūculus. Vnde & grece antrax dicit·q̄ sit ignitus. Oscedo est qua infantum ora exulcerant· dicta ex languore oscitantiū· Frenusculi vlcera circa rictum oris· similia his que fiunt iumentis asperitate frenorum Vlcus putredo ipa vulnus quod ferro fit quasi vigetulcus· q̄ oleat quasi vlcus. Vnde & vlcera.

Pustula est in superficie corporis·turgida veluti collectio.

Papula est paruissima cutis erectio circumscripta cū rubore Et ideo papula dicta quasi pupula sirimpio Sanies dicta qa ex sanguine nascit· excitato eni calore vulneris sanguis in saniē

vertitur. Nam sanies non fit in quocunq; loco·nisi vbi sanguis aduenerit·quia omne quod putrescit nisi calidum & humidũ fuerit·quod est sanguis putrefieri non potest. Sanies autẽ & ta bes sibi differũt. Fluere enim sanie viuorum est·tabe vero mor/ tuorum. Cicatrix est obductio vulneris naturalem colorem partibus seruans·dicta ꝙ obducat vulnera atq; obcecet

De. Remediis & medicaminibus · Ca·viii·

Medicine curatio non est spernenda. Meminimus eñ et esaiam esechie languenti aliquid medicinale man/ dasse·& paulus apostolus thimotheo modicũ vinũ prodesse dixit. Curatio autem morborum tribus generibus constat·farmacia·quam latini medicamina vocãt·cirurgia quã latini manuum operationem appellãt· manus eñ apud grecos ciros vocatur·dieta quam latini regulam nuncupant. Est enim obseruatio legis & vite. Sunt autem omni curationi species tres. Primum genus dieticum. Secũdum farmaceuticũ. Terciũ cirurgicum. Dieta ẽ obseruatio legis ac vite. Farmacia est me/ dicamentorum curatio. Cirurgia est ferramẽtorum incisio. Nã ferro exciduntur·que medicamentorũ non senserint medicinã. Antiquior autem medicina herbis tantum & sucis erat. Talis enim medendi vsus cepit·deinde ferro & ceteris medicamentis. Omnis autẽ curatio·aut ex contrariis·aut ex similibus adhibet̃· Ex contrariis ut frigidum calido vel humido siccum·sicut et in homine superbia sanari non potest nisi humilitate sanet̃. Ex si/ milibus vero sicut ligamentũ vel rotundo vulneri rotundũ·vel oblongo oblongũ apponit̃. Ligatura enim ipa nõ eadem mem bris & vulneribus omnibus·sed similis simili coaptat̃·que duo etiam ipa adiutoria nominibus suis significant. Nam antidotũ grece latine ex contrario datum dicitur. Contraria eñ cõtrariis medicine ratione curant̃. At contra ex simili ut pigra·quod in/ terpretat̃ amara·quia gustus eius amarus est. Ex conuenienti enim nomẽ accepit· quia amaritudo amaritudine morbi solui solet. Oĩa autẽ medicaĩna ex propriis causis habẽt vocabula·gera enim dicta quasi diuina. Arteriaca ꝙ apta sint gutturis meatui et tumores faucium & arteriarũ leniant · Tiriaca est antidotũ serpentinũ·quo venena pellunt̃·ut pestis peste soluat̃ Carta/ riaca grece latine purgatoria dicunt̃ Catapodia eo ꝙ modicũ potetur seu inglutiat̃. Diamoron a suco more nomẽ sumpsit·

ex quo conficitur·ſicut diacodion·q̄a ex codia id ē ex papauere fit·ſicut diaſpermoton·q̄a ex ſeminibus componit̄. Electuarium vocatum eo ꝙ molle ſorbeatur. Trociſcus dictus·quia in modum rotule deformatur·trocos enim graece rota dicitur.

Colliria latine ſonāt·ꝙ vicia oculorum detergāt Epitema eo ꝙ ſuperponatur aliis adiutoriis precedētibus. Cataplaſma eo ꝙ inductio ſola ſit. Emplaſtrum vero· eo ꝙ inducatur.

Malagma ꝙ ſine igne macerat̄ & comprehendat̄ Enema graece latine relaxatio dicitur. Peſſaria dicta ꝙ intus initiant̄

Medicinam iumentorum chiron quidam graecus inuenit· inde pingitur dimidia parte homo·dimidia equus. Dictus aūt chiron a potocirizeite· quia cirurgus fuiſſe dicitur appellatus·

Creticos dies medici vocāt·quibus credo ex iudicio infirmitatis hoc nomen impoſitum eſt·ꝙ quaſi iudicent hominem ex ſententia ſua·aut puniant·aut liberent.

De. Libris medicinalibus Ca·x

AForiſmus eſt ſermo breuis integꝝ ſenſum propoſite rei ſcribens. Prognoſtica preuiſio egritudinum·a prenoſcendo vocata. Oportet enim medicum & preterita agnoſcere·& preſentia ſcire·& futura ꝑuidere. Dinamedia poteſtas herbarum·id eſt vis & poſſibilitas. Nam in herbarum cura vis ipa dinamidis dicitur. Vnde & dinamedia nūcupatur·vbi eorum medicine ſcribuntur. Butanicum herbariū dicitur·ꝙ ibi herbe notentur.

De. Inſtrumentis medicorum Ca·xi

ANchiridion dictum·ꝙ manu aſtringat̄ dū plurima contineat ferramenta. Ciron enim graece vocatur manus Flebotomum ab inciſione vocatum. Nam inciſio graece tomum dicitur. Similaria angiſtrum. Spatomele guua· que a latinis a ſimilitudine cucurbite a ſuſpirio ventoſa vocatur. Deniq; animata ſpiritu per igniculum· dehinc ꝑciſo corpori ſuperpoſita omne quod intra cutē vel altius eſtuat ſiue humorem ſiue ſanguinem vocat in ſuperficiem. Pila a pinſandis ſeminibus id eſt terendis. Hinc & pigmenta·eo ꝙ in pila & pilo aguntur quaſi piligmenta. Eſt enim pila vas cocauum et medicorum aptum vſui·in qua proprie tipſane feriri et pigmenta concidi vel tundi ſolent. Varro autē refert pilumniū quendam in italia fuiſſe· qui pinſandis prefuit aruis. Vnde &

Butanicū

pilumni & pistores. Ab hoc ergo pilum & pilam inuentam: quibus far pinsetur: & ex eius nomine appellata. Pilum autem est vnde contunditur quicquid in pilam mittitur. Mortariũ est ꝙ ibi iam semina in puluerem redacta & mortua condiant̃

Citicula est in qua circumducta collirῐa resoluunt̃: erit enim lenis. Nam aspera frangi potius q̃m resolui collirium facit

De. Odoribus & vnguentis. Ca·xii

ODor vocatus ab aere. Timiama lingua graeca vocat̃ ꝙ sit odorabile. Nam timo dicitur flos qui odorem refert: de quo virgilius. Redolentq; timo fraglãtia mella. Incensum dictum: quia igne consumitur dum offert̃.

Tetraidos formule incensi in longitudinem porrecte q̃ fiunt ex quatuor pigmentis. Quatuor enim grece tetra: formula idos dicitur. Stacten est incensum quod ex pressura manat: dictũ a graecis naptoctazeinctakin: ideo obstructum optimũ. Mirabolanum: quia fit ex glande odorata: de quo oratius. Et p̃ssa iubalanus capillis. Oleum est purum: nulliq; rei admixtum.

Vnguentum vero est omne quod ex cõmuni oleo confectũ aliarum specierum cõmixtione augetur: odoris iocunditatem sumens: et longius redolens Vnguenta autem quedã dicunt̃ a locis: ut telinum: cuius iulius caesar meminit dicẽs. Corpusq; suaui telino vnguimus. Hoc conficiebatur in insula telo q̃ vna est ex cicladibus. Sunt quedam ab inuentorum nomine: ut amaracinũ. Nam quidam tradunt regiũ quendã puerũ amaracum nomine cõplura vnguentoꝝ genera ferentẽ casu ꝓlapsum esse: & maiorem ex cõmixtione odorem creasse. Vnde nunc optima vnguenta amaracina dicũtur. Sunt autem ex genere floꝝ

Item alia q̃ a materie sue qualitate dicũtur: ut roseaceũ a rosa: quipsinũ a flore: que proinde & proprie materie odorẽ referũt.

Ex his quedam simplicia vnguenta sunt: que ex vna tãtum specie exiſtũt. Vnde & sui nomis referũt odoratũ: ut aneticum: est enim sincerum ex oleo & aneto tantũ. Composita autem sunt que pluribus admixtis fiũt. Vnde et nominis sui odorem non habent: quia obtinentibus aliis que admiscentur incertũ odorem ducunt: ut cerotũ: caleaſticũ: marciatũ

De. Initio medicinae

QVeritur a quibusdam quare inter ceteras liberales disciplinas medicinae ars non contineatur. Propterea

quia ille singulares continent causas· ista vero omnium. Nam & grammaticam medicus scire iubetur· ut intelligere vel exponere possit que legit. Similiter & rhetoricam· ut veracibus argumentis valeat diffinire que tractat· necnon & dialecticã ꝓpter infirmitatum causas ratione adhibita perscrutandas atq; curandas. Sic & arithmeticam propter numerũ horarum in accessionibus & periodis dierum. Non aliter & geometricam propter qualitates regionum et locorũ situs in quibus doceat quid q̃sq; obseruare debeat. Porro musica incognita illi nõ erit. Nã multa sunt que in egris hominibus per hãc disciplinam facta leguntᷓ sicut de dauid legitur· quia ab spiritu ĩmundo saulem arte modulationis eripuit. Asclepiades quoq; medicus freneticũ quendam per simphoniam pristine sanitati restituit. Postremo & astronomiam notam habebit· per quam contempletur rationẽ astrorum et mutationes temporum. Nam sicut ait quidã medicorum cum ipsorum qualitatibus & nostra corpora cõmutantᷓ. Hinc est ꝙ medicina secũda philosophia dicitur. Vtraq; enim disciplina totum sibi hominem vendicat. Nam sicut per illam anima ita per hanc corpus curatur

INCIPIT · LIBER · QVINTVS · DE · AVCTORIBVS · LEGVM ·

MOISES · GENTIS · HEBRAICAE PRIMVS · OMNIVM · DIVINAS LEGES · SACRIS · LITERIS · EXplicauit. Foroneus rex graecis primus leges iudiciaq; constituit. Mercurius trimegistus primus leges aegiptiis tradidit. Solon primus leges atheniensibus dedit. Ligurgus ꝑmus lacedemoniis iura legum tradidit· & ex apollinis auctoritate cõfinxit. Numa pompilius qui romulo successit in regno· primus leges romanis edidit. Deinde cum populus sediciosos magistratus ferre non posset· x· viros legibus scribendis creauit vel constituit· qui leges ex libris solonis in latinum sermonẽ translatas· xii· tabulis exposuerũt. Fuerunt autem hi· apius· claudius· venucius· iulius· manlius· silpicius· sextius· curacius· romelius· postumius. Hi· x· viri legum conscribẽdarum electi sunt. Leges

autem redigere in libris primus ꝯsul popeius instituere voluit· sed non perseuerauit obtrectatorum metu. Deinde caesar coepit id facere· sed ante interfectus est. Paulatim autem antique leges vetustate atq; incuria exoleuerunt. Quarum etsi nullus iá visus est· noticia tamé necessaria videtur. Leges noue a cōstātino caesare coeperunt· & reliquis succedentibus· erantq; permixte & inordinate. Postea theodosius minor augustus ad similitudiné gregoriani & bermogeniani codicem factum constitutionum a cōstātini temporibus sub proprio cuiusq; imperatoris titulo disposuit· quem a suo nomine theodosianum vocauit

De. Legibus diuinis & humanis Ca·ii

OMnes autem leges aut diuine sunt aut humane. Diuine natura. Humane moribus constant. Ideoq; he discrepant· quoniam alie aliis gentibus placent. Fas lex diuina est. Ius lex humana. Transire ꝑ alienū fas é· ius nō é.

Quid differunt inter se ius· leges· & mores Ca·iii

IVs generale nomen est. Lex autem iuris est species. Ius autem dictum quia iustum est. Omne autem ius legibus et moribus constat. Lex autem est constitutio scripta. Mos est vetustate ꝓbata consuetudo· siue lex nō scripta. Nam lex a legendo vocata· quia scripta est. Mos autem longa consuetudo est de moribus tracta tātundem. Consuetudo autem est ius quoddā moribus constitutum· quod pro lege suscipitur cū deficit lex. Nec differt scriptura an ratione consistat· quando et legem ratio cōmendat Porro si ratione lex constat· lex erit omne iam quod ratione cōstiterit· dumtaxat quod religioni congruat· quod discipline cōueniat· quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo quia in communi est vsu

Quid sit ius naturale Ca·iiii

IVs naturale est· aut ciuile· aut gentium. Ius naturale é cōmune omnium nationum· eo ꝙ vbiq; instinctu nature non constitutione aliqua habetur· ut viri & femine coniunctio· liberorum successio & educatio· cōmunis omnium possessio· & omnium vna libertas· acquisitio eorum que caelo· terra· mariq; capiuntur Item deposite rei vel commendate pecunie restitutio· violentie per vim repulsio· & siquid huic simile est· non iure· sed natura equum habetur. Nam hoc aut siquid huic simile est nunq̄m iniustum· sed naturale equumq; habetur

Quid sit ius ciuile Ca·v

IVs ciuile est quod quisque populus·vel ciuitas· sibi proprium humana diuinaq; causa constituit

Quid sit ius gentium Ca·vi

IVs gentium est sedium occupatio·edificatio·munitio·bella·captiuitates·seruitutes·postliminia·federa·pacis inducie·legatorum non violandorum religio·connubia inter alienigenas ꝓhibita· Et inde ius gentium·ꝗ eo iure omnes fere gentes vtuntur

Quid sit ius militum Ca·vii

IVs militare est boellum inferendi solennitas· foederis faciendi nexus·signo dato·congressio in hostem·vel commissio·ité signo dato receptio·item flagicii militaris disciplina·si locus desiderat item stipendiorum modus·dignitatum gradus· premiorũ bo/nor·veluti cũ corona·& torques donantur·item prede discissio· & pro personarum qualitatibus et laboris iusta diuisio·ac principis porcio

Quid sit ius publicum Ca·viii

IVs publicum est in sacris & sacerdotibus & magistratibus

Quid ius quiritum Ca·viiii

IVs quiritum est proprie romanoꝝ· quod nulli tenent nisi qui/rites id est romani·tanq̃m de legittimis hereditatibus·de cretionibus·de tutelis·de vsu·captioneq;· que iura apud nullum aliũ populum reperiuntur·sed propria sunt romanorũ·et in eosdem solos constituta.Constat autem ius quiritum ex legibus·ex plebiscitis·constitutionibus principum & edictis· siue prudétium responsis

Quid sit lex Ca·x

LEx est constitutio populi· qua maiores natu simul cũ plebibus aliquid sanxerunt

Quid scita plebium Ca·xi

SCita sunt que plebes tantum constituunt.Et vocata scita ꝗ ea plebs tantum sciat· vel ꝗ sciscitatur & rogat ut fiat

Quid. Senatusconsultum Ca·xii

SEnatusconsultum quod tantum senatores populis consulendo decernunt

Quid sit. Constitutio Ca·xiii

COnstitutio vel edictum·quod rex vel imperator constituit vel edicit

Quid. Responsa Ca·xiiii

REsponsa sunt que iuris cousultores respondere di cũtur consulentibus. Vnde & responsa pauli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes·& arbitri equitatis qui institutiones ciuilis iuris compositas ediderunt· quibus dissidentium lites

contentionesq; sopirent

De. Legibus consularibus & tribuniciis Ca·xv

QVedam etiam leges dicuntur ab his qui condiderũt·ut consulares·tribunicie·iulie·cornelie. Nam & sub octa/uiano caesare suffecti consules papius & pompeius legem con/tulerunt·que a nominibus eorum appellatur papia & põpeia· continens patrum premia pro suscipiendis liberis. Sub eodem quoq; imperatore falcidius tribunus plebis legem fecit·ne quis plus in extraneis testamento legaret·q̃m ut quarta pars supesset heredibus·ex cuius nomine lex falcidia nuncupata ẽ. Aquilius quoq; legem condidit·que hactenus aquilia nuncupatur

De. Lege satira Ca·xvi

SAtira vero lex est· q̃ue de pluribus rebus simul loquiť. Dicta a copia rerum·& quasi a sacietate. Vnde & satirã scribere est poemata varia condere· ut oracii·iuuenalis & persii.

De. Legibus rhodiis Ca·xvii

RHodie leges naualium commerciorum sunt ab insula rhodo cognominate· in qua antiquitus mercatoꝝ vsus fuit

De. Priuilegiis Ca·xviii

PRiuilegia autem sunt leges priuatorum quasi priuate le/ges. Nam priuilegium inde dictum ꝙ in priuato ferať

Quid. Possit lex Ca·xix

OMnis autem lex aut permittit aliquid· ut vir fortis pe/tat premium·aut vetat· ut sacrarum virginum nuptias nulli petere liceat. Aut punit· ut qui cedem fecerit capite plectať. Eius autem premio aut pena vita moderatur humana

Quare. Facta sit lex Ca·xx

FActe sunt autem leges·ut earum metu humana coher/ceatur audacia·ut inter improbos tuta sit innocentia·& in ipsis improbis formidato supplicio refreneť nocendi facultas

Qualis. Debeat fieri lex Ca·xxi

ERit autem lex honesta·iusta·possibilis secundũ naturã· secundum patrie consuetudinem·loco·temporiq; cõue/niens·necessaria·vtilis·manifesta quoq; ne aliquid per obscurita tem in captione contineat·nullo priuato cõmodo·sed ꝓ cõmuni ciuium vtilitate conscripta

De. Causis Ca·xxii

PRagma graecum est·quod latine causa dicitur. Vnde et pragmatica negocia dicuntur. Et actor causarum &

negociorum pragmaticus nũcupat̃ De. Teſtibus Ca·xxiii

T Eſtes ſunt quibus queritur veritas in iudicio· quos quiſq; ante iudiciũ ſibi placitis alligat· ne cui ſit poſt/ea liberum ·aut diſſimulare· aut ſubtrahere ſe. Vnde & alligati appellantur. Item teſtes dicti ꝙ teſtamento adhiberi ſolent· ſicut ſignatores qui teſtamenta ſignant

De. Inſtrumentis legalibus Ca·xxiiii

V Oluntas generale nomen omnium legalium inſtru/mentorum· que quia non vi ſed voluntate procedit· ideo tale nomen accepit. Teſtamentum vocatum· quia niſi teſtator mortuus fuerit· nec confirmari poteſt· nec ſciri quod in eo ſcriptum ſit· quia clauſum & obſignatum eſt. Et inde dictum teſtamentum· quia non valet niſi prius teſtatoris monumentum. Vnde & apoſtolus. Teſtamentum inquit in mortuis confirmatur. Teſtamentũ ſane in ſcripturis ſanctis non hoc ſolum dicitur· quod non valet niſi teſtatoribus mor/tuis· ſed omne pactum & placitum teſtamentum vocabãt. Nã laban & iacob teſtamentum fecerunt· ꝙ vtiq; inter viuos vale/ret. Et in pſalmis legitur· aduerſus te teſtamentum diſpoſuerũt hoc eſt pactum· & innumerabilia talia. Tabule teſtamenti ideo appellate ſunt· quia ante carte & membrarum vſum· in do latis tabulis non ſolum teſtamenta· ſed etiam epiſtolarum allo/quia ſcribebantur. Vnde & portitores earum tabularii vocant̃.

Teſtamentum iuris ciuilis eſt quinq; teſtium ſubſcriptione firmatum.. Teſtamentum iuris pretorii eſt ſeptem teſtium ſignis ſignatũ. Sed illud apud ciues fit· inde ciuile. Iſtud apud pretores· inde iuris pretorii. Teſtamentum autem ſignare & no tare eſt idem· ut notum ſit quod ſcriptum eſt. Olographum teſtamentum eſt manu auctoris totum conſcriptum atq; ſub/ſcriptum. Vnde & nomen accepit. Graeci enim olo totum· gra/phin litteram dicũt. Irritum teſtamentũ eſt· ſi is qui teſtatus eſt capite diminutus eſt· aut ſi non rite factum ſit. Inofficio/ſum teſtamentum eſt quod fruſtra liberis exhereditatis ſine of ficio naturalis pietatis ĩ extraneas perſonas redactũ ẽ. Ruptũ teſtamentum inde vocatur· eo ꝙ naſcẽte poſtumo· neq; exhere/ditato nominatim· neq; herede inſtituto diſrumpit̃. Suppreſ ſum teſtamentum eſt quod in fraude heredum vel legatariorũ ſeu libertorum non eſt palam prolatũ· ꝙ ſi non latet· tamen ſi

Teſtamentum

predictis personis nō proferatur supprimi videt̄ Nuncupatio est quam in tabulis cerisq; testator recitat dicens. Haec ut in ta/bulis cerisq; scripta sunt·ita dico·ita lego·itaq; vos ciues romani michi testimonium perhibete. Et hoc dicitur nuncupatio· nū/cupare est enim palam nominare & confirmare. Ius liberoꝝ est coniugum siue liberis inuicem pro loco pignorū hereditatis alterna conscriptio. Codicellus(ut veteres aiunt)sine dubio ab auctore dictus·qui hoc scripture genus instituit. Est autem scriptura nulla indigens solennitate verborum·sed sola testato/ris voluntate qualicunq; scripture significatione expressa· cuius beneficio voluntatibus defunctorum constat esse subuentum· propter legalium verborum difficultatem· aut certe propter ne/cessitatem adhibendoꝝ solennitatum· ita ut qui scribat titulum eiusdem scripture codicellum vocet. Sicut autem codicellus fit vice testamenti·ita epistola vice codicellorum Cretio ē certus dierum numerus·in quo institutus heres aut accipit hereditate aut finito tempore cretionis excluditur· nec liberum ē illi vltra capiendi hereditates. Cretio autem appellata est quasi decretio· id est decernere vel constituere·utputa·ille heres esto michi· ad/diturq; cernitoq; infra tot dies. Adeundarū autem hereditatum centesimus statutus erat dies·quibus nō est cretio addita. Fi/dei commissum dictum·ut fiat quod a defuncto committitur Nam fides dicta·eo ꝙ fiat·quod tamen non in directis verbis sed precatiuis exposcitur Pactum dicitur inter partes ex pace conueniens scriptura·legibus·ac moribus cōpbata. Et dictū pactum·quasi ex pace factum·ab eo quod est pango. Vnde & pepigit fedus. Placitum quoq; ab eo quod est placeat. Alii dicunt pactum esse quod volens quis facit. Placitū etiā nolens compellitur· veluti quando quisq; paratus sit in iudicio ad re/spondendum· quod nemo potest dicere pactum sed placitum.

Mādatum dictum ꝙ olim in commisso negocio alter alteri manum dabat. Ratum vero quasi rationabile et rectū. Vnde qui pollicetur dicit. Ratum esse profiteor·hoc est firmum atq; perpetuum. Rite autem esse nō recte·sed ex more Cirogra/phum cautio vel scriptio duarum instar cartarum. Ciros grece manus·graphia scriptum dicitur Cautio·emptio·et venditio est rerum commutatio· atq; contractus ex conuenientia veniēs Emptio autem dicta· ꝙ a me tibi sit venditio·quasi venūdatio

id est a nundinis Donatio est cuiuslibet rei transactio·dictã autem dicunt donationem quasi doni actionem. Et doté quasi do item. Procedente enim in nuptiis donatione·dos sequitur. Nam antiquitus nuptiarum erat ritus quo se maritus & vxor inuicem emebant· ne videretur ancilla vxor· sicut habemus in iure. Inde est ꝙ precedente donatione viri·sequitur dos vxoris.

Donatio vsufructuaria ideo dicitur·quia donator ex ea vsus fructuum adhuc retinet·seruato cui donatũ est iure Donatio directa ideo nuncupatur·quia & iure & vsu statim transit in al/terum·nec vltra inde aliqd ad ius donatoris retorquet. Con/ditiones testium sunt proprie. Et dicte condiciões a cõdicendo· quasi condictiones· quia nõ ibi testis vnus iurat·sed vel duo vel plures. Non enim in vnius ore·sed in duoꝝ aut trium testium stat omne verbum. Item condiciones ꝙ inter se cõueniat sermo testium·quasi condictiones. Stipulatio est ꝓmissio vel spon/sio. Vnde & promissores stipulatores vocantur. Dicta auté sti/pulatio a stipula. Veteres enim quando sibi aliquid ꝓmittebãt stipulam tenentes frangebant·quam iterum iungentes sponsio/nes suas agnoscebant· siue ꝙ stipulum iuxta paulum iuridicũ firmum appellauerunt. Sacramentum est pignus sponsiõis Vocatum autem sacramentum· quia violare quod quisq; pro/mittit·perfidie est.

De. Rebus Ca·xxv

Hereditas est res q̃ morte alicuius ad quemlibet per/uenit vel legato testamento vel possessione retenta. Dicta autem hereditas a rebus additis siue ab aere· quia qui possidet agrũ & censum soluit inde & res. Res sunt que in nostro iure consistunt. Iura autem sunt que a nobis iure possidentur·nec aliena sunt. Dicta auté res a recte habendo Ius a iure possidendo. Hoc enim iure possidet· quod iuste. Hoc recte·quod bene Quod autem male possidet·alienum est. Male autem possidet·q vel suis male vtitur·vel aliena presumit. Possi/det autem iuste·qui non irretitur cupiditate Qui aũt cupiditate tenetur·possessus est·non possessor. Bona sunt honestorum seu nobilium·que proinde bona dicuntur·ut non habeãt turpé vsum·sed ea homines ad res bonas vtant. Peculium proprie minorum est personarum·siue seruoꝝ. Nam peculium é quod pater vel dominus filium suum vel seruum suum pro suo iure tractare patitur. Peculium autem a pecudibus dictum· in qbus

veterum constabat vniuersa substantia. Bonorum possessio est ius possessionis certo ordine certoq; titulo acquisita. Intestata hereditas est que testamento scripta non est aut si scripta sit iure tamen nequaq̄m est edicta. Caduca inde dicūtur q̄a eius heredes ceciderunt familie. Erciscūde est diuisio hereditatis inter heredes. Erciscūdia enim apud veteres diuisio nuncupatur. Communi diuidendo est inter eos quibus cōmunis res est que actio iubet postulantibus his arbitrum dari cuius arbitratu res diuidatur. Finium regendorum actio dicta eo q; per eam regantur fines vtriusq; ne dissipentur dūmodo non angustiore quinq; pedum loco ea controuersia sit. Locatio ē res ad vsum data cum diffinitione mercedis. Conductio est res in vsum accepta cum constituta mercede. Res credita est que in obligationem ita deducta est ut ex tempore quo ꝯtrahebatur certum sit eas deferre Vsura est incrementu fenoris ab vsu eris crediti nuncupata. Commodum est id quod nostri iuris est & ad alios temporaliter translatum ē cum modo temporis q̄mdiu apud eum sit. Vnde commodum dictum est

Precarium est dum prece creditor rogatus permittit debitorē in possessione fundi sibi obligati demorari & ex eo fructus capere. Et dictum precarium quia prece additur quasi precadiū r pro d littera commutata. Mutuum appellatum est quia id quod a me tibi datur ex meo tuum fit. Depositū est pignus commendatum ad tempus q̄mdiu positum. Deponere autem quis videt̄ cū aliquid metu furti incendii naufragii apud aliū custodie causa deponit. Interest autē in loquendi vsu inter pignus & arram. Nam pignus est quod dat̄ propter rem creditam que dum reddit̄ statim pignus auferē. Arra vero est q̄ primum pro re bone fidei contracta empta ex parte dat̄ & postea cōplet̄ Est enim arra complenda non auferenda. Vnde q̄ habet arrā non reddet sicut pignus sed desiderat plenitudinē. Et dicta arra a re pro qua traditur. Item inter pignus & fiduciam & ipotecam hoc interest. Pignus enim est quod propter rem creditā obligatur cuius rei possessionem solam ad tempus consequit̄ creditor. Ceterum dominium penes debitorem est. Fiducia est cum res aliqua sumende mutue pecunie gratia vel mancipatur vel in iure ceditur. Ipoteca est cum res aliqua commendat̄ sine depositione pignoris pacto vel cautione sola interueniente.

Mometum dictum a temporis breuitate·ut q̃mcito q̃mstatim saluo negocio reformetur·nec in vllam moram produci debeat quod repetitur·sicut nec vllum spacium est momenti·cuius tā breuis est temporis punctus ut in aliquam moram nullo mō producatur. Instrumentum est vnde aliquid construimus· ut culter·calamus·ascia Instructum quod per instrumetum efficitur·ut baculus·codex·tabula Vsus quo in re constructa vtimur·ut in baculo inniti·in codice legere·in tabula ludere· sed & ipe fructus agrorum·quia eo vtimur vsus vocat̄.Haec sunt tria illa. Vsus fructus autem vocatus·quia solo vsu habetur eius fructus·manente apud aliū iure. Vsuscaptio ē ademptio dominii per continuationem iuste possessionis· vel biennii vel alicuius temporis Mancipatio dicta est·quia res manu capit Vnde & oportet eum qui mancipium accipit comprehendere idipm quod ei mācipio datur. Cessio est proprie rei cōcessio· sicut est illud.Cedo iure propinquitatis. Cedere enim dicimus quasi cōcedere id est que propria sunt.Nam aliena restituimus non cedimus.Nam cedere proprie dicimus qui contra veritatē alteri consentit·ut cicero. Cessit inquit amplissimi iuri auctori/tate·vel potius paruit. Interdictum est quod a iudice non in perpetuum·sed pro reformando momento ad tempus interim dicitur salua propositione actionis eius Precium vocatum eo q̧ prius illud damus·ut per eius vicem rem quam appetimus possidere debeamus. Commercium dictum a mercibus·quo nomine res venales appellamus.Vnde & mercatus dicit̄ caetus multorum hominū·qui res vel vendere vel emere solent. In/tegri restitutio est causē vel rei reparatio Causa redintegratur que vi potestatis expleta non est Res redintegratur que vi po/testatis ablata atq̧ extorta est

De. Criminibus in lege constitutis Ca·xxvi

CRimen a carendo nomen accepit·ut furtum·falsitas· & cetera·que non occidunt·sed infamant Facinus dictum a faciendo malum·quod noceat alteri Flagicium a flagitādo corruptelam libidinis que noceat sibi.Haec sunt duo genera omnium peccatoꝝ. Vis est virtus potestatis per quam causam siue res vel aufertur vel extorquetur. Vis priuata est·si quisq̧ ante iudiciū armatis hominibus quēquam a suo deiecerit vel expugnauerit Vis publica est siquis ciuem

āte populum vel iudicem vel regem appellātem necauerit aut torserit·siue verberauerit·vel vinxerit. Dolus est mentis calliditas ab eo ꝙ deludat. Aliud enim agit·& aliud simulat. Petronius aliter estimat dicēs. Quid est iudicis dolus? Nimirum vbi aliquid factū est·quod legi dolet. Habetis dolum·accipite nūc malum. Calumnia est iurgium aliene litis·a cauillando id ē decipiendo dicta. Falsitas appellata a fando aliud q̄m verum est. Iniuria est iniusticia. Hinc est apud comicos. Iniuria est qui audet aliquid contra ordinē iuris. Seditio dicit̄ dissensio ciuium·ꝙ seorsum alii ad alios eunt. Nā hi maxime turbatiōe rerum & tumultu gaudent. Sacrilegium proprie est sacrarū rerum furtū. Postea in idolorū cultu hesit hoc nomē Adulterium est illusio alieni coniugii·quod quia alterius thorū cōmaculauit·adulterii nomen accepit. Stuprum raptus proprie ē illicitus coit9 a corrūpēdo dict9. Vnde et q rapto potit̄·stupro fruitur. Homicidii vocabulum compositum est ex homine & cede. Qui enim cedem in hominē fecisse compertus erat·homicidam veteres appellabant. Parricidii actio non solum in eum dabatur·qui parentem id est qui patrem vel matrē interemisset·sed & in eum qui fratrem occiderat. Et dictum parricidium quasi parentis cedium. Internecieі iudiciū in eū dabat̄ qui falsum testimonium fecerat·& ob id hominē occiderat. Accusatorem eius possessiō bonorum sequebatur. Internecіei autē signatio est quasi hominis quedam necatio. Nam prepositionē intpōebāt ne. Neui9·mare interbibere·et plaut9·interluere mare id est bibere & eluere. Furtum est rei aliene clamdestina cōtrectatio·a furuo id est fusco vocatū·quia in obscuro fit. Furtum autem capitale crimen apud maiores fuit ante penā quadrupli. Peruasio est rei aliene manifesta presumptio. Furtū autem earundem rerum fit que de loco in locum transferri possunt. Peruasio autem & earum que transferuntur·et earum que immobilia sunt Inficiatio est negatio debite rei cū a creditore deposcit̄. Item & abiuratio id est rei credite abnegatio Ambitus iudicium in eū est·qui largiorem honorē capit·& ambit amissurus dignitatē·quā munere inuadit. Peculatus iudiciū in eos datur qui fraudem erario faciunt·pecuniamq; publicam inuertunt. Nam a pecunia peculatum dictum est iudiciū. Nō autem sic iudicatur furtum reipublice·sicut rei ꝑuate. Nam ille.

ſic iudicatur ut ſacrilegus·quia fur eſt ſacrorũ. Repetundarũ accuſatur·qui pecunias a ſociis cepit.In hoc iudicio reus ſi ante moriatur·in bona eius iudicium redditur. Inceſti iudicium in virgines ſacratas vel propinquas ſanguine conſtitutum eſt. Qui enim talibus miſcentur inceſti id eſt incaſti habent̃ Maieſtatis reatu tenentur hi qui regiam maieſtatẽ leſerunt vel violauerunt· vel qui rempublicam prodiderunt·vel cum hoſtibus conſenſerunt. Piaculum dictum·pro eo q̄ expiari poteſt· cõmiſſa ſunt enim que erant quoquo ordine expianda

De.Penis in legibus conſtitutis Ca·xxvii

DVpliciter malum appellatur· vnũ quod homo facit· alterum quod patitur.Quod facit peccatũ eſt.Quod patitur pena Malum autem tunc plenum eſt·cũ & preteritum eſt· & impendit ut ſit & dolor & metus. Poena dicta q̄ puniat. Eſt autem epitetum nomen· & ſine adiectiõe non habet plenum ſenſum·adicis pena carceris·pena exilii·pẽa mortis·& imples ſenſum. Supplicium proprie dicitur· non qui quoquo modo punitur·ſed ita damnatur·ut bona eius conſeruentur·& in publico redigantur. Nam ſupplicia dicebantur ſupplicamenta.Et ſupplicium dicitur·de cuius damnatione delibatur aliquid deo.Vnde & ſupplicare Octo genera penarũ in legibus contineri tullius ſcribit id eſt damnum·vincula·talionem·verbera·ignominiam·exilium·ſeruitutem·& mortẽ.His namq; penis vindicatur omne perpetratum peccatũ Damnũ a diminutione rei vocatũ. Vincula a vinciendo id eſt artãdo dicta·eo q̄ conſtringãt atq; retineãt·vel quia vi ligant. Compedes dicte·q̄a cõtinent pedes. Pedices ſunt laquei quibus pedes illaqueant̃·dicte a pedibus capiendis Catene autẽ q̄ capiendo teneant vtraq; veſtigia·ne progrediantur.Item catene q̄ ſe capiendo teneãt plurimis nodis. Manice ſunt vĩcula quibus manus capiuntur·licet & manice tunicarũ ſint. Neruus ẽ ferreum vinculum quo pedes vel ceruices impediuntur. Boia ẽ torques damnatorum·quaſi iugum in boue·ex genere vinculorum eſt. Carcer in quo cuſtodiuntur noxii. Et dictus carcer q̄ eo homines coherceantur includant̃q; quaſi arce·ab arcendo ſcilicet. Locum autem in quo ſeruantur noxii carcerẽ dicimus· numero tantum ſingulari.Vnde vero emittuntur quadrige carceres vocamus·numero tantum plurali. Verbera dicta·quia

cum agitant aerem verberant Hinc flagra & plage & flagella quia cum flatu & strepitu in corpore sonant. Nam plage quasi flage. Sed plage et flagra prime positionis sunt. Flagella autem per diminutionem dicta. Anguilla est qua cohercent in scolis pueri que vulgo scutica dicitur. Fustes sunt quibus pro criminibus iuuenes feriuntur appellati quod prefixi in fossis stent quos palos rustici vocant. Vectes dicti quod manibus vectent vnde ostia saxaque velluntur. Sed hi ad penas legum non pertinent

Virge sunt summitates frondium arborumque dicte quod virides sint vel quod vim habeant arguendi. Que si lenis fuerit virga est. Si certe nodosa vel aculeata scorpio rectissimo nomine vocatur quia arcuato vulnere in corpus infingitur. Ictus proprie flagellorum sunt ab agitando vocati. Vngule dicte quod effodiant. He & fidicule quia his rei in eculeo torquentur ut fides inueniatur Aculeus autem dictus quod extendat Tormenta vero quod torquendo mentem inueniant. Est & lautuna supplicii genus ad verberandum aptum inuentum a tarquinio superbo ad penas sceleratorum Iste enim primus lautunas tormenta fustes metalla atque exilia adinuenit & ipse prior ex regibus exilium meruit. Talio est similitudo vindicte ut taliter quis patiatur ut fecit. Hoc enim & natura & lege est institutum ut ledentem similis vindicta sequatur. Vnde & illud est legis oculum pro oculo & dentem pro dente. Talio autem non solum ad iniuriam referendam sed etiam pro beneficio reddendo ponitur. Est enim communis sermo & iniurie & beneficentie. Ignominium dictum eo quod desinat habere honestatis nomen is qui in aliquo crimine deprehenditur. Dictum est autem ignominium quasi sine nomine sicut ignarus sine scientia sicut ignobilis sine nobilitate Hoc quoque et infamium quasi sine bona fama. Fama autem dicta quia fando id est loquendo peruagatur per traduces linguarum & aurium serpens. Est autem nomen & bonarum rerum & malarum. Nam fama felicitatis interdum est ut est illud. Illustris fama quod laus est. Malarum ut virgilius. Fama malum quo non aliud velocius vllum. Fame autem nomen certi locum non habet quia plurimum mendax est adiiciens multa vel demutans de veritate que tam diu viuit quamdiu non probat at vbi probauerit esse fama esse cessat & exinde res nominatur non fama Exilium dictum quasi extra solum nam exul dicitur qui extra solum est. Vnde post

liminium redeuntibus hoc est de exilio reducendis· qui sunt eiecti in iniuria id est extra limen patrie. Diuiditur autē exiliū in religatis & deportatis. Relegatus ē quē bona sua sequūtur. Deportatus est quē non sequuntur Proscriptio exilii ꝑcul damnatio·quasi porro scriptio Item proscriptus quia palam scriptus. Metallum est vbi exules deputantur ad eruendam venam· marmoraq; secanda in crustis. Seruitus a seruando vocata. Apud antiquos enim qui in boello a morte seruabant̄ serui vocabantur. Haec est sola malorum omnium postrema·q̄ liberis omni supplicio grauior est. Nam vbi libertas perit vna ibi perierunt & omnia Mortium vero diuersi casus·ex qbus crux vel patibulum· in quo homines appensi cruciātur vel patiuntur. Vnde & nomina habent. Patibulum enim vulgo furca dicitur·quasi ferens caput. Suspensum enim & strāgulatum haec exanimat. Sed patibuli minor pena q̄m crucis. Nam patibulum appensos statim exanimat. Crux autē suffixos diu cruciat. Vnde et in euāgelio latronibus ut morerent̄·et de ligno ante sabbatum deponerentur·crura confracta sunt· quia ligno suspensi cito mori nō poterāt. In ipo quoq; genere necis differt· Crudelius est enim in aqua extingui·ignibus vri· frigore et fame necari· canibus & bestiis exponi. Nā ferro mori·etas quoq; maior optauit. Gladius enim sine grauiore cruciatu· compendiosā morte vitā finire nouit. Culleum est parricidale vasculum·ab aculendo id est claudendo dictū. Est autē vter ex corio factus· in quo parricide cum simia & gallo·& serpente inclusi· in mare precipitantur. Omnium autem istarum mortiū genus animaduersio nominatur. Animaduersio enim est·quando iudex reum punit. Et dicitur animaduertere id est animum illuc aduertere·intendere vtiq; ad puniendum reum·quia iudex est. Ideo autem romani aquam & ignem interdicebant quibusdā damnatis·quia aer & aqua cūctis patet·& omnibus data sunt ut illi non fruerētur· quod omnibus per naturā concessum est

INCIPIT · LIBER · QVINTVS · DE · TEMPORIBVS ET · PRIMO · DE · CRONICA · ET · EIVS · NOMINE

CRONICA · GRAECE · DICITVR QVAE · LATINE · TEMPORVM SERIES · APPELLATVR · QVA/lem apud graecos eusebius cesariensis eps edidit·et hieronimus presbiter in latinam linguam conuertit. Cronos enim grece latine tempus interpretatur

De. Momentis Ca·ii

TEmpora autem momentis· horis·diebus·mensibus· annis·lustris·seculis·etatibus diuiduntur. Momentum ē minimū atq; angustissimū tempus. A motu siderum dictum. Est enim extremitas hore in breuibus intualis·cum aliquid sibi cedit atq; succedit. Hora graecū est nomē & tamen latinum sonat. Hora enim finis est temporis·sicut & hore sunt fines maris·fluuiorum·& uestimentorum

De. Diebus Ca·iii

DIes est presentia solis siue sol supra terras. Sicut nox sub terris. Vt enī dies & nox sit·causa ē aut sup̄ terrā sol aut sub terris. Dies legitimus·xxiiii·horarum est· usq; dum dies & nox spacia sui cursus ab oriente usq; ad alium orientem solem caeli uolubilitate concludit. Abusiue aūt dies unus est spacium ab oriente sole usq; ad occidentē. Sunt autem diei spacia duo·interdianum atq; nocturnum. Et ē dies quidem horarum·xii. Spacium autē noctis horarum·xii. Vocatus autem dies a parte meliore. Vnde & in usū est ut sine cōmemoratione noctis numerum dicamus dierum·sicut & in lege diuina scriptum est. Factum est uespere & mane dies unus. Dies secundum egiptios incboat ab occasu solis. Secundū persas ab ortu solis. Secundum athenienses a sexta hora diei. Secūdum romanos a media nocte. Vnde & tūc gallicīniū est·quoꝝ vox diei ostendit preconiū·quando & mesonictius afflatus fit Dies dicti a diis·quorum nomina romani quibusdā sideribus sacrauerunt. Primum enim diem a sole appellauerunt· qui princeps est omnium siderum·sicut & idem dies caput ē cūctorum dierum Secundū a luna·que soli & splendore et magnitudine proxima est· & ex eo mutuat lumen. Terciū ab stella

martis·que vesper vocatur. Quartum ab stella mercurii·quã quidam candidum circulum dicunt. Quĩtum ab stella iouis: quam phetontem aiunt. Sextum a veneris stella·quã luciferum asserunt· que inter omnia sidera plus lucis habet. Septimum a stella saturni· que sexto caelo locata·xxx·annis fertur explere cursum suum. Proinde autem ex his·vii·stellis nomĩa diebus gentiles dederũt·eo ꝗ per eosdem aliquid sibi effici estimarent· dicentes habere a. Sole spiritum·a. Luna corpus·a. Marte sanguinem·a. Mercurio ingenium & linguã·a. Ioue temperãtiã a. Venere voluptatẽ.a. Saturno humorem. Talis quippe extitit gentilium stulticia· qui sibi finxerant tam ridiculosa figmenta. Apud hebreos autem dies prima·vna sabbati dicitur·· qui apud nos dies dominicus est·quem gentiles soli dedicauerunt. Secunda sabbati·secunda feria·quem seculares diem lune vocãt Tercia sabbati·tercia feria· quem illi diem martis vocãt. Quarta sabbati· quarta feria·que mercurii dies dicitur a paganis. Quĩta sabbati·quinta feria est·id est quĩtus a die dominica· qui apud gentiles iouis vocatur. Sexta sabbati·vi·feria est·qui apud eosdẽ paganos veneris nuncupatur. Sabbatum autem septimus a dominico est die· quem gentiles saturno dedicauerunt·· & saturni nominauerunt. Sabbatum autem ex hebreo in latinum requies interꝑtatur· eo ꝗ deus in eo requieuisset ab omnibus operibus suis. Melius autem in vocabulis dierum de ore xpiano ritus loquendi ecclesiasticus procedit. Tamen siquem forte consuetudo traxerit·ut illud exeat ex ore quod imꝓbat corde·intelligat illos omnes de quorum nominibus appellati sunt hi dies· homines fuisse & propter beneficia quedam mortalia·quia plurimũ potuerunt & inuenerunt in hoc seculo·delati sunt eis ab amatoribus suis diuini honores·& in diebus·& ĩ sideribus. Sed primũ a nominibus hominũ sidera nũcupata· & a sideribus dies sunt appellati. A fando autem ferie nũcupate sunt·ꝗ in eis nobis sit tempus dictiõis id est in diuino vel in humano officio fari· Sed ex his festi dies hominum causa instituti sunt feriati causa diuinorum sacrorum. Partes diei tres sunt·mane·meridies·et suprema. Mane lux matura & plena·nec iam crepusculũ. Et dictum mane a manu·manum enim antiqui bonum dicebant Quid enĩ melius luce? Alii mane existimant vocari a manibus id est diis·quorum conuersatio a luna ad terram est. Alii putãt

ab aere·quia manus id est clarus ē atq; perspicuus. Meridies dictus quasi medidies·hoc est medius dies·vel quia tūc purior dies est·merum enim purū dicitur.In toto enim die nichil clarius meridie·quando sol e medio caelo rutilat·& omnē orbem pari claritate illustrat. Suprema est postrema pars diei·qn̄do sol cursum suum in occasum vertit·dicta eo q̄ superest ad partē vltimam diei. Serum vocatum a clausis seris·quando iā nox venit· ut vnusquisq; somno tutior sit. Hodie quasi hoc die.

Et quottidie non cottidie·ut sit quot diebus. Cras quod ē postea. Hesternum est pridie.Et dictum externum ab eo q̄ iam dies sit a nobis extraneus·& pretereundo alienus. Pridie autem quasi priori die. Perendie id est parante die·vel in ante cessu id est prius

De.Nocte Ca·iiii

NOx a nocendo dicta·eo q̄ oculis noceat.Que idcirco lune ac siderum lucem habet·ne indecora esset· & ut consolaret̄ omnes nocte operantes· et ut quibusdam animantibus que lucem solis ferre non possunt ad sufficientiā temperaretur.Noctis autem & diei alternatio propter vicissitudinē dormiendi & vigilandi effecta est·et ut operis diurni laborem noctis requies temperet. Noctem autē fieri dicunt· aut q̄a longo itinere lassatur sol·et cum ad vltimum caeli spaciū peruenit elanguescit· ac tabefactus efflat suos ignes. aut quia eadē vi sub terras cogitur·qua super terras pertulit lumen·et sic vmbra terre noctē facit.Vnde & virgilius.Ruit oceano nox inuoluens vmbra magna terramq; polumq;. Noctis partes·vii· sunt id est vesperum·crepusculum·conticinium·intempestū·gallicinīū matutinum·diluculum. Vesperum a stella occidentali vocat̄ que solem occiduum sequit̄·& tenebras sequentes precedit. De qua virgilius. Ante diem clausum componet vesper olimpo.

Tenebre autem dicte·q̄ teneāt vmbras. Crepusculum est dubia lux. Nam creperum dubium dicimus· hoc est inter lucē & tenebras. Conticiniū est quando om̄ia silent. Cōticescere enim silere est. Intempestū est mediū & inactuosum noctis tempus·quando agi nichil potest·& omnia sopore quieta sunt Nam tempus per se non intelligitur· nisi per actus humanos· medium autem noctis actu caret. Ergo intempesta inactuosa· quasi sine tempore· hoc est sine actu· per quē dinoscit̄ tempus· Vnde est.Intempestiue venisti. Ergo intempesta dicitur·quia

caret tempore id est actu. Gallicinium propter gallos lucis prenuncios dictū. Matutinum est inter abcessum tenebrarū & aurore aduentum. Et dictum matutinum quod hoc tempus inchoante sit mane. Diluculum quasi iam incipiens parua diei lux. Haec et aurora que solem precedit. Est autē aurora diei clarescentis exordium & primus splendor aeris qui grece eoos dicitur quam nos per deriuationem auroram vocamus quasi eororam. Vnde est illud. Et letos eoos eurus equis eoasq; acies.

De. Ebdomada Ca.v

Ebdomada dicta a numero dierum vii quorum repeticione & menses & anni & secula peraguntur. Ebda enim graeci septem dicunt. Hanc nos septimanam vocamus quasi septem luces. Nam mane lux est. Octauus autē dies idem primus est ad quē reditur & a quo rursus ebdomadis series orditur

De. Mensibus Ca.vi

Mensis nomen est graecum de lune nomine tractum Luna enim mene graeco sermone vocatur. Vnde & apud hebreos menses legitimi nō ex solis circulo sed ex lune cursu numerantur quod est de noua ad nouā. Egiptii autem primi propter lune velociorem cursum & ne error computationis eius velocitate accideret ex solis cursu diem mensis adinuenerunt quoniam tardior solis motus facilius poterat cōprebendi. Ianuarius mensis a iano dictus cui fuit a gētilibus consecratus. Vel quia limes & ianua sit anni. Vnde & bifrons idem ianus pingitur ut introitus anni & exitus demonstretur

Februarius nuncupatur a februo id est plutone cui eo mense sacrificabatur. Nam ianuarium diis superis februariū diis manibus romani consecrauerunt. Ergo februarius a februo id est a plutone non a febre id est egritudine nominatur. Martius appellatur propter martem romane gentis auctorem. Vel quod eo tempore cuncta animantia ad marem agantur & ad concumbendi voluptatem. Idem appellatur & mensis nouorum quia anni initium mensis est martius. Idem & nouū ver ab indiciis scilicet germinū quia in eo viridantibus fructibus nouis transactorum probatur occasus Apprilis pro venere dicitur quasi afrodis graece enim afrodis venus dicitur. Vel quia hoc mense omnia apperiuntur in florem quasi apperilis. Maius dictus a maia matre mercurii. Vel a maioribus natu qui erāt principes

republice. Nam hunc mensem maioribus· sequentem vero minoribus romani consecrauerũt. Vnde & iunius dicit̃. Antea enim populus in centurias seniorum & iuniorum diuisus erat

Iulius vero & Augustus de honoribus hominum iulii & augusti caesarũ nũcupati sunt. Nam prius quintilis & sextilis vocabantur. Quintilis quia quintus erat a marcio· quem principem anni testantur esse romani. Sextilis similiter ꝙ sit sextus

September nomen habet a numero· & imbre· quia septimus est a marcio· & imbres habet. Sic & october· nouember· atq; december· ex numero & imbribus acceperunt vocabulum· quẽ numerum decurrentem december finit· pro eo ꝙ denarius numerus precedentes numeros claudit. Kalendas autem nonas· & idus· propter festos dies romani instituerunt. Vel ꝓpter officia magistratuum. In his enim diebus conueniebat̃ in vrbibus Quidam autem kalendas a colendo appellari existimãt. Apud veteres enim omnium mensium principia colebantur· sicut & apud hebreos. Idus autem pleriq; latinorũ ab edendo dictas putant· de eo ꝙ hi dies apud veteres epularum essent. None a nundinis vocate. Nundine enim sunt publice conuẽtiões siue mercimonia

De. Solsticiis & equinoctiis Ca·vii

Solsticium dictum quasi solis statio· ꝙ tunc sole stãte crescant dies vel noctes. Equinoctium vero appellatum est· ꝙ tũc dies et nox horarũ spacio equalis consistunt. Duo sunt autẽ solsticia. Vnum estiuum·viii· kalendas iuliarum· de quo tempore remeare sol ad inferiores incipit circulos. Aliud hiemale·viii·kalendas ianuariarũ· quo tempore sol altiores incipit circulos petere. Vnde hiemalis solsticii dies minimus· sicut estiui maximus inuenitur. Item duo sunt equinoctia· vnum vernale· & aliud autumnale. Que graeci eichmec vocant. Sunt autem haec equinoctia die·viii·kalendarũ octobrium· quia annus olim in duas partes tantum diuidebat̃· hoc est in estiuum & in hiemale solsticium· & in duo hemisperia.

De. Temporibus anni Ca·viii

Tempora anni sunt·iiii·ver·estas· autũnus· & hiems· Dicta sunt autem tempora a cõmunionis temperamento· ꝙ inuicẽ se humore· siccitate· calore et frigore· temperent. Haec et curricula dicuntur· quia nõ stant sed currũt Constat autem post factum mũdum ex qualitate cursus solis

tempora inter nos menses fuisse diuisa. Quorum tempoꝝ talem veteres discretionem faciunt· ut primo mense ver nouum dicatᷣ· secundo adultum· tercio preceps. Sic et estas in suis tribus mensibus noua· adulta· & preceps. Sic et autumnus nouus· adultus & preceps. Ité hiems noua· adulta· & pceps· siue extrema. Vnde & illud. Extreme sub casu hiemis. Ver autem dictum qꝫ vireat. Tunc enim post hiemem vestitur tellus herbis· & in floré cuncta prorumpunt. Estas dicitur ab estu id est a calore· & aestas quasi vsta id est exusta & arida. Nam calor aridus est.

Autumnus a tempestate vocatur· quando & folia arborum cadunt· & omnia maturescunt. Hiemem ratio hemisperii núcupauit· quia tunc breuiore sol voluitur circulo. Vnde & hoc tempus bruma dicitur· quasi braxin id est breuis. Vel a cibo qꝫ maior tunc sit vescendi appetitus. Edacitas enim graece bruma dicitur. Vnde & inbrumati dicuntur· quibus fastidium est ciború Hibernus aút inter hiemé et vernú é· quasi hieuernus q plerumqꝫ a parte totam hiemem significat. Haec tempora singulis etiam caeli partibus ascribuntur. Ver quippe orienti datur· quia túc ex terris omnia oriuntur. Estas vero meridiano· eo qꝫ pars eius calore flagrantior sit. Hiems septétrioni· eo qꝫ frigoribus & perpetuo gelu torpeat. Autumnus occiduo· ꝓpter quod graues morbos habeat. Vnde & tunc folia arborum defluunt. Vt autem autumnus habundet morbis· facit hoc confiniú frigoris & caloris· & compugnantia inter se contrariorú aerum.

De. Annis Ca· viiii

ANnus est solis amfractus cum peractis trecentis· lxv diebus· ad eadem loca siderum redit. Annus autem dictus· quia mensibus in se recurrentibus voluitur. Vnde & anulus quasi ânuus id est circulus· qꝫ in se redeat. Virgilius. Atqꝫ in se sua per vestigia voluitur annus. Sic eni apud egiptios indicabatur ante inuentas litteras· picto dracone caudá suam mordente· quia in se recurrit. Alii annum dicunt anmtoi ananeoitai· id est ab innouatione· renouat enim semper. Tria autem sunt tempora annorum. Aut enim lunaris annus é· xxx dierum. Aut solsticialis· qui· xii· continet menses. Aut magnus· omnibus planetis in eundem locum recurrétibus· qui fit post annos solsticiales plurimos. Era singulorum annorum constituta sunt a caesare augusto· quando primú censu excogitato

romanum orbem descripsit. Dicta autem aera ex eo q̄ omnis orbis es reddere professus est reipublice

De. Olimpiadibus. & lustris. & iubileis Ca. x

OLimpias apud grecos constituta apud olidem grecie ciuitatem oelus agentibus agonem et quinquennale certamen. quatuor medijs annis vacantibus. Et ob hoc olidum certaminis tempus olimpiade vocauerūt. quadrien/nio in vna olimpiade supputato. Lustrum vero ē preteresin. id est quinquennium. quod quinto anno dicitur condi. ꝓpter olimpiadas a romanis. adhuc enim consules. adhuc era nondū erant. Est enim quinquennale tempus. ideo vero sic vocatur. eo q̄ censu per quinquennium in republica peracto. vrbs roma lustrabatur. Iubileus interpretatur remissionis annus. Est enī hebraicus & sermo & numerus. qui septenis annorū ebdoma/dibus. id est. xl. & viiii. annis texitur. in quo clangebantur tube & ad omnes reuertebatur antiqua possessio. debita absoluebanť confirmabantur libertates. Hunc numerum etiam in diebus penthecosten & ipsi celebramus. post domini resurrectionem remissa culpa. & tocius debiti cirographo euacuato. ab omni nexu liberi suscipientes. aduenientem in nos gratiā spūs sancti.

De. Seculis & etatibus Ca. xi

SEcula generationibus constant. Et inde secula q̄ se sequantur. abeuntibus enim alijs alia succedūt. Hūc quidam quinquagesimum annum dicunt. quem hebrei iubileum vocant. Ob hanc causam & ille hebreus. q ꝓpter vxorem & liberos amat dominum suum. aure pertusa seruicio subiugatus seruire iubetur in seculum. hoc est vsq; ad annum quinquagesimum. Etas plerumq; dicitur & pro vno anno. ut in annalibus. & pro. vii. ut hominis. et ꝑ centū. et ꝑ quouis tempore. Vnde et etas tempus quod de multis seculis instruiť. Et dicta etas. quasi euitas. id est similitudo eui. Nam euum est etas perpetua. cuius neq; initium neq; extremitas noscit. quod graeci eonas vocant. quod aliquando apud eos pro seculo. aliqn̄ pro eterno ponitur. Vnde & apud latinos est deriuatum. Etas autem proprie duobus modis accipitur vel dicitur. Aut enim hominis. sicut infantia. iuuentus. senectus. Aut mundi. cuius prima etas ē ab adam vsq; ad noe. Secūda a noe vsq; ad abrahā. Tercia ab abraham vsq; ad dauid. Quarta autē a dauid vsq; ad

transſmigrationem iude. Quinta deinde ad aduētum ſaluatoris in carne. Sexta que nunc agitur·vſquequo mundus iſte finiaṫ. Quarum decurſus per generatiōes & regna primus ex noſtris iulianus affricanus ſub imperatore marco aurelio antonino ſimplicis hiſtorie ſtilo elicuit. Dehinc euſebius eps ceſarienſis·atq; ſancte memorie. Hieronimus preſpiter chronicorum canonem multiplicem ediderunt hiſtoriam regnis ſimul & temporibus ordinatam. Dehinc alii atq; alii inter quos precipue victor turonenſis ecclesie epus recenſitis priorū hiſtoriis·geſta ſequentiū etatum vſq; ad conſulatū iuſtini iunioris imperatoris expleuit· Horum nos temporum ſummā ab exordio mundi ad auguſti heraclii impatoris vel ſumtilani regis gothorū quāta potuimꝰ breuitate notauimus tempora· a diacēte e latere deſcendēte linea temporum· cuius indicio ſumma preteriti ſeculi cognoſcatur. Quarum decurſus per generationes & regna ita inſpicitur.

De. Diſcretione temporum Ca·xii

PRima etas continet in exordio ſui creationem mūdi Primo enim die deus in lucis nomīe condidit angelos. Secundo in firmamēti appellatione celos. Tercio in diſcretionis vocabulo ſpeciem aquarum & terre. Quarto luminaria caeli. Quinto animantia ex aquis. Sexto animantia ex terra·& hominem quem appellauit adam Prima etas

ADam āno·cc·xxx·genuit ſeth. A quo filii dei·cc·xxx Seth anno·cc·v·genuit enos. Qui primus cepit inuocare nomē domini·cccc·xxxv. Enos anno·xc· genuit cainan·dc·xxv. Cainan anno·lxx· genuit malalecl· dc· xc. Malaleel anno·c·lxv·genuit iareth·dcccc·lx. Iareth āno centeſimo·lxii· genuit enoch qui tranſlatus eſt·ī·c·xxv. Enoch āno centeſimo lxv·genuit matuſalem·ī·cc·lxxxvii. Matuſalem anno·c·lxvii·genuit lamech·ī·cccc·liii. Lamech anno·c· lxxxviii· genuit. Noe Archa edificatur·ī·dc·xlv. Noe autem anno·dc·factum eſt diluuium·ñ·cc·xlii· Secunda. Etas

SEm poſt diluuiū·ii·anno genuit arfaxat·a quo chaldei·ñ·cc·xliiii. Arfaxat āno·c·xxxv·genuit ſala. a quo antiqui ſamarite vel indi fuerunt·ñ·ccc·lxxviii. Sala anno·c·xxx·genuit heber·a quo hebrei·ñ·d·viii. Heber anno·c·xxxiiii·genuit phaleg. Hoc tempore diuiſe ſunt lingue· & per orbem terrarū facta eſt diſperſio in edificatiōe turris·ñ·dc·xliii·

Phaleg anno·c·xxx·genuit ragau: Dii primum adorant·ñ·dcc·
lxxiii. Ragau anno·c·xxxii·genuit saruch. Regnum inchoat sci/
tarum·ñ·dcccc·v. Saruch anno·c·xxx genuit nachor. Regnum
egiptiorũ nascitur·ñi·xxxv. Nachor anno·lxxviiii·genuit thare
Regnum assiriorum & sicimorũ exoritur·ñi·cxiiii. Thare anno
lxx·genuit abrahã. Zoroastres magicã artẽ reperit·ñi·cl·xxxiiii·

Tercia. Etas

ABraham anno centesimo genuit isaac ex sara libera.
Nã prius & ismahel a quo ismahelite·ñi·cc·lxxxiiii·
Isaac ãno·lx·genuit iacob. Argiuorum regnũ incho/
at·ñi·ccc·xliiii. Iacob anno·xci·genuit ioseph. Phoroneus graecie
leges dedit·ñi·cccc·xxxv. Ioseph annos·cx·vixit. Graecia segetes
habere cepit·ñi·d·xlv. Hebreorũ seruitus in egipto ãnos·c·lxiiii
Athlas astrologiam inuenit·dc·lxxxviiii. Moises annis·xl·rexit
populum in heremo. Hebrei legem & litteras habere ceperunt·
ñi·dcc·xxviiii. Iosue ãnos·xxvi. Erictoni9 ĩ troia quadrigã iũxit
ũũ·dcc·lv. Othoniel ãnos·xl. Cathmus litteras graecis dedit·ñi·
dcc·xcv. Aioth ãnos·lxxx. Fabule ficte sunt·ñi·dccc·lxxv. Deb/
bora ãnos·xl. Apollo medicĩe artẽ inueĩt·et citarã repit·ũi·dcccc
xv. Gedeõ ãnos·xl. Mercuri9 lirã repit et orpheo t̃didit·ñi·dcccc
lv. Abimelech annos·iii. Chorus in grecia inuẽtus est·ñi·dcccc
lviii. Tola annos·xxiii. Priamus regnauit in troia·ñi·dcccc·lxxxi
Iair annos·xxii. Carmentis latinas litteras reperit·ññ·iii. Iepte
annos·vi. Hercules se flammis iniecit·ññ·viiii. Esebon annos
vii. Alexander helenã rapuit·ũũ·xvi. Abdon annos·viii. Troia
capta est·& eneas in italiam venit·ũũ·xxiiii. Samson annos·xx·
Ascanius albam cõdidit ciuitatem a quo albani·ũũ·xliiii. Heli
sacerdos annos·xl. Archa testamenti capit̃·ũũ·lxxxiiii. Samuel
& saul annos·xl. Homerus fuisse putatur·ũũ·cxxiiii.

Quarta. Etas

DAuid regnauit ãnis quadraginta. Cartago a didone
conditur. Gad. Nathan &. Asaph prophetauerunt·
ũũ·clxiiii. Salemon ãnis·xl. Templum hierosolimis
edificatur·ũũ·cc·iiii. Roboam annis·xvii. Regnum israhel & iu
da diuiditur·ũũ·cc·xxi. Abia annis·iii·sub quo abimelech pon/
tifex fuit·ũũ·cc·xxiiii. Asa annis·xli. Achias amos ieu iohel &
asarias prophetauerunt·ũũ·cc·lxv. Iosaphat annis·xxv. Prophe/
tauit helias & heliseus. Abdias & micheas. ũũ.cc.xc. Iorã annis

viii·prophetauit.Helias & eliseus.ãñ.·cc·xc·viii. Ochosias ãno vno.Helias rapitur·ãñ·cc·xc·ix. Atalia ãnis·vii. Ionadab filius rechab sacerdos claruit·& ioiada pontifex·ãñ·ccc·vi.Ioas annis xl.Zacharias propheta occiditur inter templum & altare. Heli/seus moritur.ãñ.ccc.xlvi.Amasias annis.xxviiii. Cartago con/dita est ut quidam estimant. Alii ut supra.ãñ.ccc.lxxv. Osias ãnis.lii.Olimpias a grecis instituit·assiriorũq; regnũ in medos transfertur.ãñ.cccc.xxvii.Ioatan annis.xvi. Remus & romulus nascuntur.ãñ.cccc.xliii.Achas annis.xvi. Roma condit.ãñ.cccc lviiii.Esechias anno.xxviiii. Senatus rome fit.ãñ.cccc.lxxxviii. Manasses anno.lv.Sibilla samia claruit.ãñ.d.xliii.Ammon an nis. xii. Census primum agitur. ãñ. d lv· Iosias annis· xxxii· Tales philosophus agnoscitur· ãñ·d·lxxxvi. Ioachim annis.xi. Nabuchodonosor iudeam capit.ãñ.d.xcvii. Sedechias anno.xi. Sapho mulier diuerso poemate claruit.ãñ.dc.viii

Quinta. Etas

Hebreorum captiuitas annis septuaginta iudith histo ria scribitur.ãñ.dc.lxxviiii. Darius anno.xxxiiii. Iu/deorum captiuitas resoluitur.ãñ.dcc.xiii.Xerxes an/no.xx.Sophocles et euripides tragedi celebrant.ãñ.dcc.xxxiii Artarxerxes anno.xl. Hesdras incensam legem renouat.ãñ.dcc. lxxiii.Darius qui & nothus anno.xviiii. Haec etas habuit pla/tonem primum rhetorem.ãñ.dcc.xcii. Artarxerxes anno. xxvi. Demostenes &. Arestoteles predicantur.ãñ. dccc.lviii. Xerxes annis.iiii.Xenocrates illustris habetur.ãñ.dccc.lxii.Darius ãno vi.Alexander hierosolimã cepit.ãñ.dccc.lxviii.Alexander mag/nus anno.v.asiam optinuit.ãñ.dccc.lxxiii. Ptolomeus anno.xl Machabeorũ liber incboat primus.ãñ dcccc.xiii. Philadelphus ãno·xxxviii·lxx·interpretes agnoscuntur·ãñ·dcccc·li.Euergetes anñ·xxvi. Hiesus sapientie librum componit·ãñ·dcccc· lxxvii. Philopater anñ·xvii.Ab isto iudei prelio victi·xl·milia corrue runt armatorum·ãñ·dcccc·xciiii.Epiphanes anñ·xxiiii.Macha beorum secunda libri historia componitur.Romani grecos ob/tinuerunt·v·xviii.Philometor anñ·xxxv.Scipio affricam vicit v·liii.Euergetes anñ·xxviiii.Brutus hispaniam subegit·v·lxxxii Soter anñ·xvii.Traces romanis subiiciuntur·v·xc·viiii.Alexan der anñ·x.Siria romanis subiecta est·v·c·viiii. Ptolomeus anñ viii.Retorica ars rome cepit·v·cx·vii.Dionisius anñ·xxx.Pom/

peius iudeam capit·v·cxl·vii. Cleopatra ann̄·ii·romanis subdit̄. v·c·xl·viii.Iulius cesar ann̄·v. Hic primus monarchiam tenuit v·cl·iiii·

Sexta. Etas

OCtauianus ann̄·lvi.Xp̄s nascit̄·v·cc·x. Tiberius ann̄ xxiii. Xp̄s crucifigit̄·v·cc·xxxiii.Gaius caligula ann̄ iiii.Matheus euangeliū scribit·v·cc·xxxvii.Claudius ānis·xiiii. Marcus euangelium edidit·v·cc·li. Nero annis· xiiii. Petrus & paulus necantur·v·cc·lxv. Vespasianus ānis·x. Hiero solima a tito subuertitur·v·cc·lxxv. Titus annis·ii.Hic facūdus & pius fuit·v cc·vii.Domicianus annis·xvi.Iohannes in path/ mos relegatur·v·cc·xcii.Nerua ann̄·i.Iohannes ephesum redit. v· cc·xciiii.Traianus annis·xviiii.Iohannes apostolus requiescit v·ccc·iii. Adrianus ānis·xxi. Aq̄la interp̄s habet̄·v· ccc· xxxiiii. Antoninus pius annis·xxii.Valentinus et marcion agnoscunt̄ v·ccc·lvi.Antoninus verus annis·xviiii.Cantafrigarum heresis oritur·v·ccc· lxxv. Commodus annis·xiii.Theodocion tercius interpres habetur·v· ccc·lxxxviii.Helius pertinax annū vnum. Nichil habet historie·v·ccc·lxxxviiii.Seuerus ānis·xviii. Sima/ chus interp̄s quartus habetur ·v·cccc·vii. Antoninus caracalla annis·vii.Quinta editio hierosolimis inuenitur·v·cccc·xiiii.Ma/ crinus anno vno.Huius breuitatis vite nichil gestorū habet·v· cccc·xv.Aurelius antoninus annis·iiii.Sabellii heresis oritur·v cccc·xviiii.Alexander annis·xiii. Origenes insignis habetur·v· cccc·xxxii.Maximus annis·iii.Iste germanos vicit·v·cccc·xxxv· Gordianus annis·vi.Iste de parthis & persis triumphauit·v·cc cc·xli.Philippus annis·vii.Hic primus xp̄ianus imperator fuit v·cccc·xlviii.Decius anno·i.Antonius monachus claruit·v·cccc xlviiii.Gallus annis·ii.Nouatus heresim condidit·v·cccc·li.Va/ lerianus annis·xv. Ciprianus martirio coronatur·v·cccc·lxxvi. Claudius annis·ii. Iste gothos ab illirico expulit·v·cccc·lxviii. Aurelianus annis·v.Iste xp̄ianos persequitur·v·cccc·lxxiii. Ta/ cius āno vno· huius breuitatis vite nichil habet historie·v·cccc lxxiiii. Probus annis·vi. Manicheorum heresis orta est·v·cccc· lxxx. Clarus annis·ii. Iste de persis triumphauit·v·cccc·lxxxii. Dioclecianus ānis·xx.Iste diuinis libris adustis·martiria facit· v·d·ii. Valerius annis·ii.Huius breuitas vite nichil dignum hi storie ꝯtulit·v·d·iiii.Constātinus ann̄·xxx.Nicea sinodus cōgre gatur·v·d·xxxiiii. Constātius annis·xxiiii. Antropomorfitarū

heresis oritur·v̄·d·lviii.Iulianus ānis·ii. Hic ex xp̄iano paganus factus est·v̄·d·lx. Iouinianus annum vnum.Iste iterū xp̄ianus effectus est·v̄·d·lxi.Valentinianus an̄n·xiiii.Gothi heretici efficiuntur·v̄·d·lxxv.Gratianus an̄n·vi. Pristillianus agnoscitur·v̄·d·lxxxi.Valentinianus an̄n·vii.Hieronimus bethleem predicat̄·v̄·d·lxxxviii.Theodosius an̄n·iii. Iohannes anachoreta claruit·v̄·d·xci.Archadius an̄n·xiii.Iohannes crisostomus claruit·v̄·dc iiii. Honorius annis·xv. Augustinus ep̄us claruit·v̄·dc·xviiii·Theodosius an̄n·xxvii. Nestorius heresiarches extitit·v̄·dc·xlvi Marcellianus an̄n·vi. Calcedonensis sinodus agit̄·v̄·dc·lii. Leo maior an̄n·xvi.Egiptus errore dioscori languet·v̄·dc·lxviii. Zenon an̄n·xvii.Corpus barnabe apostoli·& euangelium mathei repertum est·v̄·dc·lxxxv.Anastasius an̄n·xxvii. Fulgētius ep̄s predicat̄·v̄·dcc·xii.Iustinus an̄n·vii.Anacephalorum heresis abdicatur·v̄·dcc·xix. Iustinianus xxviiii an̄n. Wandali in affrica a vilisario extinguūtur·v̄·dcc· xlviii. Iustinus an̄n·xi. Armenii fidem xp̄i susceprunt·v̄·dcc·lix. Tiberius annis·vii. Longobardi italiam capiunt·v̄·dcc·lxvi. Mauricius an̄n·xxi. Gothi catholici effecti sunt·v̄·dcc·xcviii.Focas an̄·viii. Romani cedūtur a persis·v̄·dcc·xcv.Eraclius an̄n·xxvii.Huius q̄nto & quarto religiosissimi principis sisebuti in hispania iudei baptisant̄·v̄·dccc·xxxiiii. Residuū quinte etatis tempus deo soli est cognitum.

INCIPIT · LIBER · SEXTVS · DE · VETERI · ET · NOVO · TESTAMENTO

VETVS·TESTAMENTVM·IDEO DICITVR · QVIA · VENIENTE · NOVO · CESSAVIT · DE · QVO apostolus meminit dicens. Vetera transierunt·& ecce omnia facta sunt noua. Testamentum autem nouum ideo nūcupatur quia innouat. Non enim illud discunt nisi homines renouati ex vetustate per gratiam·& pertinētes iam ad testamentum nouum quod est regnum caelorum. Hebrei autem vetus testamētum esdra auctore iuxta numerum litterarum suarū in viginti duobus libris accipiunt· diuidentes eos in tres ordines· legis·scilicet & prophetarum· & agiographorum. Primus ordo legis

in quinq; libris accipitur·quorum primus eſt breſith·quod eſt geneſis. Secundus elleſmos·quod eſt exodus. Tercius vagecra· quod ē leuiticus.Quartus vagedaber·quod eſt numerus.Quītus elleabdabarim·quod eſt deutronomiū.Hi ſunt quinq; libri moiſi·quos hebrei thorat vocant·latini legem appellāt.Proprie autem lex appellatur· que per moiſen data eſt. Secundus ordo eſt prophetarum·in quo continentur libri·viii.Quorū primus ioſue bennun·q latine ieſunaue dicitur. Secūdus ſoptim·quod eſt iudicum. Tercius ſamuel· qui eſt regum primus. Quartus malachim·qui eſt regum ſecundus.Quintus eſaias.Sextus ieremias.Septimus ezechiel.Octauus tariſira·qui dicit̄ duodecim prophetarum·qui libri quia ſibi pro breuitate adiuncti ſunt ꝓ vno accipiūtur. Tercius eſt ordo agiographorum id eſt ſancta ſcribentium·in quo ſunt libri·viiii.Quorum primus iob. Secūdus pſalterium.Tercius maſloth·quod eſt prouerbia ſalemōis. Quartus celeth·quod eſt eccleſiaſtes. Quintus ſiraſirin·quod ē canticacāticorum.Sextus daniel.Septimus dabreiamin· quod eſt verba dierum·hoc eſt paralippomenon·qui & criſtonicon. Octauus eſdras.Nonus heſter. Qui ſimul omnes quinq; octo & nouem fiunt vigintiduo· ſicut ſuperius comprehenſi ſunt. Quidam autem ruth & cinoth·quod latine dicitur lamentatio ieremie agiographis adiciunt & vigintiquatuor volumina teſtamenti veteris faciunt iuxta vigintiquatuor ſeniores·qui ante conſpectum domini aſſiſtunt.Quartus eſt apud nos ordo veteris teſtamenti eorum librorū qui in canone hebraico non ſunt Quorū primus ſapientie liber eſt.Secundus eccleſiaſticus.Tercius tobie.Quartus iudith. Quintus & ſextus machabeorum· Quos licet hebrei inter apocripha ſeparent· eccleſia tamen xp̄i inter diuinos libros & honorat & predicat. In nouo autē teſtamento duo ſunt ordines.Primus euangelicus·in quo ſunt matheus·marcus·lucas·& iohannes Secūdus apoſtolicus·in quo ſunt.Paulus·in·xiiii·epiſtolis.Petrus in duabus Iohānes in tribus.Iacobus & iudas in ſingulis.Actus apoſtolorum & apocalipſis. Summa autem vtriuſq; teſtamēti trifarie diſtinguitur· id eſt in hiſtoria·in moribus·in allegoria. Rurſus iſta tria multifarie diuiduntur·id eſt quid a deo· quid ab angelis vel hominibus geſtum dictumq; ſit· quid a prophetis nunciatū de xp̄o & corpore eius·quid de diabolo et membris eius·q̄d de veteri

& nouo populo·quid de pñti seculo· & futo regno atq; iudicio.

De. Scriptoribus & vocabulis sanctorũ librorũ. Ca·ii

Veteris testamenti secundum hebreorum traditioné hi perhibêtur auctores. Primus moises diuine histo/rie cosmographiam in quinq; voluminibus edidit· quod pentateucum nominatur. Pentateucum autem a quinq; voluminibus dicitur. Penta enim graece quinq; latine. Teucen volumen vocatur. Genesis liber inde appellatur·eo q͏̄ exordi/um mũdi·& generatio seculi in eo contineatur. Exodus vero exitum ab aegipto vel egressum populi israhel digerit· & ex ea causa nomen accepit. Leuiticus appellatur·eo q͏̄ leuitarũ mi/nisteria & diuersitatem victimarum exequitur·totusq; in eo or do leuiticus annotatur. Numerorum liber vocat̃· eo q͏̄ in eo egresse de egipto tribus dinumerantur·& quadragintaduarum per heremum mansionum in eo descriptio continet̃. Deutro nomium graeco sermone appellatur quod latine interpretatur secunda lex·id est repeticio & euangelice legis prefiguratio·que sic ea habet que priora sunt·ut tamen noua sint omia que in eo replicantur. Iosue liber nomen accepit a iesu filio naue cuius historiam continet. Scriptorem vero eius eundem iosue hebrei asseuerant.in cuius textu post iordanis transitum regna hostiũ subuertũtur·terra populo diuiditur·& per singulas vrbes·vicu los·montes·atq; confinia ecclesie celestisq; hierusalem spiritualia regna prefigurantur. Iudicum liber nominat̃ a principibus populi qui prefuerunt in israhel post moisen & iosue·anteq̃m dauid & ceteri reges existerent. Hunc librum & ruth aedidisse creditur samuel. Liber samuel eiusdem samuelis natiuitatem & sacerdocium & gesta describit. Idcirco & ab eo nomé accepit Et q̃muis hic liber saul & dauid historiam contineat. vterq; tñ ad samuel referuntur·quia ipe vnxit saul in regnum· ipe dauid in regem futurum. Cuius libri primam partem conscripsit idé samuel·sequentia vero eius vsq; ad calcem scripsit dauid. Ma lachim proinde appellatur· eo q͏̄ reges iude & israelitice gentis gestaq; eorum per ordinem digerat temporum. Malachim ení hebraice latine regum interpretatur. Hunc librum ieremias pri mum in vnum volumen coegit. Nam antea sparsus erat per sin gulorum regum historias. Paralipomenon grece dicit̃ quod nos pretermissorum vel reliquorum dicere possumus· quia ea

que in lege vel regum libris vel omissa vel nō plena relata sunt in isto summatim & breuiter explicantur. Librum iob quidam moisen scripsisse arbitrantur. Alii vnum ex prophetis. nonnulli vero eundem iob post plagam sue passiōis scriptorē fuisse existimāt. arbitrantes. ut qui certamia spiritalis pugne sustinuit ipe narraret quas victorias expediuit. Principia autem & fines libri iob apud hebreos prosa oratione contexta sunt. Media aūt ipius ab eo loco in quo ait. Pereat dies in qua natus sum. vsqꝫ ad eum locū. Idcirco ego me reprehendo & ago penitentiā. oīa heroico metro discurrunt. Psalmorum liber graece psalteriū. Hebraice nabla. Latine organum dicitur. Vocatus autem liber psalmorum. qꝫ vno propheta canēte ad psalterium chorus consonando responderet. Titulus autem in psalmis hebraicus ita ē isphir athalhin quod interpretatur volumen himnorū. Auctores autem psalmorum sunt qui ponuntur in titulis. moises. & dauid & salemon. asaph. ethan & idithun. & filii chore emanesrahelite & reliquorū. quos esdras vno volumine cōprehendit. Omnes autem psalmi apud hebreos metrico carmine constant esse compositi. Nam in morem romani flacci & graeci pindari nunc alii iambo currunt. nunc elegiaco personant. nūc saphico nitent trimetro vel tetrametro pede incedētes Salemon filius dauid regis israhel iuxta numerum vocabulorum suorum tria volumia edidit. Quorum primus est hebraice masloth. quem graeci parabolas. latini prouerbiorum nominant. eo qꝫ in ipso sub comparatiua similitudine figuras verborum & imagines veritatis ostenderit. ipam autem veritatem ad intelligendum legentibus reserauit. Secundum librum celeth vocauit. grece ecclesiastes dicitur. latine concionator. eo qꝫ sermo eius nō specialiter ad vnum (sicut in prouerbiis) sed ad vniuersos generaliter dirigatur. docens omnia que in mundo sunt. caduca esse & breuia. & ob hoc minime appetenda. Tercium librum sirasirin prenotauit. qui in latinam linguam vertitur canticumcanticorū. vbi per epitalamium carmen coniunctionem xpi et ecclesie mistice canit. Dictum autem canticumcanticorum. eo qꝫ omnibus cāticis preferatur. que in scripturis sanctis habentur. sicut quedā in lege dicuntur sancta. quibus maiora sunt sanctasanctorum. Horum autem trium librorū carmīa exametris et pentametris versibus apud suos cōposita phibent. ut iosephus & ieronimus

Salemon filius Dauid tres libros composuit

scribunt Esaias euangelista potius q̃m propheta edidit librū suum·cuius omnis textus eloquentie prosa incedit. Canticum vero exametro & pentametro versu discurrit. Hieremias simi liter edidit librum suum cum trimetro vel trenis suis·quos nos lamenta vocamus·eo ꝙ in tristioribus rebus funeribusq̃ adbi/beantur. In quibus quadruplex diuerso metro cōposuit alpha/betum. Quorum duo prima quasi saphico metro scripta sunt· quia tres versiculos qui sibi nexi sunt· & ab vna tantum littera incipiunt heroicum comma concludit. Tercium alphabetum trimetro scriptum est· & a ternis litteris id est versus ternis in/cipiunt. Quartum alphabetum simile primo & secundo habet

Ezechiel & daniel a viris quibusdam sapientibus scripti esse perhibent. Quorū ezechiel pcipia & fines multis habet obscuri tatibus inuoluta. Daniel vero claro sermone regna orbis pro nunciat & tempus aduentus xp̄i manifestissima predicatione annotat. Hi sunt quatuor prophete qui maiores vocātur·quia prolixa volumina condiderunt. Liber autem·xii·prophetarū auctorum suorū nominibus prenotatur. Qui ꝓpterea dicunt minores·q̄a sermōes eoꝝ breues sunt. Vnde & connexi sibimet inuicem in vno volumine continentur. Quorum nomina sunt osee·iohel·amos·abdias·ionas·micheas·naum·abacuc· sophoni/as·aggeus·zacharias·malachias. Esdre liber auctoris sui titulo prenotatur. In cuius textu eiusdem esdre neemieq̃ sermones pa riter continentur. Nec quēquam moueat ꝙ vnus esdre dicitur liber·quia secundus tercius & quartus non habentur apud he/breos·sed inter apocriphos deputātur. Hester librum esdras creditur conscripsisse. In quo eadem regia sub figura ecclesie dei populum a seruitute & morte eripuisse scribitur· & interfecto aman·qui interpretatur iniquitas dei celebritas in posteros mit titur. Liber sapientie apud hebreos nusq̃m est. Vnde & ipse titulus graecam magis eloquentiam redolet. Hunc iudei philo nis esse affirmant. Qui proinde sapientie nominatur·quia in eo xp̄i aduentus·qui est sapiētia patris·& passio eius euidenter ex/primitur Librum autem ecclesiasticum certissime iesus filius sirach hierosolimita nepos iesū sacerdotis magni cōposuit· cui/us meminit zacharias. Qui libri apud latinos propter eloquii similitudinem salemōis titulo prenotatur. Dictus autē ecclesia/sticus· eo ꝙ de tocius ecclesie disciplina religiose conuersationis

magna cura et ratione ſit editus. Hic liber apud hebreos reperit̃ ſed inter apocriphos habetur. Iudith vero & tobie ſiue machabeorum libri quibus auctoribus ſcripti ſint minime conſtat. Habent autem vocabula ex eorum nominibus quorum geſta ſcribuntur Quatuor libri euangeliorum primus. Matheus

Quatuor libros euangeliorum quatuor euangeliſte ſingulariter conſcripſerunt. Primus matheus conſcripſit euangelium litteris hebraicis & ſermonibus in iudea initians euangeliſare ab humana xp̃i natiuitate dicens Liber generationis iheſu xp̃i filii dauid filii abraham ſignificãs deſcendiſſe corporaliter ex ſemĩe patriarcharum xp̃m ſicut erat promiſſum in prophetis per ſpiritum ſanctum. Secundus marcus plenus ſpiritu ſancto ſcripſit euangelium xp̃i eloquio graeco in italia ſecutus petrum ut diſcipulus Is initium ab ſpiritu prophetali fecit dicens. Vox clamantis in deſerto parate viã domino et reliqua ut oſtenderet xp̃m poſt aſſumptionẽ carnis euangelium predicaſſe in mundo. Ip̃e enim xp̃us & propheta dictus eſt ſicut ſcriptum eſt. Prophetam in gentibus poſui te.

Tercius lucas inter omnes euangeliſtas graeci ſermonis eruditiſſimus. Quippe ut medicus in graecia euangelium ſcripſit theophilo ep̃o initiãs a ſacerdotali ſpiritu dicẽs. Fuit in diebus herodis regis iudee ſacerdos quidam nomine zacharias ut manifeſtaret xp̃m poſt natiuitatem carnis & predicationem euangelii hoſtiam fuiſſe effectum pro ſalute mundi. Ip̃e eſt enim ſacerdos de quo dictum eſt in pſalmis. Tu es ſacerdos in eternũ ſecundum ordinem melchiſedech. Vbi enim xp̃s aduenit ſacerdotium iudeorum obmutuit lex & prophecia ceſſauit Quartus. Iohannes ſcripſit euangelium vltimus in aſia incipiens a verbo ut oſtenderet eundem ſaluatorem qui pro nobis dignatus eſt naſci & pati ipſum ante ſecula dei verbum eſſe ipſum a caelo veniſſe & poſt mortem iterũ ad caelum remeaſſe. Hi ſunt quatuor euãgeliſte quos per ezechielem ſpiritus ſanctus ſignificauit in quatuor animalibus. Propterea autẽ quatuor aĩmalia quia per quatuor mundi partes fides xp̃iane religionis eorum predicatione diſſeminata eſt. Animalia autem dicta ſunt quoniam propter animam hominis per eos predicatur euãgelium xp̃i. Nam & oculis plena ſunt intus & foris quoniã preuident ea que dicta ſunt a prophetis & que ꝓmiſerãt in priori tẽpore.

Apocrypha: ab Hebreis habentur

Crura autem eorum recta· quia nichil prauum in euãgelijs est· Et alas senas tegentes crura & facies suas· reuelata sunt enim q̃ tegebantur in aduentu xp̃i. Euangelium interpretatur bona annũciatio· graece enim eu bonum· angelium annũciatio dicit̃ Vnde & angelus nuncius interpretatur. Paulus apostolus scripsit epistolas· xiiii· ex quibus· viiii· ecclesiis scripsit· reliquas discipulis suis· timotheo· tito & philemoni. Ad hebreos autem epistola a plerisq; latinis eius esse incerta est· ꝓpter dissonantiã sermonis· eandemq; alii barnaban conscripsisse. Alii a clemente scriptam fuisse suspicantur. Petrus scripsit duas nominis sui epistolas· que catholice ideo nominantur· quia non vni tantũ populo vel ciuitati· sed vniuersis gẽtibus generaliter scripte sunt

Iacobus et iohãnes et iudas suas scripserũt epistolas Act9 apostolorum primordia fidei xp̃iane in gentibus· & nascentis ecclesie historiam digerit. Actuum apostolorum scriptorẽ lucã esse constat euangelistam· in quo opere nascẽtis ecclesie infantia texitur· & apostolorũ historia continetur. Vnde & actus apostolorum dicitur. Apocalipsim librum iohannes euãgelista scripsit· eo tempore quo ob euangelii predicationem in insula patqmos traditur relegatus. Apocalipsis autem ex greco in latinum reuelatio interpretatur. Reuelatio enim dicit̃ manifestatio eorum que abscondita erant· iuxta quod & ipe iohannes dicit. Apocalipsis iesu xp̃i· quã dedit illi deus palã facere seruis suis. Hi sunt scriptores sacrorum librorum· qui per spiritũ sanctum loquentes ad eruditionem nostram & precepta viuendi & credendi regulam conscripserunt Preter haec alia volumina apocrifa nuncupantur. Apocrifa autem dicta id est secreta· quia in dubium veniunt. Est enim eorũ occulta origo· nec patet patribus· e quibus vsq; ad nos auctoritas veraciũ scripturarũ certissima & notissima successione peruenit. In his apocrifis etsi inuenitur aliqua veritas· tamen propter multa falsã nulla est in eis canonica auctoritas. Que recte a prudentibus iudicantur non esse eorum credenda quibus ascribũtur. Nam multa & sub nominibus prophetarum· & recentiora sub nominibus apostoloꝝ ab hereticis proferuntur. Que omnia sub nomine apocriforum auctoritate canonica diligenti examinatione remota sunt

De. Bibliotecis Ca· iii

Bibliotheca a graeco nomen accepit· eo q ibi recondant libri. Nam biblio librorum· teca repositio interptatur Bibliotecam veteris testamenti esdras scriba post incensam legé a caldeis· dum iudei regressi fuissent in hierusalem: diuino afflatus spiritu reparauit· cunctaq legis ac prophetarũ volumina que fuerunt a gentibus corrupta correxit· totumq vetus testamentum in· xxii· libros constituit· ut tot libri essent in lege· quot & littere habebantur. Apud graecos autem bibliotecam primus instituisse pisistratus traditur atheniensium tirannus· quá deinceps ab atheniensibus auctam xerxes incensis athenis euexit in persas· longoq post tempore seleucus nicanor rursus in graeciam retulit. Hinc studium regibus vrbibusq ceteris natum est comparandi comparandi volumina diuersarũ gentium· et per interpretes in graecá linguam vertendi. Dehinc magnus alexander vel successores eorum instruendis omnium librorum bibliotecis animum intenderũt· maxime ptolomeus cognomento philadelfus omnis litterature sagacissimus· cum studio bibliothecarum pisistratũ emularetur non solum gentium scripturas· sed etiam & diuinas litteras in bibliothecá suá contulit. Nam· lxx· milia librorum huius temporibus alexãdrie inuenta sunt. Hic etiam & ab eleasaro pontifice petés scripturas veteris testamenti in graecam vocem ex hebraica lingua per· lxx interpretes transferre curauit· quas in alexandria bibliotheca habuit· siquidem singuli in singulis cellulis separati· ita omnia per spiritum sanctum interpretati sunt· ut nichil in alicuius eorum codice inuentum esset· quod in ceteris vel in verborum ordine discreparet. Fuerunt & alii interpretes· qui ex hebraica lingua in graecum sacra eloquia transtulerũt· sicut aquila· simmachus & theodocion· sicut etiam & vulgaris illa interpretatio· cuius auctor non apparet· & ob hoc sine nomine interpretis quinta editio nuncupatur. Preterea sextam & septimam editionem origenes miro labore reperit· & cum ceteris editionibus cõparauit Prespiter quoq hieronimus trium linguarũ peritus· ex hebreo in latinum eloquium easdem scripturas conuertit· eloquenterq transfudit. Cuius interpretatio merito ceteris antefertur. Nã est & verborum tenatior· & perspicuitate sententie clarior

De. Eo qui primum. Romam libros aduexit Ca· iiii·

R Ome primus librorũ copiã aduexit emilius paulus· persã macedonio rege deuicto·deinde lucillus e pon/tica preda. Post hos caesar dedit marco varroni negocium etiam maxime bibliothece construende. Primum autem rome bibliothecas publicauit pollio. Hic graecas simul atq; latinas additis auctorum imaginibus in atrio quod de manubiis magnificentissimum instruxerat

Qui apud nos bibliothecas instituerunt Ca·v

A Pud nos quoq; pamphilus martir (cuius vitã eusebius caesariensis conscripsit) pisistratum in sacre bibliothece studio adequare primus contendit. Hic enĩ in bibliotheca sua prope·xxx·voluminum milia habuit. Hieronimus quoq; atq; gennadius ecclesiasticos scriptores toto orbe querentes ordinem prosecuti sunt·eorumq; studia in vno voluminis indiculo comprehenderunt

Qui multa scripserunt Ca·vi

M Arcus terrencius varro apud latinos innumerabiles libros scripsit. Apud graecos quoq; calciterus miris attollitur laudibus·q tantos libros ediderit·quantos quisq; nostrũ alienos scribere propria manu vix possit. De nostris quoq; apud graecos origenis in scripturarum labore tam graecos q̃m latinos operum suorum numero superauit. Deniq; Hieronimus sex milia librorum eius legisse fatetur. Horum tñ omnium studia. Augustinus ingenio vel scientia sua vicit. Nã tanta scripsit· ut diebus ac noctibus non solum scriberet libros eius quis q̃m·sed nec legere quidem occurrat

De. Generibus opusculorum Ca·vii

O Pusculorum genera sunt tria. Primũ genus excerpta sunt·que grece scolia nuncupantur·in quibus ea que vident obscura vel difficilia summatim ac breuiter perstringuntur. Secundum genus omelie sunt·quas latini verbum appellant·que proferunt in populis. Tercium tomi quos nos libros vel volumina nuncupamus. Omelie autẽ ad vulgus loquuntur. Tomi vero id est libri maioris sunt disputationis.

Dialogus est collatio duorum vel plurimorum· quã latini sermonem dicunt. Nam quos graeci dialogos vocant nos sermones vocamus. Sermo autem dictus·quia inter vtrũq; seritur Vnde & in virgilio. Multa inter se serebant. Tractatus autẽ

est unius rei multiplex expositio. Dictus quod trahat sensum in multa sentiendo contractandi secum. Differt autẽ sermo tractatus & verbum. Sermo enim altera eget persona. Tractatus specialiter ad seipm est. Verbum autem ad omnes. Unde et dicitur Verbum fecit ad populum. Commentaria dicta quasi commenta sunt enim interpretationes ut commenta iuris cõmenta euangelii. Nam quicquid breuiter componitur commẽtarium dicitur quod vero elongatur expositio nominat̃ Apollogeticum est excusatio in quo solent quidam accusantibus respondere. In defensione enim aut negatione sola positum est & est nomen graecũ. Panagericum est licentiosum & lasciuiosum genus dicendi in laudibus regum. In cuius compositione homines multis mendaciis adulantur. Quod malum a grecis exortum est quorum leuitas instructa dicendi facultate & copia incredibili multas mendaciorum nebulas suscitauit. Fastorũ libri sunt in quibus reges vel consules scribunt̃ a fastibus dicti id est potestatibus. Unde & ouidii libri fastorum dicunt̃ quia de regibus & consulibus editi sunt. Probemium est initium dicendi. Sunt enim probemia principia librorũ que ante cause narrationem ad instruendas audiẽtium aures coaptant̃. Cuius nomen plerique latinitatis periti sine translatione posuerũt. Hoc autem vocabulum apud nos interpretatum prefatio nuncupat̃ quasi prelocutio. Precepta sunt que aut quid faciendum sit aut quid non faciendum docet. Quid faciendum sit ut. Dilige deum tuum. Honora patrem tuum et matrem tuam. Quid nõ faciendum ut. Non mechaberis non furtum facies. Similiter et gentilium precepta vel iubent vel vetant. Iubent faciendum ut Nudus ara. Sere nudus. Vetãt ut. Neue inter vites corilum sere neue flagella summa pete. Primus autem pcepta apud hebreos moises scripsit. Apud latinos marcius vates primus precepta cõposuit ex qbus est illud. Postremus dicas. Primus taceas Parabole & proplemata nominibus suis indicãt altius se perscrutari oportere. Parabola quippe alicuius rei similitudinem per se gerit quod licet sit vocabulum graecum iam tamen pro latino vsurpatur & notum est quod in parabolis que dicuntur rerum similitudines rebus de quibus agitur comparantur. Proplemata autem que latine appellantur propositiões questiones sunt aliquid habentes quod disputatione soluendum sit. Questio

Ante carte et membranarum usum

autem est questio·cum queritur an sit·an quid sit·an quale sit·

Argumentum vero dictum·quasi argutum·vel q sit argute inuentum ad comprobandas res. Epistolam proprie graeci vocant·quod interpretatur latine missa·stola enī siue stoli missa vel missi. Ante carte & membranarum usum ī dolatis ex ligno codicellis epistolarum eloquia scribebātur. Vnde & portitores earum tabellarios vocauerunt

De. Ceris Ca·viii

Cere litterarum materies paruulorū nutrices·ipe dant ingenium pueris· primordia sensus· quarū studium primi greci tradidisse produntur. Greci enim et tusci primum ferro in ceris scripserunt. Postea romani iusserunt· ne graphium ferreum quis haberet. Vnde & apud scribas dicebāt Ceram ferro ne cedito. Postea institutum est·ut ceram ossibus scriberent·sicut indicat atta in satira dicens. Vertamus vomerē in ceram·mucroneq; aremus osseo. Graphium autem grece latine scriptorium dicitur. Nam graphia scriptura dicitur

De. Cartis Ca·viiii·

Cartarum usum primum egiptus ministrauit· ceptū apud memphiticam vrbem. Memphis enim ciuitas egiptiorum est·vbi carte usus inuentus est primum· sicut ait lucanus. Conficitur bibula memphitis carta papiro. Bibulam autem papirum dixit·q humorem bibat. Carta autem dicta· q carptim papiri tegmen decerptum glutinatur. Cuius genera q̃mplura sunt. Prima & pcipua augustea regia maioris forme·in honorē octauiani augusti appellata. Secunda libiana ad honorem libie prouincie. Tercia hieratica dicta·q ad sacros libros eligebatur·similis auguste sed subcolorata. Quarta teneotica·a loco alexandrie que ita vocatur vbi fiebat. Quinta salatica ab oppido salo. Sexta corneliana·a cornelio gallo prefecto egipti primū confecta. Septima emporitica·q ea merces inuoluunt cum sit scripturis minus idonea

De. Pergamenis Ca·x

Pergameni reges cum carta indigerent· membranas primi excogitauerunt. Vnde & pergamenorū nomē hucusq; tradente sibi posteritate seruatum est. Hec et membrana dicuntur·quia ex membris pecudum detrahuntur. Fiebant enim primum coloris lutei id est crocei. Postea vero rome candida membrana reperta sunt· quod apparuit inhabilia esse·q & facile sordescant· aciemq; legentiū ledant·cū peritiores

architecti neq; aurea lacunaria ponenda in bibliothecis putent· neq; pauimenta alia q̃m eucharisteo marmore· q aurí fulgor ebetat· & eucharisti viriditas reficiat oculos. Nam & qui num/mulariam discunt denariorũ formis mirteos pannos subiciunt & gemmarum sculptores scarabeorum terga quibus nichil est viridius subinde respiciũt· & pictores idẽ faciũt· ut laborẽ visus eorum viriditate recreent. Membrana autem· aut candida· aut lutea· aut purpurea sunt. Candida naturaliter exiſtũt. Luteũ mem/branũ bicolor est· quod a confectore vna tinguitur parte id est crocat̃· de quo persius. Iam liber & positis bicolor membrana capillis. Purpurea vero inficiuntur colore purpureo· in quibus aurum & argentum liquescens patescat in litteris.

De. Libris conficiendis. Ca·xi.

QVedam nomina librorum apud gentiles certis mo/dulis conficiebant̃· breuiore forma carmina atq; epi/stole. At vero historie maiore modulo scribebantur & non solum in carta vel membranis sed etiam in omentis ele/phantinis textilibusq; maluarũ foliis atq; palmarum. Cuius generis cinna sic meminit. Haec tibi taretis multum inuigilata lucernis. Carmina que signas nouimus aerios. Leuis in aridulo malue descripta libello. Pruxiaca vexi munera nauicula. Circũ/cidi libros siciliae primum increbruit. Nam initio pumicabant̃. Vnde & catullus ait. Cui dono lepidum nouũ libellum arido modo pumice expolitum.

De. Librorum vocabulis. Ca·xii.

COdex multorum librorũ est. Liber vnius voluminis. Et dictus codex per translationem· a corticibus ar/borum· seu vitiũ· quasi caudex· q in se multitudinẽ librorum quasi ramorũ contineat. Volumen liber est a vol/uendo dictum· sicut apud hebreos volumina legis· volumina prophetarum. Liber est interior tunica corticis· que ligno co/heret· in qua antiqui scribebant· de quo virgilius. Sic alta liber heret in vlmo. Vnde & liber dicitur in quo scribimus· qa antẽ vsum carte & membranorũ de libris arborum volumĩa fiebãt id est compaginabantur. Vnde & scriptores a libris arborum librarios vocauerũt.

De. Libris & eorũ instrumẽtis. Ca·xiii.

LIbrarios constat antea bibliopolas dictos. Librũ enĩ greci biblum vocant. Librarii autẽ idem et antiquarii vocãtur. Sed librarii sunt· q & noua et vetera scribũt

Antiquarii qui tantũmodo vetera. Vnde et nomen ſumpſerũt
A ſcribendo autem ſcriba nomen accepit·officiũ exprimens. vocabuli qualitate. Inſtrumenta ſcribe·calamus & penna· ex his enim verba paginis infiguntur. Sed calamus arboris eſt/ Penna auis·cuius acumẽ in duo diuiditur· in toto corpore vnitate ſeruata· credo ꝓpter miſteriũ·ut in duobus apicibus vetus & nouum teſtamẽtum ſignaretur·quibus exprimitur verbi ſacramentum·ſanguine paſſionis effuſum. Dictus autẽ calamus ꝙ liquorem ponat. Vnde & apud nautas calare ponere dicitur Penna autẽ a pendendo vocata id eſt volando·eſt enim ut diximus auium. Folia autem librorum appellata·ſiue ex ſimilitudine foliorum arborum·ſeu quia ex follibus fiunt id eſt ex pellibus·q̄ de occiſis pecudibus detrahi ſolent· cuius partes pagine dicuntur·eo ꝙ ſibi inuicem compingantur. Verſus autẽ vulgo vocati·quia ſic ſcribebant antiqui· ſicut aratur terra. A ſiniſtra enim ad dextram primum deducebant ſtilum·deinde conuertebantur ab inferiore & rurſus ad dextram verſus·quos et hodie ruſtici verſus vocant. Sceda eſt quod adhuc emendatur·& necdum in libris redactũ eſt·& eſt nomen grecũ ſicut thomus

De. Canonibus euangeliorum Ca·xiiii

CAnones euangeliorum. Ammonius alexandrie ep̄s primus excogitauit· quẽ poſtea euſebius caeſarienſis ſecutus plenius compoſuit. Qui ideo facti ſunt·ut p eos inuenire & ſcire poſſimus·qui reliquorum euangeliſtarum ſimilia aut propria dixerint. Sunt autem numero·x·quorũ primus continet numeros in quibus quatuor eadem dixerũt·matheus·marcus·lucas & iohannes. Secundus quibus tres·matheus·lucas·marcus. Tercius in quibus tres· matheus·lucas & iohannes. Quartus in quibus tres·matheus·marcus & iohannes Quintus in quibus duo·matheus·lucas. Sextus in quibus duo matheus·marcus. Septimus in quibus duo·matheus·iohãnes. Octauus in quibus duo·lucas·marcus. Nonus in quibus duo· lucas·iohannes. Decimus in quibus ſinguli eoꝝ propria que dã dixerunt·quorum expoſitio haec eſt. Per ſingulos enim euangeliſtas numerus quidam capitulis affixus adiacet·quibus numeris ſubdita eſt era quedam minio notata·q̄ indicat in quoto canõe poſitus ſit numerus cui ſubiecta eſt era. Verbi gratia. Si eſt era prima in primo canone·ſi ſecunda in ſecundo·ſi tercia in

tercio· & sic per ordinem vsq; ad decimum peruenies. Si igitur aperto quolibet euangelio· placuerit scire qui reliquorum euangelistarum similia dixerunt· assumes adiacentem numerum capituli· & requires ipm numerum in suo canone quem indicat· ibiq; inuenies qui & quid dixerunt· & ita demum in corpore inquisita loca que ex ipis numeris indicantur per singula euangelia de eisdem dixisse inuenies.

De Canonibus conciliorum Ca·xv

CAnon autem graece· latine regula nuncupat. Regula autem dicta· q recte ducit· nec aliquando aliorsum trahit. Alii dixerũt regulam dictam· vel q regat· vel q normam recte viuendi prebeat· vel quia distortũ prauumq; quid corrigat. Canones autem generalium conciliorũ a temporibus. Constantini ceperunt. In precedentibus namq; annis persecutione feruente docendarum plebium nemini dabatur facultas. Inde xpianitas in diuersas hereses scissa est· quia non erat licentia epis in vnum conuenire· nisi tempore supradicti imperatoris. Ipe enim dedit facultatem xpianis libere congregari. Sub hoc etiam sancti patres in concilio niceno de omni orbe terrarum conuenientes· iuxta fidem euangelicam & apostolicã· secũdum post apostolos tradiderunt simbolum. Inter cetera autem cõcilia quatuor esse scimus venerabiles sinodos· que totam principaliter fidem complectuntur· quasi quatuor euangelia· vel totidem paradisi flumina. Harum prima nicena sinodus· ccc· xviii· episcoporum. Constantino augusto imperante peracta est. In qua arriane perfidie condemnata blasphemia· quã de inequalitate sancte trinitatis idem arrius asserebat consubstãtialem deo patri deum filium eadem sinodus per simbolum diffiniuit. Secunda sinodus· c· l· patrum sub theodosio seniore constantinopolim congregata est· que macedonium spiritum sanctũ deum esse negantem condemnans· consubstantialem patri & filio spiritum sanctum demonstrauit· dans simboli formam· quã tota graecorum & latinorum confessio in ecclesiis predicat. Tercia sinodus ephesiana prima· cc· episcoporum· sub iuniore theodosio augusto edita est· que nestorium duas personas in xpo asserentem iusto anathemate condemnauit· ostendens manere in duabus naturis vnam domini nostri ihesu xpi personam. Quarta sinodus calcedonensis· dc· xxx· sacerdotũ· sub marciano pncipe

habita est· in qua euticen constãtinopolitanum abbatem verbi dei & carnis vnam naturam pronunciantem· & eius defensorẽ dioscorum· quondam alexandrinum epm· & ipm rursum ne/storium cum reliquis hereticis vna patrũ sententia predamna/uit· predicans eadem sinodus xpm deum de virgine sic natum· ut in eo substantiam diuine & humanae confiteamur naturae. Haec sunt quatuor sinodi pncipales· fidei doctrinã plenissime predicantes. Sed & siqua sunt concilia· que sancti patres spiritu dei pleni sanxerunt post istorum quatuor auctoritatem· omni manent stabilita vigore· quorum gesta in hoc opere condita cõtinentur. Sinodus autem ex graeco interpretatur comitatus vel cetus Concilii autem nomen tractũ est ex more romano Tempore enim quo cause agebantur· conueniebant omnes in vnum· communiq; intentione tractabant. Vnde & concilium a cõmuni intentione dictum· quasi concilium. Nam cilia oculorum sunt. Vnde et considiũ id est consiliũ· d· in· l· littera transeũ/te. Cetus vero conuẽtus est vel congregatio· a coeundo id est conueniendo in vnũ. Vnde et conuentus est nuncupatus· sicut a conuentu cetus vel concilium a societate multorum in vnum

De. Ciclo paschali Ca· xvi

Paschalem ciclum ipolitus epus temporibus alexan/dri imperatoris primus conscripsit. Post quem pro/batissimi auctores. Eusebius cesariensis. Theophilus alexandrinus. Prosper quoq; natione aqtanus· atq;. Victorinus amplificatis eiusdem festiuitatis ratiõibus multiplices circulos ediderunt. Cuius quidem rationem beatus. Cirillus alexandrie vrbis epus in nonagintaquinq; ãnos· per quinquies· x· nouies calculans quoto kalendas vel luna debeat pascalis solennitas celebrari summa breuitate notauit. Ciclus autem vocatus· ꝙ in orbe digestus sit· & quasi in circulo dispositum ordinem com/plectatur annorũ sine varietate· & sine vlla arte. Vnde & factũ est ut cuiusq; materie carmĩa simplici formitate facta ciclica vo/carentur Hinc et laterculum dictum· ꝙ ordinem habeat stratũ annorum

Ciclus. Primus decẽnoualis	Ciclus. Secundus decẽnoualis.
Com ii idus app̀ lu xxi	Com v idus app̀ lu xviii
B Cõ vi kal app̀ lu xvi	Com ii kal app̀ lu xxi
Em xvi kal mai lu xvii	B Em xii kal mai lu xxi
Com vi idus app̀ lu xx	Com nonas appri lu xvii
Com ix kal app̀ lu xvi	Com v kal appri luna xx
B Em p̀ idus ap lu xvi	Em xv kal mai lu xxi
Com ii nonas ap lu xix	B Com kal appri lu xvi
Em viii kal mai lun xx	Em xi kalen mai lu xviii
Com v idus app̀ lu xvi	Com idus appri luna xx
B Com ii ka ap lu xviii	Com iiii kal app̀ lu xv
Em xii kal maii lun xix	B Em xv kal mai lu xvi
Com nonas appri lu xv	Com v idus appri lu xix
Com vi kal app̀ lu xviii	Com viii kal appri lu xv
B Em xvi ka ma l xviii	Em viii kal mai lu xvi
Com vi idus app̀ lu xxi	B Com nonas ap l xviii
Com viii ka app lu xvii	Com v kalen appri lu xxi
Em idus appri lun xviii	Fm iiii kal appri luna xv
B Com ii nõas ap l xx	Com iiii nonas ap lu xviii
Em viii ka maii lun xxi	B Em xi ka mai lu xviiii

Ciclus. Tercius decennoualis	Ciclus. Quartus decennoualis.
Com viii idus ap lu xv	B Cõ iiii idus ap l xviiii
Com iiii ka app lu xviii	Com vii kal appri lu xv
Em iiii kal mai luna xx	Em xvii kalen mai lu xvi
B Com v ka ap lu xxi	Com vi idus appri lu xix
Com viii kal app lu xvi	B Com iiii kal ap lu xxi
Em viii ka mai lu xviii	Em iii idus appri luna xv
Com viii idus ap lu xx	Com iii nonas ap lu xviii
B Em vii ka mai lu xxi	Em viii kalen mai lu xx
Com iiii idus ap lu xvii	B Com xix ka mai l xxi
Com iiii nõas ap lu xx	Com iii kalen appri lu xvii
Em x kalen mai lu xxi	Em xiii kalen app lu xviii
B Cõ viii idus ap lu xvi	Com iii idus app lu xxi
Com iiii kal app lu xix	B Com vii kalen ap lu xvi
Em xiiii kal mai lu xx	Em xvii kalen mai lu xvii

Com iii nonas ap l xvi	Com vii idus appri lu xx
B Cō viii ka ap l xviii	Com x kalen appri lu xvi
Em vii kal maii lu xix	B Em iii idus app lu xvi
Com iii kal app lu xvi	Com iiii nonas ap lu xviii
Em iiii ka maii lu xvii	Em viii kalen maii lu xx

Ciclus. Quintus decēnoualis

Com vi idus ap lu xviii
B Cō iii kal app lu xix
Em xiii kal maii lu xx
Com ii nōas ap lu xvi
Com vi kal app lu xix
B Em xvii ka mai lu xix
Com ii kal app luna xv
Em xii kal appri lu xvi
Com ii idus app lu xix
B Cō iii kal app lu xxi
Em xvi kal mai lun xv
Com vi idus ap lu xviii
Com ii kal appri lu xxi
B Em iii ka mai lu xxi
Co ii nonas ap lu xvii
Com vi kal appri lu xx
Emb xvi maii luna xxi
B Com ii kal ap lu xxi
Em xii kal maii lu xvii

A Conditione mundi vsq; ad hunc nouissimum ciclum cōputatur ãni·v̄·d·cccc·xx. Post cuius expletionem ad primū exordiū recurrēdum. Antiqtus ecclesia pascha· xiiii· luna cum iudeis celebrabat·quocūq; die occurreret· quem ritum sancti patres in nicena sinodo prohibuerūnt con stituētes non solum lunam pascalem & mensem inquirere sed etiam & diem resurrectiōis dominice obseruare· & ob hoc pasca a quartadecima luna vsq; ad vicesimāprimā extenderūt· ut dies dominicus nō omitteretur. Pasce autem vocabulum non graecum sed hebreum est· nec a passione dictum·quoniam paschin graece dicit̃ pati· sed a transitu hebreo verbo pascha appellatum est·eo q; tunc populus dei ex aegipto transiret. Vnde etiam in euāgelio (cum vidisset inquit ihesus) quia venit hora ut transiret de mundo ad patrem. Cuius nox ideo puigil ducit̃ propter aduentū regis ac domini nostri·ut tempus resurrectionis eius·nos nō dormiētes sed vigilātes inueniat. Cuius noctis duplex ratio est·siue q; in eadem tunc vitam recepit cum passus est·siue q; postea eadem hora qua resurrexit ad iudicandum vēturus est. Eo autem modo agimus pascha·ut non solum mortem & resurrectionem xp̄i in memoriam reuocemus·sed etiam

Aduentus christi fadius hora qua resurrexit

cetera que circa eam attestantur ad sacramentorũ significationẽ inspiciamus. Propter initium enim noue vite & propter nouũ hominem quem iubemur induere & exuere veterem expurgamus vetus fermentum ut simus noua consperſio quõ pascha nostrum immolatus est xps. Propter hanc ergo vite nouitatem primus mensis nouorũ in anni mensibus celebrationi paschali mistice attributus. Quod vero tercie ebdomade die pascha celebratur idẽ qui dies occurrit a quintadecima in vicesimamprimã. hoc significat quia in toto tempore seculi quod septenario dierũ numero agitur nunc tercium tempus hoc sacramẽtum apparuit. Primũ enim tempus est ante legem. Secundum sub lege. Tercium sub gratia. vbi iam manifestum est sacramentum. prius occultũ in prophetico enigmate. Ideo & propter haec tria seculi tempora resurrectio domini triduana est. Quod vero a quartadecima luna vsq; ad vicesimamprimam per dies vii paschalis dies queritur hoc fit propter ipm numerum septenarium quo vniuersitatis significacõ sepe figuratur q etiã ipi ecclesie tribuit ppter instar vniuersitatis. Vnde & iohannes apostolus in apocalipsi septẽ scribit ecclesiis. Ecclesia vero in ista adhuc mortalitate carnis constituta ppter ipam mutabilitatem lune nomine in scripturis significatur. Varia autem obseruãtia oppinionũ paschalis festiuitatis interdum errorẽ gignit latini nanq; a iii nõas marcii vsq; in iii nonas apprilis primi mensis lunam inquirunt & si quartadecima luna die dominico peruenerit in alio dominico pascha protrahunt. Greci primi mensis lunã ab viii idus marcii vsq; in diem nonarum apprilium obseruant & si xv luna die dominico occurrerit sanctum pascha celebrant. Huiusmodi ergo dissensio inter vtrosq; paschalem regulam turbat. Communis annus dicitur qui xii tantum lunas hoc est dies ccc liiii habet. Dictus autem cõmunis quia sepe duo ita coniuncti incedunt ut inuicem se in paschali solennitate sequãtur. Nam embolismus annus est semper solus. Embolismus annus ẽ qui tredecim menses lunares id est ccc lxxxiiii dies habere mõstratur. Ipe est annus sancto moisi diuinitus reuelatus in quo iubentur hi qui longius habitant in secũdo mense pascha celebrare. Embolismus autem nomen graecum est quod interptatur latine superaugmentum eo q expleat numerum annorum communium quibus xi lunares dies deesse cernuntur. Embolismi aũt

Tria tempora

Embolismus Annus

anni et communes sic inueniuntur. Si enim a. xiiii. luna pasche precedentis usq; ad. xiiii. pasche sequetis. ccc. lxxxiiii. dies fuerint embolismalis annus est. Si. ccc. liiii communis est. Bissextus est per anos. iiii. vnus dies adiectus. Crescit enim per singulos annos quarta pars assis. At vbi quarto anno assem copleuerit bisextilem annum facit. Dictus autem bisextus quia bis sexies ductus assem facit. quod est vnus dies. Sicut & quadrantem propter quater ductum quod est bisextus quem super dierum cursum in annum sol facit. siue q nequeat annum subintroducere nisi bis. vi. nonas marcii coputaueris. hoc est & primo die vi. nonas marcii & addito bisexto alio die. vi. noas marcii iteraueris. A sexto autem noas marcii vsq; in diem pridie kalendas ianuarii in lune cursu bisextus apponitur atq; inde detrahitur.

Intercalares autem dies idcirco vocantur quia interponuntur ut ratio lune solisq; conueniat. Calare enim ponere dicit. intercalare interponere. Epactas graeci vocant latini adiectiones annuas lunares. que per vndenariu numeru vsq; ad tricenariu in se reuoluunt. quas ideo egiptii adiciunt. ut lunaris emensio rationi solis equetur. Luna enim iuxta cursum suu in. xxviiii. semis dies lucere dinoscitur. & fiunt in anno lunares dies. ccc. liiii. remanent ad cursum anni solares dies. xi. quos egiptii adiciut. Vnde & adiectiones vocantur. Absq; his non inuenies lunam quota sit in quolibet anno & mense & die. Iste epacte semper. xi. calendas apprilis reperiunt in eadem luna que fuerit eo die. Continentur aut circulo decenouali. sed cum ad. xxviiii. epactas peruenerint. qui est circulus decennoualis iam sequenti ano no addes super. xxviiii. vndecim. ut decem annuncies detractis. xxx. sed inde reuertens. ut vndecim pronuncies.

De. Reliquis festiuitatibus Ca. xvii

Festiuitas dicta a festis diebus. quasi festiditas. eo q in eis sola res diuina fit. quibus econtrario sunt fasti in quibus ius fatur id est dicit. Solennitas a sacris dicitur. ita suscepta ut mutari ob religionem non debeat a solito id est firmo atq; solido nominata. Celebritas autem nomiat q non ibi terrena. sed celestia tantum agantur. Pascha festiuitatum omniu prima est. De cuius vocabulo ia superius dictu est. Penthecostes sicut & pascha apud hebreos celebris dies erat quod post. v. decadas pasche celebrat. Vnde & vocabulum

ſumpſit.Penta enim graece quinq;.In quo die ſecundum legem panes propoſitionis de nouis frugibus offerebantur. Cuius fi/guram ãnus iubileus in teſtamento veteri geſſit·que nunc iterũ per futuram repromiſſionis eternã requiem prefigurat̃ Epi/phania grece latine apparitio·ſiue manifeſtatio vocatur. Eo enĩ die xp̃s ſideris inditio magis apparuit adorandus.Quod fuit fi gura primicie credentium gentium. Quo die & dominici bap/tiſmatis ſacramentum· & permutate in vinum aque factorum per dominum ſignorum principia extiterunt.Due ſunt autem epiphanie.Prima ĩ qua natus xp̃s·paſtoribus hebreorũ angelo nunciante apparuit. Secunda in qua ex gentium populis ſtella indice aput ſepis cunabula magos adoraturos exhibuit. Sce/nophegia ſolennitas hebreorum de graeco in latinum tabernaculorum dedicatio interpretatur·que celebratur a iudeis in memoriam expeditionis cum ab egipto promoti in tabernaculis age/bantur·& ex eo ſcenophegia.Scena enim graece tabernaculum dicitur·que ſolennitas apud hebreos ſeptembri menſe celebrat̃.

Neomenie apud nos kalende·apud hebreos autem quia ſecũdum lunarem curſum menſes ſupputantur.Et graece mene lu/na appellatur·inde neomia id eſt noua luna.Erant apud hebreos ipi dies kalendarũ ex legali inſtitutione ſolennes·de quibus in pſalterio dicitur. Canite initio menſis tuba in die inſigni ſo/lennitatis veſtre. Encenia autem eſt noua templi edificatio. Graece enim cenõ dicitur nouum· quando enim aliquid nouũ dedicatur encenia dicitur.Hanc dedicationis templi ſolennitatẽ iudei octobris menſe colebant. Dieſpalmarum id eo dicitur· quia in eo dominus & ſaluator noſter ſicut ꝓpheta cecinit hie/ruſalem tendens aſellum ſediſſe perhibetur. Tunc gradiens cũ ramiſpalmarum multitudo plebium obuiam ei clamauerunt. Oſanna benedictus qui venit in noĩe domini rex iſrahel. Vul/gus autem ideo hunc diem capitilauium vocant· quia tũc mo/ris eſt lauandi capita infantium qui vnguendi ſunt·ne obſeruatione·xl·ſordidata ad vnctionem accederent. Hoc autẽ die ſim/bolum confitentibus traditur· ꝓpter confinem dominici paſce ſolennitatem·ut q iam ad dei gratiam percipiendam feſtinant· quam confiteantur fidem agnoſcãt. Cena dominica dicta ẽ eo ꝙ in eo die ſaluator paſcha cum ſuis diſcipulis fecerit· quod & vſq; hodie ſicut eſt traditũ celebrat̃·ſauctũq; in eo die criſma

conficitur·atq; initium noui & veteris cessatio testamenti decla ratur. Sabbatum ab hebreis ex interpretatione vocabuli sui requies nominatur·q deus in ipo·perfecto mundo requieuisset Siquidem & eo die requieuit dominus in sepulcro·ut quietis illius misteriú confirmaret· quod iudeis obseruandum in vm/ bra futuri preceptum est. Sed postq̃m xps in sepultura sua eius figurá adimpleuit·obseruatio eius quieuit. Dominicus dies proinde vocat̃· quia in eo resurrectionis domini nostri gaudiú celebratur. Qui dies non iudeis sed xpianis in resurrectione dñi declaratus est. Et ex illo habere coepit festiuitatem suá. Illis enĩ solum celebrandum sabbatum traditum est· quia erat antea re/ quies mortuorum. Resurrectio autem illius erat qui resurgens a mortuis non moreretur. Postq̃m autem facta est talis resur/ rectio in corpore domini·ut piret in capite ecclesie·quod corpus ecclesie speraret in fine iá dies dominicus id est octauus· qui & primus celebrari coepit

De. Officiis Ca.xviii

Officiorum plurima genera sunt·sed praecipuú illud quod in sacris diuinisq; rebus habetur Officiú aút ab efficiendo dictum· quasi efficium· propter decoré sermonis·vna mutata littera·vel certe·ut quisq; illa agat· q nulli officiant·sed prosint omnibus. Vespertinum officium est in noctis initio vocatum ab stella vespere·que surgit oriẽte nocte. Matutinum vero officiú est in lucis initio·ab stella lucifero appellatum·que oritur incboante mane. Quorum duum tem/ porum significatione ostenditur· ut die ac nocte semper deus laudetur Missa tempore sacrificii est· quando cathecumini fo ris mittuntur· clamante leuita. Siquis cathecuminus remansit exeat foras. Et inde missa·quia sacramentis altaris interesse non possunt·qui nondum regenerati noscuntur Chorus est mul titudo in sacris collectis. Et dictus chorus q initio in modum corone circum aras starent·et ita psallerent. Alii chorú dixerunt a concordia·que in caritate consistit·quia si caritatem nõ habeat respondere conuenienter non potest. Cum autem vnus canit· graece monodia·latine succinium dicitur. Cum vero duo canũt bicinium appellatur. Cum multi chorus. Nam chorea ludicrú cantilene vel saltationes classium sunt. Antiphona ex graeco interpretatur· vox reciproca·duobus scilicet choris alternatim psallentibus ordine cõmutato·siue de vno ad vnú. Quod genus

psallendi graeci meminisse traduntur Responsorios itali tradiderunt· quod carmen inde responsorios cantus vocant· q̄ alio desinente·id alter respondeat. Inter responsorios autem & antiphonas hoc differt·q̄ in responsoriis vnus versum dicit·in antiphonis auté versibus alternant chori Lectio dicitur·quia nō cantatur ut psalmus vel himnus·sed legitur tantum. Illic enim modulatio·hic sola pronūciatio queritur Canticum est vox cantantis in leticia. Psalmus autem dicitur· qui cantatur ad psalterium·quo vsum esse dauid prophetā in magno misterio prodit historia.Haec autem duo in quibusdam psalmorum titulis iuxta musicam artem alternatim sibi opponūtur.Nam cāticum psalmi est· cum id quod organum modulat̄ vox postea cantantis eloquitur. Psalmus vero canticū quod humana vox preloquitur·ars organi modulantis imitatur.Psalmus autem a psalterio dicitur.Vnde nec mos est ex alio opere eum componi Tres autem gradus sunt in cantando.Primus succentoris.Secūdus incentoris.Tercius accentoris Diapsalma quidā hebreū verbum esse volunt·quo significatur semper·id est q̄ illa q̄bus hoc interponitur·sempiterna esse confirmét.Quidam vero grecum verbum existimāt·quo significatur interuallum psallendi· ut psalma sit quod psallitur·diapsalma vero interpositū in psallendo silentium·ut quemadmodum simpsalma dicitur vocum copulatio in cantando·ita diapsalma disiunctio earum·vbi quedam requies distincte cōtinuationis ostenditur.Vnde illud ꝓbabile est non cōiungendas sententias in psallendo vbi diapsalma interpositum fuerit·quia ideo interponitur·ut cōuersio sensuum vel personarum esse noscatur Himnus est cāticum laudantium·quod de greco in latinum laus interpretat̄·ꝓ eo q̄ sit carmen leticie & laudis. Proprie autem himni sun continentes laudem dei.Si ergo sit laus·& nō sit dei·nō est himnus.Si sit et laus·& dei laus·& nō cātetur·nō est himnus. Si ergo & in laudem dei dicitur & cātatur· tūc est himnus. Cui cōtrarium est trenum·quod est lamēti & funeris. Alleluia duum verborū interpretatio est·hoc est laus dei· & est verbum hebreum. Iam enim vnum est de· x·nominibus q̄bus apud hebreos deus vocatur Amen significat vere siue fideliter·quod et ip̄m hebreū est. Que duo verba amen & alleluia nec graecis·nec latinis·nec barbaris licet in suam linguā omnino transferre· vel alia lingua

annunciare. Nam q̃muis interpretari possint· propter sanctiorẽ tamen auctoritatẽ seruata est ab apostolis in his ꝓprie linguae antiquitas. Tanto enim sacra sunt nomina· ut etiam Iohannes in apocalipsi referat se spiritu reuelante vidisse & audisse vocem celestis exercitus· tanq̃m vocem aquarum multarũ & tonitruũ validorum dicentium· amen et alleluia· ac per hoc sic oportet in terris vtraq; dici· sicut in caelo resonant. Osanna in alterius linguae interpretationem in toto transire non potest. Osi enim saluifica interpretatur. Anna interiectio est motũ animi significans· sub deprecatis affectu. Integre autem dicit̃ osianna· quod nos corrupta media vocali littera & elisa dicimus osanna· sicut fit in versibus cum scandimus· littera enim prima verbi sequentis extremam prioris verbi veniens excludit. Et dicit̃ hebraice osanna· quod interpretatur saluifica· subaudiendo· vel populum tuum· vel totum mundum. Offertorium tali ex causa sumpsit vocabulum. Fertum enim dicitur oblatio· que altari offertur & sacrificatur a pontificibus· a quo offertorium nominatur· quasi propter fertum. Oblatio vocatur· quia offertur. Dona dei proprie dicuntur· munera hominum. Nam munera dicuntur obsequia que pauperes diuitibus loco munerum soluunt. Ita q; munus homini datur· donum deo. Vnde etiam in templis donaria dicimus. Munera autem vocantur· quia manibus vel accipiuntur· vel dantur. Duo sunt autem que offeruntur· donum et sacrificium. Donum dicitur quicquid auro argentoq; aut qualibet alia specie efficitur. Sacrificium autem est victima· & q̃cunq; in ara cremantur seu ponuntur. Omne autem quod deo datur· aut dedicatur· aut consecrat̃. Quod dedicatur· dicendo dat̃. Vnde & appellatur. Vnde & errant qui dedicationem consecrationem putant significari. Immolatio ab antiquis dicta· eo q̃ in mole altaris posita victima cederet̃. Vnde & mactatio post immolationem est. Nunc autem immolatio pani & calici conuenit. Libatio autem tantũmodo calicis oblatio est. Hinc est illud. Et libauit de sanguine vue. Sic & seculariũ quidam poetarum. Nunc inquit pateras libate ioui. Libare enim ꝓprie fundere est· sumptum q; nomen de libero quodam· qui in graecia vsum reperit vitis. Hostie apud veteres dicebantur sacrificia· que fiebant anteq̃m ad hostem pergeret̃. Victime vero sacrificia· que post victoriam deuictis hostibus immolabantur. Et

Osanna

Hostie

Victime

erant victime maiora sacrificia q̄m hostie. Alii victimā dictā putauerunt· quia ictu percussa cadebat. Vel quia vincta ad aras ducebatur Holocaustum illud est vbi totum igne consumit̄ quod offert̄. Antiqui enim cum maxima sacrificia administrarent solebant totas hostias in sacrorum consumere flamma. Et ipa erant holocaustomata. Holo enim graece totum dicit̄. Caustis incensio. Et holocaustum totum incensum. Cerimonie apud latinos dicuntur sacra omnia· que apud graecos orgia vocātur. Proprie autem visum est doctoribus a carendo appellari cerimonias· quasi carimonias· eo ꝙ ea que in sacris diuinis offeruntur· in suo vsu carerent homines. Quod etiam nomē in vsu est sanctarum litterarum. Alii autem cerimonias proprie in obseruationibus iudeorum credunt· abstinentiam scilicet quarundam escarum secundum legem· eo ꝙ obseruantes careant his rebus· quibus se abstinuerint. Sacrificium dictum· quasi sacrū factum· quia praece mistica consecratur in memoriam ꝓ nobis dominice passionis. Vnde hoc eo iubente corpus xp̄i et sanguinem dicimus· quod dum sit ex fructibus terre sanctificat̄· & fit sacramentum· operante inuisibiliter spiritu dei. Cuius panis & calicis sacramentum greci eucharistiam dicunt· quod latine bona gratia interpretatur. Et quid melius corpore et sanguine xp̄i Sacramentum est in aliqua celebratione· cum res gesta ita fit· ut aliquid significare intelligatur· quod sancte accipiendum est Sunt autem sacramenta· baptismum· & crisma· corpus & sanguis xp̄i· que ob id sacramenta dicuntur· quia sub tegimento corporalium rerum virtus diuina secretius salutem eorundem sacramentorum operat̄. Vnde & a secretis virtutibus· vel a sacris sacramenta dicuntur. Que ideo fructuose penes ecclesiam fiunt quia sanctus in ea manens spiritus· eundem latenter sacramentorum operat̄ effectum. Vnde seu per bonos seu per malos ministros intra dei ecclesiam dispensent̄· tamē q̄a spiritus sanctus mistice illa viuificat· qui quondam apostolico in tempore visibilibus apparebat operibus· nec bonorum meritis dispensatorū amplificantur haec dona· nec malorum attenuantur· quia neq̧ qui plantat est aliquid· neq̧ qui rigat· sed qui incrementum dat deus. Vnde & graece misterium dicitur· ꝙ secretam & reconditam habeat dispensationem Baptismum grece· latine tinctio interpretatur· quod idcirco tinctio dicit̄· quia ibi homo spiritu

gratiae in melius immutatur· & longe aliud q̃m erat efficitur. Prius enim deformitate peccatorũ fedi eramus· in ipa intinctione reddimur pulcri dealbatione virtutum. Vnde & in canticis scribitur canticorum. Que est ista que ascendit dealbata? Cuius misterium nõ aliter nisi sub trinitatis designatione· id est patris & filii & spiritus sancti cognominatione completur· dicẽte domino ad apostolos. Ite docete omnes gentes· baptisantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Sicut enim in tribus testibus stat omne verbum· ita hoc sacramentum confirmat ternarius numerus nominum diuinorum. Qꝫ autem per aquam baptismum datur· haec ratio est. Voluit enim dominus· ut res illa inuisibilis per congruentem sed profecto contrectabilem rẽ visibile impenderetur elementum· super quod etiã in principio ferebatur spiritus sanctus. Nam sicut aqua purgat exterius corpus· ita latẽter eius misterio per spiritum sanctum purificatur & animus. Cuius sanctificatio ita est. Inuocato enim deo· descẽdit spiritus sanctus de caelis· & medicatis aquis sanctificat eas de semetipso· & accipiunt vim purgationis· ut in eis & caro & anima delictis inquinata mundet. Crisma grece· latine vnctio nominatur· ex cuius nomine & xps dicitur· & homo post lauacrum sanctificatur. Nam sicut in baptismo peccatorũ remissio datur· ita per vnctionem sanctificatio spiritus adhibet. Et hoc de pristina disciplina· qua vngui in sacerdotium & in regnum solebant· ex quo & aaron a moise vnctus est. Quod dum carnaliter fit· spiritaliter proficit· quomodo & in ipa baptismi gratia visibilis actus est· qꝫ in aqua mergimur· sed spiritalis effectus· qꝫ a delictis mundamur. Hoc significat illud vnguentum· quod peccatrix mulier super pedes· & ea que dicitur non fuisse peccatrix super caput ihesu fudisse describit. ¶ Manusimpositio ideo fit· ut per benedictionem aduocatus inuitetet spiritus sanctus. Tunc enim ille paraclitus post mundata & benedicta corpora libens a patre descendit· & quasi super baptismi aquam tanq̃m super pristinam sedere recognoscens quiescit. Nam legitur qꝫ in principio aquis superferebatur spiritus sanctus. ¶ Exorcismus graece· latine coniuratio siue sermo increpationis est· aduersus diabolum· ut discedat. Sicut est illud in zacharia. Et ostendit michi ihesum sacerdotem magnum· stantem coram angelo domini· & sathan stabat a dextris eius· ut aduersaretur ei· & dixit

Aaron · A mosi · Vnctus est

dominus ad sathan. Increpet dominus in te sathan. & increpet dominus in te qui elegit hierusalem. Hoc est exorcismus increpare & coniurare aduersus diabolum. Vnde sciendum quod non creatura dei in infantibus exorcisatur aut exsufflatur. sed ille sub quo sunt omnes qui in peccato nascuntur. est enim princeps peccatorum. Simbolum per linguam grecam signum vel cognitio interpretatur. Descensuri enim apostoli ad euangelisandum in gentibus. hoc sibi predicationis signum vel indicium posuerunt. Continet enim confessionem trinitatis & vnitatē ecclesie. & omne xpiani dogmatis sacramētum. Quod simbolum fidei & spei nostre nō scribitur in carta & atramento. sed in tabulis cordis carnalibus. Oratio petitio dicitur. Nam orare ē petere. sicut exorare impetrare. Constat autem oratio loco & tempore. Loco quia non vbique. cū prohibeamur a xpo in publico orare. sed vbi oportunitas dederit. aut necessitas importauerit. Neque enī cōtra praeceptum reputatur ab apostolis factum. quia in carcere audientibus custodibus orabant & canebant deo. De tēpore vero dictū est. Sine intermissiōe orate. sed hoc in singularibus. Nam est obseruatio quarūdam horarum communium. que diei interspacia signant. tercia. sexta. & nona. Similiter & noctis. Sed ideo he orādi hore diuise sunt. ut si forte aliquo fuerimus opere detēti. ipm nos ad officium tempus admoneat. que tempora in scripturis inueniuntur. Primum enim spiritus sanctus cōgregatis discipulis hora tercia infusus est. Petrus qui die visionem communicationis in illo vasculo expertus est. sexta hora orādi gratia ascenderat. Idem etiam cum Iohanne hora nona tēplum adiit. quando claudum sanitati reformauit. Sed & danielem legimus haec tempora in oratione obseruasse. & vtique ex israhelis disciplina. ut ne minus quam ter in die adoremus. Debitores enī sumus trium personarum. patris & filii & spiritus sancti. Exceptis vtique & aliis legitimis orationibus. que sine vlla admonitione debentur in ingressu lucis ac noctis siue vigiliarum. Sed & cibum nō prius sumere quam interposita oratione debemus. Priora enim habēda sunt spiritus refrigeria. quia priora celestia quam terrena. Qui autem vult orationem suam volare ad deum. faciat illi duas alas. id est ieiunium & elemosinam. & ascendet celeriter. & exaudietur Ieiunium est parsimonie victus. abstinentiaque ciborum. Cui nomen est inditum ex quadam parte

viscerum tenui semper et vacua·quod vulgo ieiunium vocatur. Vnde ieiunii nomen creditur deriuatum·q sui inedia viscerum vacua & exananita existunt. Ieiunium autem & statio dicitur. Statio autem de militari exemplo nomen accepit·p eo q nulla leticia obueniens castris stationem militum rescindat. Nam leticia libetius tristicia solicitius administrat disciplinam. Vnde & milites nunqm inmemores sacramenti· magis stationibus parent. Discernunt autem quidam inter ieiunium & stationē. Nam ieiunium est indifferenter cuiuslibet diei abstinentia· nō secundum legem·sed secundum propriam voluntatem. Statio autem est obseruatio statutorum dierum·vel tempoꝝ. Dierūt quarte ferie et sexte ieiunium·ex veteri lege praeceptū·de qua stationem in euāgelio dixit ille. Ieiuno bis in sabbato·id ē quarta & sexta sabbati. Temporum autem que legalibus ac pphetis institutionibus terminatis temporibus statuta sunt· ut ieiuniū quarti·quinti·septimi·& decimi mensis. Sicut in euāgelio dies illi in quibus ablatus est sponsus· vel sicut obseruatio quadragesime que in vniuerso orbe institutione apostolica obseruatur circa confinium dominice passionis. His tercium genus quidā adiciunt· quam exerophagiam dicunt· abstinentiam scilicet humentium ciborum. Vnde & nomen hoc datum· eo q siccis quidam escis vtuntur. Penitentia appellata·quasi punitentia· eo q ipse homo in se puniat penitendo·quod male admisit. Nā nichil aliud agunt quos veraciter penitet· nisi id quod male fecerunt impunitum esse non sinant. Eo quippe modo sibi non parcētibus·ille parcet·cuius altum iustumq iudicium nullus cōtemptor euadet. Perfecta est autem penitentia· preterita deflere· & futura non admittere. Haec secunda in similitudine fontis ē· ut si forte impugnāte diabolo aliquod peccatū irrepserit huius satisfactione purgetur Satisfactio autem est causas peccatorū & suggestiones excludere· & vltra peccatum non iteare. Reconciliatio vera est·que post complementū penitentie adhibet. Nam sicut conciliamur deo·quando primum a gentilitate conuertimur·ita reconciliamur· quando post peccatum penitendo regredimur. Exomologesis graeco vocabulo dicit·quod latine confessio interpretatur. Cuius nominis duplex significatio ē Aut enim in laude intelligit confessio·sicut est. Confiteor tibi pater domine caeli & terre. Aut dum quisq confitet sua peccata

ab eo indulgenda· cuius indeficiens ē misericordia. Ex hoc ergo graeco vocabulo exprimitur et frequentatur exomologesis· quo delictum nostrum domino confitemur· non quidem ut ignaro cuius cognitiōi nichil est occultum· sed confessio est rei· scilicet eius que ignoratur professa cognitio. Vtile enim sibi ac iocundum quis q̃m existimauerat rapere· adulterare· furari· sed vbi hec eterne damnationi obnoxia esse cognouit· cognitis his· confitet̃ errorem. Confessio autē erroris professio est desinendi. Desinendum ergo a peccatis est· dum confessio est. Confessio autē antecedit· remissio sequitur. Ceterum extra veniam est· qui peccatum cognoscit· nec cognitum confitetur Itaq; exomologesis prosternendi & humiliandi hominis disciplina est· habitu atq; victu sacco & cinere incubare· corpus sordibus obscurare· animū meroribus deiicere· illa que peccauit tristi tractatione mutare Letanie autem graeco nomine appellantur· que latine dicunt̃ rogationes. Inter letanias vero & exomologesim hoc differt· q͛ exomologesis pro sola confessione peccatorum agitur· letanie vero indicuntur· propter rogandum deum· et impetrandū in aliquo misericordiam eius. Sed nunc iam vtrūq; vocabulum sub vna significatiōe habetur· nec distat vulgo vtrum letanie an exomologesis dicantur. Supplicationis aūt nomen quodammodo ex gentilitate retinetur. Nam ferie aut legittime erant apud eos· aut indicte. Indicte autem· quia paupertas antiqua romanorū ex collatiōe sacrificabat· aut certe de bonis damnatorum. Vnde supplicia dicuntur supplicationes· quia fiebant de bonis passoꝝ supplicia. Sacre enim res de rebus execrandorum fiebant.

INCIPIT · LIBER · SEPTIMVS · DE · DEO

BEATISSIMVS · HIERONIMVS · VIR · ERVDITISSIMVS · ET MVLTARVM · LINGVARVM · PERItus · hebreorum nominum interp̃tationū primus in latinam linguam cōuertit. Ex quibus pro breuitate pretermissis multis quedam huic operi adiectis interpretationibus interponenda studui. Vocabulorum enim expositio satis indicat quid velint intelligi. Habet̄ eni quandā ex propriis causis nominū ratioē.

Deus apud Hebreos x nominibus nominatur

In principio autem ·x· nomina ponimus· quibus apud hebreos deus vocatur. Primum apud hebreos dei nomen el dicitur· quod alii deum. Alii ethimologiam eius exprimentes· ischiros id est fortem interpretati sunt· ideo q nulla infirmitate pmitur· sed fortis est & sufficiens ad omnia perpetranda Secundum nomen eloi est. Tercium eloe· quod vtrūq; in latinum deus dicitur. Est autem deus nomen in latinum ex graeca appellatione translatum. Nam deus graece theos dicitur· id est timor. Vnde tractum est deus· q cum colentibus sit timor. Deus aūt proprie nomen est trinitatis· pertinens ad patrem & filium & spiritum sanctum. Ad quam trinitatem etiam reliqua que in deo infra sunt posita vocabula referuntur. Quartum nomen dei dicitur sabaoth· quod vertitur in latinum exercituum· siue virtutum· de quo in psalmo ab angelis dicit. Quis est iste rex glorie? Dominus virtutum. Sunt autem in huiusmodi ordinatione virtutes multe· ut angeli· archangeli· pncipatus & potestates· cunctiq; caelestis milicie ordines· quorum tamen ille dominus est· omnes enim sub ipso sunt· eiusq; dominatui subiacent.

Quintum nomen eleon· quod interpretatur in latinum excelsus· quia supra caelos est· sicut scriptum est de eo. Excelsus dns· et supra caelos gloria eius. Excelsus autem dictus· pro valde celsus· ex enim pro valde ponitur. Sicut eximius· quasi valde eminens Sextum nomen eie· id est qui est deus. Deus enim solus· quia eternus est· hoc est· quia exordium non habet· essentie nomen vere tenet. Hoc enim nomē ad sanctum moisen per angelum est delatum. Querenti enim quod esset nomen eius· qui eum pergere precipiebat ad populum ex egipto liberandum· respondit ego sum qui sum· et dices filiis israhel· qui est misit me ad vos. Tanq̄m in eius comparatione qui vere est· quia incommutabilis est· ea que commutabilia facta sunt quasi non sint· Quod enim dicitur fuit· non est. Et quod dicitur erit· nondum est. Deus autem esse tantum nouit. Fuisse & futurum esse non nouit. Solus enim pater cum filio et spiritu sancto veraciter est cuius essentia comparatum esse nostrum non esse est. Vnde & in colloquio dicimus. Viuit deus· quia essentia vita viuit· quam mors non habet Septimum adonai· quod generaliter dominus interpretatur· q dominetur creature cuncte· q creatura omnis dominatui eius deseruiat. Dominus ergo & deus· vel q

dominetur omnibus·vel ꝙ timeatur a cunctis· Octauum ia quod in deo tantum ponitur·quod etiam in alleluia nouissima sillaba sonat Nonum tetragrammaton·hoc est quatuor litterarum·quod proprie apud hebreos in deū ponitur·iothe·iothe iode·iode·id est duabus ia ia. Que duplicata ineffabile illud & gloriosum dei nomen efficiunt. Dicitur autem ineffabilis· non quia dici non potest·sed quia finiri sensu & intellectu humano nullatenus potest. Et ideo q̄a de eo nichil digne potest dici ineffabilis est Decimum saddan id ē omnipotens·vocatus autē omnipotens·eo ꝙ omnia potest· sed a faciendo quod vult· non a paciendo quod non vult. Quod si ei accideret· nequaq̄m esset omnipotens. Facit enim quicquid vult· & inde omnipotens. Item omnipotēs quia ipsius sunt omnia que vbiqꝫ sunt. Solus enim tocius mundi habet imperium. Dicuntur autē & alia quedam in deum substantialiter nomina·ut immortalis·incorruptibilis·incommutabilis·eternus. Vnde & merito cuncte preponit̄ creature. Immortalis sicut de eo scriptum est. Qui solus habet immortalitatem·quia in eius natura nulla est cōmutatio Nam omnis mutabilitas non inconuenienter dicitur mortalis secundum ꝙ & anima mori dicitur· non quia in corpus vel in aliquam alteram substātiam mutatur & vertitur· sed in ipa sua substantia quicquid alio modo nunc est·aut fuit·secundum id ꝙ destitit esse quod erat· mortalis vtiqꝫ deprehenditur· ac per hoc solus deus dicitur immortalis·quia solus incommutabilis· Incorruptibilis apellatur·quia corrumpi & dissolui non potest nec diuidi. Quicquid enim capit diuisionem· & interitum capit Ille nec diuidi potest·nec interire·inde incorruptibilis est. Incōmutabilis est·quia semper manet·& mutari nescit· nec proficit· quia profectus est·nec deficit·quia eternus. Eternus est·quia sine tempore est·nō enim habet initiū·neqꝫ finem. Hinc & sempiternus·eo ꝙ sit semper eternus. A quibusdam autem eternus ab ethere creditur dictus· quoniam caelum sedes eius habetur. Vnde est illud. Caelum caeli domino. Et ista quatuor vnum significant. Nam vna eademqꝫ res dicitur siue dicatur·eternus deus·siue immortalis·siue incorruptibilis·siue immutabilis. Inuisibilis·quia nunq̄m per substantiā suam apparuit oculis mortalium trinitas· nisi per speciem subiecte creature eiusdemqꝫ corporee. Nam nemo potest ipsam manifestationem essentiae dei

Alia Substantialia nomina Dei

videre & viuere·ſicut et dictum eſt moiſi.Vnde et dominus in euangelio dicit.Deum nemo vidit vnq̄m.Res eſt eni inuiſibilis ideoq; non oculo ſed corde querendus eſt.Im paſſibilis eſt·quia nullis perturbationibus afficitur·quibus fragilitas humana ſuccumbit·non enim attingunt eum vlle paſſiones· ut libido· iracundia·cupiditas·timor·meror·inuidia·& cetera· quibus hūana mens perturbatur.Sed cum deus dicitur iraſci·aut zelari·aut dolere·noſtro vſu dicitur. Apud deum enim perturbatio nulla ē· apud quem tranquillitas ſumma eſt   Simplex autem dicitur ſiue non amittendo quod habet· ſeu quia non aliud eſt ipſe·& aliud quod in ipo eſt·ſicut in hoīe·cuius aliud eſt eſſe· & aliud ſapere.Nam & eſſe poteſt·& ſapiens non eſſe. Deus autē habet eſſentiam·habet & ſapientiam·ſed ꝙ habet hoc & eſt· & oīa vnus eſt.Ac proinde ſimplex eſt·quia non in eo aliquid accidētis.Sed quod & eſt·& quod in ipo eſt·eſſentialiter eſt· excepto ꝙ relatiue ad quamcunq; perſonam eſt.   Summe bonus·q̄a incommutabilis eſt·creatura vero bonum· ſed non ſummum ē· quia mutabilis eſt. Et dum ſit quidem bonum· non tamē eſſe poteſt et ſummum   Incorporeus autem vel incorporalis ideo dicitur deus·ut ſpiritus credatur·& intelligatur eſſe non corpus Nam dum dicit̄·ſpiritus eius ſignificat̄ ſubſtātia.   Immenſus quia cuncta concludit·ipe a nullo concluditur·ſed omnia intra eius omnipotētiam coartantur   Perfectus dicitur·quia nichil ei poſſit adiici. At tñ de conſumatione alicuius facti perfectio dicitur.Deus autem qui nō eſt factus·quomodo eſt perfectus Sed hoc vocabulum de vſu noſtro ſumpſit humana inopia· ſicut & reliqua verba·quatenus id quod ineffabile eſt·utcunq; dici poſſit·quoniam de deo nichil digne humanus ſermo dicit·ſicut ſunt & alia   Creator dictus pro tocius mūdi rebus ab ipo creatis.Nichil enim eſt quod non originē a deo traxerit.   Ipſe & vnus·quia diuidi nō poteſt·vel quia nichil eſſe aliud poteſt·quod tantundem capiat poteſtatis.Haec igit̄ que de deo dicta ſunt ad totam pertinent trinitatem·propter vnam et coeternam ſubſtantiā·ſiue in patre ſiue in filio eius vnigenito in forma dei ſiue in ſpiritu ſancto·qui vnus ē ſpiritus dei patris & filii eius vnigeniti   Sunt autem et quedam vocabula ex vſu noſtro ad deum ſumpta de membris noſtris·ſiue de inferioribus·& quia in propria natura inuiſibilis & incorporeus· pro efficienciis tñ

alia nota

causarum in ipo rerum species ascribuntur· ut more locutionis nostre facilius seipm insinuet·ut quia omia videt dicat oculus· propter q audit omnia dicatur auris·pro eo autem q auertitur ambulat·p eo q expectat stat. Sic & in ceteris horu similibus ab humanis mentibus trahitur similitudo ad deum· sicut est obliuiscens & memorans.Hinc est quod & propheta dicit.Iurauit dominus exercituum per animam suam·non q animam deus habeat·sed hoc nostro narrat affectu.Nam & facies dei in scripturis sanctis nō caro· sed diuina cognitio intelligit eadem ratione·quia qua per faciem conspectam quisq cognoscit.Hoc enim in oratione dicitur deo.Ostende nobis faciem tuam·ac si dicatur.Da nobis cognitionem tuam.Sic & vestigia dei dicuntur·quia nunc deus per speculum agnoscitur.Ad perfectu vero omnipotens reperiet·du in futuro facie ad facie quibusq electis presentabitur·ut ipam speciem cotemplentur·cuius nunc vestigia comprehendere conantur·hoc est quem videre per speculu dicuntur. Nam & situs & habitus & locus & tempus in deu non proprie sed per similitudinem translatiue dicunt. Quippe sedere super cherubim dicit·quod est ad situ.Et abissus tanqm vestimentum amictus·quod est ad habitum. Et anni tui non deficient·quod ad tempus pertinet. Et si ascedero in caelum tu ibi es·quod locum manet.Nam & in propheta plaustri portantis foenum·spes ad deu ducitur.Haec et omnia per figurā deus dicitur·quia nichil est horum ad proprietatem substatiae eius

De. Filio dei Ca·ii

MVltis etiam modis xps appellari in scripturis inuenitur diuinis. Nam ipse dei patris vnigenitus filius·dum esset equalis patri·propter salutem nostram formam serui accepit Proinde quedam nomina in illo ex diuinitatis substantia·quedam ex dispensatione suscepte humanitatis assumpta sunt. Xps namq a xrismate est appellatus· hoc est vnctus. Praeceptum enim fuerat iudeis· ut sacrum conficerent vnguentum·quo perungui possent hi qui vocabantur ad sacerdotium vel regnum. Et sicut nūc regibus indumentu purpure insigne regie dignitatis. Sic illis vnctio sacri vnguenti nomen ac potestatem regiam conferebat. Et inde xpi dicti a xrismate· quod est vnctio. Nam xrisma graece latine vnctio interpretat vel nuncupatur· que etiam domino nomen accomodauit facta

spiritalis· quia spiritu vnctus est a deo patre· sicut dicit in acti/bus apostolorum. Collecti sunt enim in hac ciuitate aduersus sanctum filium tuum·quem vnxisti·non vtiq; oleo visibili· sed gratie dono· quod visibili significatur vnguento. Non est auté saluatoris proprium nomen xps· sed communis núcupatio potestatis. Dum enim dicitur xps·commune nomen dignitatis é· Dum ihesus xps·proprium est vocabulum saluatoris. Xpi ení nomé nusq̃m alibi omnino· nec in aliqua gente fuit nisi tan tú in illo regno vbi xps ꝓphetabat· & vnde veturus erat Messi/as autem hebraice dicitur graece xpus· latina autem locutione vnctus. Ihesus hebraice graece sother·latine autem salutaris siue saluator interpretatur· pro eo ꝙ cunctis gentibus salutifer venit. Ethimologiam enim nominis huius etiam euangelista significat dicens. Vocabis nomen eius saluator·quia ipse saluú faciet populum suú. Sicut enim xps significat regem· ita ihesus significat saluatorem. Non itaq; nos saluos facit quicúq; rex·sed rex saluator. Quod verbum latina lingua antea nó habebat· sed habere poterat·sicut potuit quando voluit Emmanuel ex hebreo in latinum significat nobiscum deus·scilicet quia per virginem natus deus·hominibus in carne mortali apparuit·ut terre/nis viam salutis ad caelum apperiret Ad diuinitatis auté substantiam que pertinent ista sunt·deus·& dominus. Deus auté dictus propter vnitam cum patre substantiam. Dominus auté propter seruientem creaturam. Deus autem & homo·quia ver/bum & caro. Vnde bis genitus dicitur· siue quia pater eum ge/nuit sine matre in eternitate·siue quia mater sine patre in tépore

Vnigenitus autem vocatur secundum diuinitatis excellentiá quia sine fratribus Primogenitus secundum susceptioné ho/minis·in qua per adoptionem gratie fratres habere dignatus é· quibus esset primogenitus. Omousion patri ab vnitate sub/stantie appellatur. Substantia enim vel essentia grece vsia dicit· omo vnum·vtrumq; igitur coniunctum sonat vna substantia. Hoc autem vocatur omousion quod est·ego & pater vnum sumus·hoc est eiusdem cum patre substantie. Quod nomen & si scriptum in sanctis litteris non inueniatur·in assertione tamen tocius trinitatis defenditur·q̄a datur ratio vnde recte dici ostendatur· sicut & pater in illis libris nusq̃m ingenitus legitur· sed tamen dicendus esse atq; credendus non dubitatur. Omousion

similis substantiae· quia qualis deus talis est & imago eius· in/
uisibilis deus· & imago eius inuisibilis. Principium· eo ꝙ ab
ipo sint omnia· & quia ante eũ nichil. Finis· vel quia digna/
tus est in fine temporum humiliter in carne nasci· & mori· et iu
dicium nouissimum ipe suscipere. Vel quia quicquid agimus·
ad illum referimus· & cum ad eum peruenerimus· vltra quod
queramus non habebimus Os dei est· quia verbum eius est.
Nam sicut pro verbis que per linguam fiunt· sepe dicimus illa
& illa lingua· ita & pro dei verbo os ponitur· quia mos est· ut
ore verba formetur. Verbum autem ideo dicitur· quia per eũ
pater omnia condidit siue iussit Veritas· quia nõ fallit· sed tri/
buit quod promisit. Vita· quia creauit Imago dei· propter
priorem similitudinem patris Figura est· quia suscipiens for
mam serui operum virtutumq; similitudinem patris in se ima
ginem atq; immensam magnitudinẽ designauit Manus dei ẽ
ꝙ omnia per ipm facta sunt. Hinc & dextra· propter effectũ
operis tocius creature· que per ipm formata sunt. Brachium·
quia ab ipo omnia continentur Virtus· pro eo ꝙ omnem po
testatem patris in semetipo habeat· & omnem caeli terreq; crea/
turam gubernet· contineat· atq; regat Sapientia· pro eo ꝙ ipse
reuelet misteria scientie· & archana sapientiae. Sed tamen cũ sit
pater & spiritus sanctus sapientia & virtus· lumen & lux· pro/
prie tamen his nominibus filius nuncupatur Splendor aũt
appellatur· ꝓpter ꝙ manifestat Lumen quia illumĩat. Lux
quia ad veritatem contemplandam cordis oculos reserat Sol
quia illuminat omnes Oriens· quia luminis fons & illustra/
tor est rerum· & ꝙ oriri nos faciat ad vitam eternam Fons·
quia rerum omniũ origo est. Vel ꝙ saciat sicientes Ipe quoq;
alfa & o· alfa enim litteram nulla precedit. Prima est enim litte/
rarum· sicut & filius dei. Ipse enim se principium iudeis interro
gantibus esse respondit. Vnde & Iohannes in apocalipsi ꝓprie
ipam litteram ponens ait. Ego sum alfa & o· primus & nouissi
mus. Primus· quia ante eũ nichil est. Nouissimus· quia nouissi/
mum iudicium ipe suscipiet. Mediator· quia inter deũ et ho/
minem medius constitutus est· ut hominem ad deũ perduceret
Vnde & illum graeci mesiten vocant Paraclitus id ẽ aduo ca
tus· quia pro nobis intercedit apud patrem· sicut & de eo dicit
Iohannes. Aduocatum habemus apud patrem ihesum cristũ

iustum. Paraclitus autem graecum est· quod latine dicitur ad-
uocatus quod nomē & filio & spiritui sancto ascribitur· iuxta
quod & dominus in euāgelio ait. Rogabo patrem & alium pa-
raclitum dabit vobis. Intercessor autem ideo vocatur· quia ꝑ
culpa nostra remouenda curam gerit· & pro abluendis nostris
criminibus curam impendit Sponsus· quia descēdens e caelo
adhesit ecclesie· ut pace noui testamenti essent duo in carne vna
Angelus dicitur· propter annunciationem paterne ac sue vo-
luntatis. Vnde & apud prophetam magni consilii angelus le-
gitur· dum sit deus & dominus angelorum. Missus dicitur
eo ꝙ apparuit huic mundo verbū caro factum. Vnde & idem
dicit. Ego a patre exiui· & veni in hunc mundum Homo au-
tem dicit· quia natus est Propheta· q̄ futura reuelauit Sa-
cerdos· quia ꝑ nobis hostiam se obtulit Pastor· quia custos·
Magister· quia ostensor. Nazarenus vero a loco. Nazareus
a merito· id est sanctus siue mundus· quia peccatum non fecit.
Siquidem & de aliis inferioribus rebus nominū spēs ad se
trahit xp̄us· ut facilius intelligatur. Dicitur enim panis· quia
caro Vitis· quia sanguine ipius redempti sumus Flos· quia
electus Via· quia per ip̄m ad deum imus Ostium· quia per
ip̄m ad deum ingredimur Mons· quia fortis Petra· quia fir-
mitas est credentium Lapis angularis· vel quia duos parietes
e diuerso id est de circumcisione & prepucio venientes in vnā
fabricam ecclesie iungit. Vel ꝙ pacē in se angelis & hominibus
fecit Lapis offensionis· quia veniens humilis offenderunt in
eum increduli homines· & factus est petra scandali· sicut dicit
apostolus· iudeis quidem scandalum Fundamentum autem
ideo vocatur· quia fides in eo firmissima est. Vel quia super eū
catholica ecclesia constructa est Nam & xp̄s agnus pro inno-
centia· Et ouis pro patientia. Et aries propter principatum. Et
hedus propter similitudinem carnis peccati. Et vitulus ꝑ eo ꝙ
pro nobis immolatus. Et leo pro regno & fortitudine. Et ser-
pens pro morte & sapientia. Idem & vermis quia resurrexit·
Aquila propter ꝙ post resurrectionē ad astra remeauit. Nec
mirum si vilibus significationibus figuret· qui vsq; ad nostraꝝ
passionum seu carnis contumelias descendisse cognoscitur. Qui
cum sit coeternus dei patris ante secula filius· postq̄m venit ple-
nitudo temporis propter salutem nostram formā serui accepit·

& factus est filius dei· filius hominis. Inde quedam de illo in scripturis sanctis secundum formam dei· quedam secūdum formam serui dicuntur. Quorum exempli gratia duo quedam cōmemorantur· ut singula ad singula referantur. Secundum formam dei de seipo dixit. Ego & pater vnum sumus. Secūdum formam serui. Quoniam pater maior me est. Homines autem minus intelligentes quid pro quo dicatur· ea que ꝓpter formā serui dicta sunt volunt transferre ad formam dei· & rursus ea q̄ dicta sunt ut ad seinuicem persone referantur· volunt nomina esse nature atq; substantie· & faciunt errorem in fide. Sic autem dei filio coniuncta est humana natura· ut ex duabus substāciis fieret vna persona. Solus igitur homo pertulit crucē· sed ꝓpter vnitatem persone & deus dicitur pertulisse. Hinc est quod scribitur. Si enim cognouissent· nunq̄m dominum glorie crucifixissent. Filium ergo dei crucifixum fatemur· non ex virtute diuinitatis· sed ex infirmitate humanitatis· non ex sue nature permansione· sed ex nostra susceptione.

De. Spiritu sancto Ca·iii

SPiritus sanctus ideo predicatur deus· quia ex patre filioq; procedit· & substantiam eorum habet. Neq; enī aliud de patre ꝓcedere potuit· q̄m quod ipe est pater Spiritus sanctus autem dictus secūdum id q̄ ad aliquid refert̄ inspirans. Spirans vtiq; spiritu inspirans est· & ex eo appellatus spiritus est. Proprio autē modo quodam dicit̄ spiritus sanctus secundum q̄ refertur ad patrem & filium· q̄ eorum spiritus sit· Nam & hoc nomen quod spiritus dicitur· non semper secundum id q̄ aliquam naturam significat. Omnis enim incorporea natura spiritus in scripturis sacris appellatur. Vnde & non tantum patri & filio & spiritui sancto· sed omni rationali creature & anime hoc vocabulum cōgruit. Ideo igitur spiritus dei sanctus vocatur· quia patris & filii sanctitas est. Nam cū sit & pater spiritus· & filius spiritus· & pater sanctus· et filius sanctꝰ proprie tamen ipe spūs vocatur sanctus spūs· tanq̄m sanctitas coessentialis & consubstantialis amborum. Spiritus sanctus ideo non dicitur genitus· ne duo in trinitate filii suspicent̄. Ideo non predicatur ingenitus· ne duo patres in ipa trinitate credant̄ Procedens autem dicitur testimonio domini dicentis. Multa adhuc habeo que vobis loquar· sed non potestis illa modo audire· veniet autē spiritus veritatis qui a patre procedit· et de meo

accipiet·ille vobis indicabit omnia. Hic autē non solum natura procedit·sed semper ad peragenda diuinitatis opera indeficiēter procedit. Hoc autem interest inter nascentem filium·& ꝓcedentem spiritum sanctum· ꝙ filius ex vno nascit̄· spiritus sanctus ex vtroq; procedit·& ideo dicit apostolus. Qui autem spiritum xp̄i non habet·hic nō est eius Spiritus sanctus ex opere etiā & angelus intelligitur·dictum est enim de illo. Et que vētura sunt annunciabit vobis. Et vtiq; angelus graece latine nuncius interpretatur. Vnde & duo angeli apparuerunt loth·in quibus dominus singulariter appellatur· quos intelligimus filium·& spiritum sanctum. Nam pater nunq̄m legitur missus. Spūs sanctus qui dicitur paraclitus a consolatione dicitur. Paraclisis enim graece latine consolatio interpretatur. Xp̄s enim eum apostolis lugentibus misit· postquam ab eorum oculis ipse in caelum ascendit. Consolator enim tristibus mittit̄·secūdum illam eiusdem domini sententiam. Beati lugentes· quoniam ipi consolabuntur. Ipse etiam dixit. Tunc lugebūt filii sponsi·cū ablatus fuerit ab eis sponsus. Item paraclitus·pro eo ꝙ consolationem prestet animabus· que gaudium temporale amittunt. Alii paraclitum latine oratorem vel aduocatum interpretātur. Ipe enim spiritus sanctus dicit̄·ipse docet·per ipm datur sermo sapientie· ab ipo sancta scriptura inspirata est Spiritus sanctus ideo septiformis nuncupatur·propter dona que de vnitatis eius plenitudine particulatim quiq; ut digni sunt consequi promerentur Ipe enim spiritus sapiētiae & intellectus·spiritus consilii & fortitudinis· spiritus scientie & pietatis· spiritus timoris domini.

Spiritus autem principalis in psalmo quinquagesimo legit̄ Vbi quia tercio spiritus repetit̄· nōnulli trinitatem intellexerūt in deum·ideo quia scriptum est. Deus spiritus est. Quod enim non est corpus· & tamen est·esse videtur restare· ut spiritus sit. Intelligūt ergo ibi nōnulli trinitatem significari in spiritu principali patrem·in spiritu recto filiū·in spū sancto· spiritū sanctū·

Spūs sanctus ideo donum dicitur·eo ꝙ datur. A dando enī donum est nūcupatū. Notissimum est enim dominū ihesūm xp̄m cum post resurrectionem a mortuis ascendisset in celum· dedisse spiritum sanctum·quo credentes impleti linguis omnium gentium loquebantur. In tantum autem donum dei est·in quantum datur eis qui per eum diligunt deum. Apud se autē

deus est. Apud nos autem donum est sempiternū salutis. Sed sempiterne spiritus sanctus donum est distribués singulis gra/tiarū dona pro ut vult. Nam & prophecias quibus vult dispētit et peccata quibus vult dimittit. Nam peccata sine spiritu sancto non donantur Spūs sanctus inde proprie caritas nuncupatꝛ· vel quia naturaliter eos a quibus procedit coniungit· & se vnū cum eis esse ostēdit. Vel quia in nobis id agit·ut in deo maneamus· & ipe in nobis. Vnde & in donis dei nichil maius est caritate·et nullum maius donū dei q̄m spūs sanctus Ipe est & gratia· que quia nō meritis nostris· sed voluntate diuina gratis datur·inde gratia nuncupatur. Sicut autem vnicum dei verbū proprie vocamus nomine sapientrae·cū sit vniuersaliter & spūs sanctus·& pater ipe sapientia· ita spūs sanctus proprie nuncupatur vocabulo caritatis·cum sit pater & filius vniuersaliter caritas Spūs sanctus digitus dei esse in libris euangeliorū apertissime declaratur. Cum enim vnus euangelista dixisset·in digito dei eicio demonia. Alius hoc idem ita dixit. In spū dei eicio demonia. Vnde & digito dei scripta lex est data die quinquagesimo āb occisione agni·& die quinquagesimo a passione domī nostri ihesu xp̄i venit spūs sanctus. Ideo autē digitus dei dicitꝛ· ut eius operatoria virtus cum patre & filio significetur. Vnde & paulus ait. Haec autem omnia operatꝛ vnus atq; idem spūs· diuidens singulis pro ut vult. Sicut autem per baptismum in xp̄o morimur· & renascimur·ita spū signamur· quod ē digitus dei·& spāle signaculum Spūs sanctus idcirco in columbe spē venisse scribitur· ut natura eius per auem simplicitatis & innocentie declaretur. Vnde & dominus. Estote inqͭ simplices sicut columbe. Haec eni auis corporaliter ipso felle caret·habēs tantū innocentiam & amorem Spūs sanctus inde nomīe ignis appellatur·propter hoc ꝙ in actibus apostolorum per diuersionē linguarum ut ignis apparuit· q. & insēdit super vnūquēq; eorū Propterea autem diuersarum linguarum gratiam apostolis dedit·ut idonei efficerentur fidelium eruditione populorū. Ꝙ vero supra singulos sedisse memoratur·id cause intelligatꝛ per plures fuisse diuisus·sed mansisse in singulis totus sicut fere ignibꝰ· mos est. Hanc eni naturam habet ignis accensus·ut quanti ad eum quanti ad crinem purpurei splendoris aspexerint· tantis visum sue lucis impciat·tātis ministerium sui muneris tribuat

ut nichilominus ipse in sua integritate permaneat. Spiritus sanctus nomine aque appellatur in euãgelio·domino clamãte & dicẽte. Siquis sitit veniat ad me & bibat·qui credit in me flumina aque viue fluent de ventre eius. Euãgelista autẽ exposuit vnde diceret. Secutus enim ait. Hoc autẽ dicebat de spiritu quẽ accepturi erant credentes in eum. Sed aliud est aqua sacramenti Aliud aqua que significat spiritum dei. Aqua enim sacramẽti visibilis est. Aqua spũs sancti inuisibilis est. Ista abluit corpus· et significat quod fit in anima de eadem trinitate. Per illum autem spiritum sanctũ ipsa anima mundatur & saginatur Spiritus sanctus ideo vnctio dicitur. Iohanne apostolo attestante· quia sicut oleum naturali pondere superfertur omni liquori·ita in principio superferebatur spũs sanctus aquis. Vnde & dominus oleo exultationis·hoc est spũ sancto legitur fuisse vnctus. Sed &. Iohannes apostolus spiritum sanctum vnctionem vocat dicens. Et vos inquit vnctionem quã accepistis ab eo permaneat in vobis·& non necesse habetis ut aliquis doceat vos· sed sicut vnctio eius docet vos de omni re. Ipe eñi spũs sanctus vnctio est inuisibilis

De. Eadem trinitate Ca·iiii

Trinitas appellatur·q fiat totum vnũ ex quibusdam tribus·quasi triunitas·ut memoria·intelligẽtia·et voluntas·in quibus mens habet in se quandam imaginem diuine trinitatis. Nam dum tria sint·vnum sunt· quia singula in se manent & omnia in omnibus. Pater igitur & filius & spũs sanctus trinitas & vnitas. Idem enim vnũ·idem et tria· In natura vnum· in personis tria. Vnde propter maiestatis cõmunionem·tria propter personarum proprietatem. Nam alius pater·alius filius·alius spũs sanctus·sed alius quidem·nõ aliud quia pariter simplex·pariterq; incommutabile bonum et coeternum. Pater solus non est de alio·ideo solus appellat ingenitus. Filius solus de patre est natus·ideo solus dicitur genitus. Spũs sanctus solus de patre & filio procedit· ideo solus amborũ nuncupatur spũs. In hac trinitate alia sunt appellatiua nomina· alia propria sunt. Propria sunt essentialia ut deus· dominus·omnipotens·immutabilis·immortalis. Et inde propria·quia ipam substantiam significant· quia vnum sunt. Appellatiua vero·pater·filius·& spiritus sanctus·ingenitus·& genitus·& procedens Eadem & relatiua·quia ad seinuicem referuntur. Cum enim

deus dicitur·essentia est·quia ad seipm dicitur. Cum vero dicit pater & filius & spus sanctus relatiue dicuntur·quia ad seinuicem referuntur.Nam pater non ad seipm sed ad filium relatiue dicitur·quia est ei filius.Sic & filius relatiue dicitur·quia est ei pater.Sic & spus sanctus·quia est patris filiiqȝ spus.His enim appellationibus hoc significatur· ꝙ ad seinuicem referunt· non ipa substantia qua vnum sunt.Proinde trinitas in relatiuis personarum nominibus est.Deitas non triplicatur·sed in singularitate est·qa si triplicatur·deorum inducimus pluralitaté. Nomen autem deorum in angelis & sanctis hominibus ideo pluraliter dicitur· propter ꝙ non sint merito equales. De quibus psalmus.Ego dixi dii estis.De patre auté & filio & spu sancto propter vnam & equalem diuinitatem nó nomen deorum· sed dei esse ostenditur·sicut ait apostolus.Nobis tamen vnus deus vel sicut voce diuina dicitur. Audi israhel·dominus deus tuus deus vnus est·scilicet ut trinitas sit· & vnus dominus deus sit. Fides apud graecos de trinitate hoc modo est.Vna vsia·ac si dicatur·vna natura·aut vna essentia. Tres ipostasis· quod resonat in latinum vel tres personas·vel tres substantias.Nam latinitas proprie nó dicit de deo·nisi essentiam·substantiam vero nó proprie dici sed abusiue·quoniam vere substantia apud grecos persona intelligitur non natura

De Angelis Ca·v

Angeli graece vocantur·hebraice dicuntur maloth·latine vero nuncii interpretantur·ab eo ꝙ dñi voluntatem populis nuncient. Angelorum aút vocabulum officii nomen est non nature·semper eni spus sunt· sed cú mittuntur angeli vocantur. Quibus ideo pictorum licentia pénas faciunt·ut celerem eorum in cuncto discursum significent·sicut & iuxta fabulas poetarum venti habere dicuntur propter velocitatem scilicet.Vnde & scriptura sacra dicit. Qui ambulas sup pennas ventorum Nouem autem ordines esse angelorú sacre scripture testantur· id est angelos·archangelos· thronos·dominationes·virtutes·pncipatus·potestates·cherubim·& seraphim. Quorum officiorum vocabula cur ita dicta sint interpretando exequimur Angeli vocantur·propter ꝙ de caelis ad annúciandum hominibus mittantur. Angelus enim graece latine núcius dicitur. Archangeli graeca lingua·latine summi nuncii interpretantur. Qui enim parua vel minima annunciát angeli

qui vero summa archangeli nuncupantur. Archangeli dicti eo quod primatum teneant inter angelos. Archos enim graece latine princeps interpretatur. Sunt enim duces & principes sub quorum ordine vnicuique angelorum officia deputata sunt. Nam quia archangeli angelis presunt zacharias propheta testatur dicens. Ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur & alius angelus egrediebatur in occursum eius & dixit. Curre et loquere ad puerum istum dicens. Absque muro habitabitur hierusalem. Si enim in ipsis officiis angelorum nequaquam potestates superiores inferiores disponerent nullo modo hoc quod homini diceret angelus ab angelo cognouisset. Quidam autem archangelorum priuatis nominibus appellantur ut per vocabula sua in opere suo quid valeant designetur. Michahel hebraice in linguam nostram vertitur quis ut deus. Quando enim aliquid in mundo mire virtutis fit hic archangelus mittitur & ex ipso opere nomen est eius qa nemo valet facere quod facere preualeat deus.

Gabriel interpretatur fortitudo dei. Vbi enim potentia diuina vel fortitudo manifestatur gabriel mittitur. Vnde & eo tempore quo erat dominus nasciturus et triumphaturus de mundo gabriel mittitur ad mariam ut illum annunciaret qui ad debellandas aerias potestates humilis venire dignatus est. Raphahel interpretatur curatio vel medicina dei. Vbicunque enim curandi vel medendi opus necessarium est hic archangelus a deo mittitur & inde medicina dei vocatur. Vnde & ad tobiam idem archangelus missus oculis eius curationem adhibuit et cecitate detersa visum ei restituit. Nominis enim interpretatione & angeli officium designatur. Vriel interpretatur ignis dei sicut legimus ignem apparuisse in rubo. Legimus etiam ignem missum desuper & implesse quod preceptum est. Troni autem & dominationes & principatus & potestates et virtutes quibus vniuersam caelestem societatem apostolus complectitur ordines angelorum et dignitates intelliguntur. Et pro hac ipa distributione officiorum alii troni alii dominationes alii principatus alii potestates dicuntur pro certis dignitatibus quibus inuicem distinguuntur.

Virtutes angelice quedam ministeria perhibentur per quae signa & miracula in mundo fiunt propter quod & virtutes dicuntur. Potestates sunt quibus virtutes aduerse subiecte sunt. Et inde potestatum nomine nuncupantur quia maligni spiritus

eorum potestate cohercentur·ne tantū mundo noceant·quantū cupiunt Principatus sunt hi qui angelorum agminibus presunt.Qui pro eo ꝙ subditos angelos ad explendum ministeriū diuinum disponūt·pñcipatus vocabulum acceperūt. Nam alii sunt qui administrant·alii qui assistūt·sicut per danielem dicit̃ Milia milium ministrabāt ei·& decies milies centena milia assistebant ei. Dominationes sunt hi qui etiā virtutibus & principatibus p̃eminent. Qui pro eo ꝙ ceteris angelorum agminibus dominātur dominationes vocātur. Troni sunt agmina angelorum.Qui latino eloquio sedes dicuntur.Et vocati troni· quia illis cōditor presidet·& per eos iudicia sua decernit Cherubin autem & ipsi sublimes caelorum potestates & angelica ministeria perhibentur.Qui ex hebreo in linguam nostram interpretantur scientie multitudo.Sunt autem sublimiora agmīa angelorū.Qui pro eo ꝙ vicinius positi·diuīa scientia ceteris amplius pleni sunt. Cherubin id est plenitudo sciētiae appellātur. Ipsa sunt duo illa animalia supra propiciatorium arce· ficta ex metallo·propter significandam angelorum presentiā· in quorū medio ostenditur deus. Seraphin quoq; similiter multitudo angelorum est.Qui ex hebreo in latinum ardentes vel incēdentes interpretātur.Qui idcirco ardentes vocātur·quia inter eos et deum nulli alii angeli consistūt. Et ideo quāto vicinius coram deo consistunt·tātomagis claritate diuini lumīs inflammātur· Vnde & ipi velant faciem & pedes sedentis in trono dei· & idcirco cetera angelorū turba videre dei essentiam plene nō valet· quōm seraphin eam tegit.Haec igitur vocabula agminum angelorum ita sunt specialia ordinum singulorum· ut tamen sint ex p̃te communia omniū.Nam dum troni sedes dei in quorundam angelorum ordine specialiter designentur· tamen per psalmistam.Qui sedes super cherubin dicitur.Sed ideo isti ordines angelorum priuatis nominibus appellantur·quia hoc ipm officium in proprio ordine plenius acceperūt.Et cum sint officia omnibus communia·proprie tamen haec & nomīa suis ordinibus deputātur.Vnicuiq; etiam sicut predictum est propria officia iniuncta que eos promeruisse in mūdi constat exordio. Nā quia angeli & locis & hominibus presunt· per prophetā testat̃ angelus dicēs.Princeps regni persārum restitit michi.Vnde apparet nullum esse locum cui angeli nō presint.Presunt enim &

auspiciis operum omniũ. Hic est ordo vel distinctio angelorũ qui post lapsum malorum in caelesti vigore steterunt. Nam postq̃m a potestate angeli ceciderunt· hi perseuerantia eterne beatitudinis solidati sunt. Vnde & post caeli creationem in principio repetitur. Fiat firmamẽtum· & vocatum est firmamentũ caelum· nimirum ostendens q̄ post ruinam angelorũ malorũ hi qui permanserunt firmitatem eterne perseuerantie consecuti sunt· nullo iam lapsu auersi· nulla superbia cadentes· sed firmiter in dei amore & contemplatione manẽtes· nichil aliud dulce habent· nisi eum a quo creati sunt. Q̄ autem duo seraphin in esaia leguntur figuraliter veteris & noui testamenti significationem ostendunt. Faciẽ vero & pedes operiunt dei· quia preterita ante mundum et futura post mundum scire non possumus· sed media tantũ eorum testimonia contemplamur. Singuli senas alas habent· quia fabricam tantum mundi que in sex diebus facta ẽ in p̄nti seculo nouimus. Q̄ clamãt ter sanctus sanctus sanctꝰ alter ad alterũ· trinitatis in vna diuinitate demonstrãt misteriũ.

De hominibus qui quodam presagio nomen acceperũt. Ca· vii

QVeriq; primorum hominum ex propriis causis originem nominum habẽt. Quibus ita ꝓphetice indita sunt vocabula· ut aut futuris aut precedentibus eorum causis conueniant. In quibus tamen manẽte spãli sacramento· nũc tãtum ad litterã intellectum historie persequimur. Vbi autem ethimologie interpretationem nõ attingimus solam ipam ethimologiam in latinum ponimus. Q̄ autẽ vnũ nomen hebraicum aliter atq; aliter interpretatur· hoc secũdum accentum & litterarum euenit diuersitatem· ut in variis significationibus nomĩa computentur. Adam sicut beatus Hieronimus tradidit· homo siue terrenus· siue terra rubra interpretatur ex terra enim facta est caro: & humus hoĩs faciendi materies fuit. Eua interpretatur vita· siue calamitas· siue ve. Vita· quia origo fuit nascendi: Calamitas & ve· quia per preuaricationem causa extitit moriendi. A cadendo enim nomen sumpsit calamitas: Alii autem dicũt ob hoc eua vita & calamitas appellata· q̄ sepe mulier viro causa salutis ẽ· sepe calamitatis & mortis· quod est ve. Cain possessio interpretatur. Vnde ethimologiã ipius exprimens pater eius ait. Cain id est possedi hominem per deũ Idem & lamentatio· eo q̄ pro interfecto abel interfectus sit· &

penam sui sceleris dederit · Abel luctus interpretatur· quo no/
mine prefigurabatur occidendus.Idem & vanitas·quia cito so
lutus est atq; subtractus Seth interpretatur resurrectio· eo q/
post fratris interfectionem natus sit·quasi resurrectioné fratris
ex mortuis suscitaret. Idem & positio·quia posuit eum deus ꝓ
abel Enos iuxta proprie lingue varietatem homo vel vir di/
citur. Et congrue hoc vocabulum habuit·de eo enim scriptú é·
Tunc initium fuit inuocandi nomen domini. Licet pleriq; he/
breorum arbitrentur· q tunc primum in nomie domini· & in
similitudine eius fabricata sunt idola Enoch dedicatio.In ipi/
us enim nomie ciuitatem postea edificauit cain Cainan lamé
tatio vel possessio eorú.Sicut enim cain possessio ita deriuatiuú
nomen quod est cainan·facit possessio eorum Matusalam in
terpretatur mortuus est·euidens ethimologia nomis.Quidam
enim eum cum patre translatum fuisse & diluuium preterisse
putauerút·ob hoc signáter transfertur·mortuus est·ut ostende/
retur nó vixisse eú post diluuiú· sed in eodem cataclismo fuisse
defunctum.Soli enim octo homies in arca euaserút diluuium
Lamech percutiés·ipe ení pcussit & interfecit cain·quod etiá
ipe postea perpetrasse vxoribus confitetur Noe requies inter/
pretatur·pro eo q sub illo omia retro opera quieuerút per dilu/
uium.Vnde & pater eius vocás nomé noe dixit.Iste requiescere
nos faciet ab omnibus operibus nostris. Sem dicitur nomi/
natus·eo q nomé ex posteritatis presagio accepit· ex ipso enim
patriarche & ꝓphete & apostoli & populus dei· ex eius quoq;
stirpe & xps cuius ab ortu solis vsq; ad occasum magnum est
nomen in gétibus Cam calidus·& ipe ex presagio futuri cog
nomiatus·posteritas enim eius eam terre partem possedit· q vi/
cino sole calentior est. Vnde & egiptus vsq; hodie egiptiorum
lingua cam dicitur Iafeth latitudo·ex eo enim populus gen/
tium nascitur·& quia lata est ex gentibus multitudo credentiú
ab eadem latitudine iafeth dictus é Canaan filius cam inter/
pretatur motus eorum·quod quid est aliud nisi opus eorú.Pro
motu ení patris id est pro opere eius maledictus est Arfaxat
sanás depopulationem Chus hebraice ethiops interpretatur
a posteritate sui generis nomé sortitus·ab ipo enim sunt propa/
gati ethiopes. Nemroth interpretatur tiránus·ipe enim prior
arripuit insuetam in populo tirannidem· & ipse aggressus est

aduersus deum impietatis edificare turrim. Heber transitus· ethimologia vero eius mistica ē· ꝙ ab eius stirpe transiret deus nec perseueraret in eis translata in gētibus gratia. Ex ipo enim sunt exorti hebrei. Faleg diuisio· cui pater ꝑpterea tale nomē imposuit· quia tunc natus est· quando per linguas terra diuisa est Thara exploratio ascensionis. Melchisedech rex iustus· Rex· quia ipe postea imperauit salem. Iustus· pro eo ꝙ discernés sacramenta legis & euangelii: non pecudum victimas· sed oblationem panis & calicis in sacrificium obtulit Loth declinās· Factis enim sodomorum non consensit· sed eorum illicita carnis incendia declinauit Moab ex patre· & totum nomen ethimologiam habet· cōcepit enim eum primogenita filia de patre·

Ammon cuius causa nomen redditur filius populi mei· sic deriuat̄· ut ex parte sensus nominis· ex parte ipe sit sermo. Ammi eni a quo dicti sunt ammonite· vocat̄ populus meus Sarai interpretatur princeps mea· eo ꝙ esset vnius tantūmodo domus materfamilias. Postea causa nominis immutati ablata de fine i littera dicitur sara· id est princeps. Omniū quippe gentiū futura princeps erat· sicut & dominus pollicitus fuerat abrahā· Dabo tibi ex sara filium· et benedicam ei· & erit in gentes: sed et reges populorum erunt ex eo Agar aduena vel cōuersa. Fuit enim egiptia complexui abrahe aduena causa generandi data· q̄ post contemptum ab angelo increpante conuersa est ad saram.

Cethura thimiama interpretatur Ismahel auditio dei interpretatur. Sic enim scriptum est. Et vocauit nomē eius ismahel· quia exaudiuit eum deus. Esau trinomius est· & ex propriis causis varie nuncupat̄. Dicitur enim esau id est rufus· ob coctionem scilicet rufe lentis ita appellatus· cuius edulio ꝑmogenita perdidit Edom autem ob ruborem corporis dictus est· quod latine sanguineus dicitur. Seir vero ꝙ fuerit hispidus et pilosus quando enim natus est totus sicut pellis pilosus erat· atq; idem tribus nominibus appellatur. Esau id est rufus. Edom id est sanguineus. Seir id est pilosus· quia nō habuit lenitatem. Rebecca patientia siue que multum acceperit. Lia laboriosa vtiq; generando· plurimos enim dolores q̄m rachel fecunditate pariēdi experta est Rachel interpretatur ouis· pro ea enim iacob pauit oues laban Zelfa os hians Bala inueterata Dina transfertur in causam· iurgii enim in sicimis causa extitit Thamar

amaritudo·pro viris mortuis. Eadem & commutans· mutauit enim se in habitum meretricis· quando cum socero suo concu/buit. Phares diuisio·ab eo ꝙ diuiserit membranula secundarũ diuisoris. Inde & phares sortitus est nomen. Vnde & pharisei· qui se quasi iustos a populo separabant· diuisi appellabantur.

Zara frater eius·in cuius manu erat coccinium· interpretatur oriens·siue quia primus apparuit·siue ꝙ plurimi ex eo iusti na ti sunt·ut in libro paralipomenon continetur. Zara id est oriẽs appellatus est Iob in latinum vertitur dolens· & recte·ꝓpter percussionem carnis et passiones dolorum·calamitates enĩ suas nominis ethimologia prefigurauit Pharao nomen est nõ ho minis·sed honoris·sicut & apud nos augusti appellantur reges cum propriis nominibus censeantur. Exprimitur autem in la/tinum pharao denegãs eum·vtiq; deum·siue dissipator eius·po/puli enim dei fuit afflictor. Iamnes·marinus·siue vbi ẽ signũ eius·cessit enim & defecit signum eius corã signis moisi. Vnde & dixerunt magi. Hic digitus dei est Mambres mare pellici/um siue mare in capite Deniq; Moises interpretatur sumptus ex aqua· inuenit enim eum ad ripam fluminis expositum filia pharaonis· quem colligens adoptauit sibi filium· vocauitq; no/men eius moisen·eo ꝙ de aqua sumpsisset eum. Aaron mõs fortitudinis interpretatur· propter ꝙ thuribulum accipiens in medio superstitum & interemptorum obuiam stetit· & ruinã mortis quasi quidam mons fortis exclusit. Eleazar dei adiu/torium Balach precipitãs siue deuorans Balaam vanus po/pulus. Finees ori parcens·transfixit enim pugione zambri cũ scorto madianitide & dñi furorẽ placauit·ut parceret Zambri stella lacessiens vel amaricans·proprie enim nomẽ ab amaritu/dine vocatum·ꝙ peccando amaricauerit populum Raab lati/tudo vel fames siue impetus Iosue interpretatur saluator·ipse enim in figura xp̃i populum eius a deserto saluauit· & in terrã repromissiõis introduxit Caleph quasi cor aut canis Otho niel tempus eius deus·vel responsio dei eius Aioth gloriosus

Barach fulgurans vel coruscatio Debbora auis vel loquax· Auis·quia fuit ad bella ꝓmptissima dimicans aduersus sisarã quo pempto cecinit canticũ·inde loquax Iahel ascensio Ge deon experimentum iniquitatis eorum·frequentibus enim do/cumentis informatus est quali presagio contra hostes futuram

victoriam expediret· ex quo futuro experimēto ethimologiam nominis sumpsit. Abimelech pater meus rex Tola vermi/culus vel coccinū. Iair illuminans Iepte apperiens vel aper/tus Esebon cogitatio siue vinculum meroris Abdo seruus eius Samson sol eorum vel solis fortitudo· fuit enim virtute clarus· & liberauit israhel de hostibus eorum Dalila pauper/cula vel sicula Booz in fortitudine siue ī quo robur Noemi quam interp̄tari possumus consolatam· eo q̄ marito & liberis peregre mortuis· nurum moabitidem in consolationem suam tenuit. Ruth interpretatur festinans· alienigena enim erat ex populo gentili· que relicta patria festinauit transire in terrā isra/hel dicēs socrui sue· quocūq; perrexeris pergam Anna gratia eius interpretat̄· quia dum esset prius sterilis natura· postremo dei gratia fecundata est· Heli deus meus Ofni discalciatus· filius eni fuit heli electus in ministeriū sacerdocii· cuius amissi/onem suo expressit vocabulo. Apostolus enim ait. Calciati pe/des in preparationē euangelii pacis. Et propheta. Quam speciosi pedes qui annunciant pacem. Iste ergo discalciatus interpretat̄-ut eius nomine veteris testamenti sacerdotium a veteri populo significaretur ablatū. Finees frater ofni· os mutū interp̄tatur quo significatur sacerdocii veteris & doctrine silentium. Sa/muel nomen eius deus Gessai in sole sacrificiū vel incensum. Saul petitio interpretatur· notum est enim quō hebreorum populus eum sibi regem petierit· & accepit non secundum deū sed secundum suam voluntatem. Dauid manufortis interpre/tatur· quia fortissimus in preliis fuit. Ipse et desiderabilis in stir pe scilicet sua· de qua predixerat propheta. Veniet desideratus cunctis gētibus Salemon tribus nominibus fuisse perhibet̄. Primum vocabulum eius. Salemon dicitur id est pacificus· eo q̄ in regno eius pax fuerit. Secundum nomē idida· eo q̄ fuerit dilectus & amabilis domino: Tercium vocabulum eius celeth quod graece appellatur ecclesiastes· latine concionator: q̄ ad po/pulum loqueretur Ionathas columbe donum Absolon pa tris pax per antifrasim· eo q̄ boellum aduersus patrem gessisset siue q̄ in ipo boello dauid placatus fuisse legitur filio· adeo ut etiam magno cum dolore extinctum plangeret. Roboam la titudo populi· et ipsum per antifrasim· q̄ decem tribus ab eo se/paratis due tantum ei relicte sunt. Abia pater dominus ve/

Salemon tribus nominibus

pater fuit Asa tollens siue sustollens. Iosaphat dñi iudiciũ. Ioram q est excelsus Ochosias apprehẽdens deũ Athalia tempus domini Ioas spirãs vel domini robur Amasias populum tollens Osias fortitudo domini. Asarias auxiliũ domini. Osias autem ipe est qui & asarias duplici nomine. Ipe est qui illicitum sacerdotiũ sibi vẽdicare conatus· lepra in frõte percussus est. Ioathan est perfectus·pulcram ethimologiam nominis habet·fecit enim rectum in conspectu domini·et portã templi edificauit excelsam. Achaz apprehendens. Ezechias fortis dominus. Manasses obliuiosus·per multa enim scelera & sacrilegia reliquerat & oblitus fuerat domini Ammon fidelis vel honestus. Iosias vbi est incensum domini·propria ethimologia nominis·iste est enim qui simulacbra combussit. Ioachaz robustus Ioachim vbi est preparatio Eliachim dei resurrectio Iechonias preparatio domini Sedechias iustus domini. Ieroboã iudicatio siue causa populi ut quidam aiunt diuisio interpretatur· ꝑ eo ꝙ in regno eius diuisus sit populus israhel·& precisus a regno stirpis dauid· diuisionis enim populi causa iste extitit Zambri psalmus vel canticũ meum. Ambri crispãs meus. Achab frater patris Iezabel fluxus sanguinis vel fluens sanguinem·sed melius vbi est sterquiliniũ precipitata enim deorsum cõmederunt carnes eius canes·sicut p̃ dixerat helias. Et erunt inquit carnes iezabel sicut stercus super faciem terre Ochosias apprehendens deum Ieu ipe vel est. Ioathã robustus. Sella vmbra eius vel petitio. Manaen consolans. Faceas apperiens. Nabuchodonosor prophecia laguncule anguste siue prophetans istiusmodi signũ·ꝑ somnio scilicet futurorum·quod vidisse narratur & daniel interp̃tatus ẽ siue sessio in agnitione angustie·pro his qui in captiuitatẽ ab eo ducti sunt Zorobabel apud hebreos ex tribus integris nominibus traditur esse compositum. Zo iste. Ro magister. Babel ꝑprie babilonium sonat·& efficitur nomen zorobabel·iste magister de babilone·in babilone enim ortus est·vbi & princeps gẽtis iudee extitit

De. Patriarchis Ca·vii

QVorundam patriarcharũ ethimologie notande sunt ut sciamus quid in suo vocabulo resonẽt. Nã pleriqꝫ eorum ex causis propria nomina acceperũt. Patriarcha interpretatur patrum princeps·archos enim grece pͥnceps

est Abraam primū vocatus est pater videns populum· ꝓpter israhelitas scilicet tantum. Postea appellatus est abraham· quod transfertur pater multarum gentium· quod erat adhuc p fidem futurum. Gentium autem nō habetur in nomine· sed subaudit̄· iuxta illud. Erit nomen tuum abraham· quia patrem multarū gentium posui te Isaac ex risu nomen accepit· risit enim pater quando ei promissus est· admirans in gaudio· risit et mater· qn̄ per illos tres viros promissus est· dubitans in gaudio· ex hac ergo causa nomen accepit isaac. Interpretatur ergo risus. Sciendum autem ꝙ quatuor in veteri testamento absq; vllo velamine nominibus suis anteq̄m nascerentur vocati sunt· ismahel· isaac· samson· & iosias. In nouo duo· iohannes & ihesus· lege scriptas.

Iacob supplantator interpretatur· siue ꝙ in ortu plantā nascētis fratris apprehenderit· siue ꝙ postea fratrē arte deceperit. Vn̄ & esau dixit. Iuste vocatum est nomen eius iacob· supplantauit enim me ecce secundo. Israhel vir videns deum· tūc enim hoc nomen accepit· quando tota nocte luctatus vicit in certamine angelum· & oriente lucifero benedictus est. Inde propter visionem dei israhel appellatus est· sicut et ipe ait. Vidi dominum et salua facta est anima mea Ruben interpretatur visionis filius sic enim quando eum peperit lia vocauit nomen eius ruben dicens· quia vidit deus humilitatem meam Simeon interpretat̄ auditio· sic enim dixit lia quando eum peperit· quia exaudiuit me dominus Leui additus· dixit enim lia quando peperit eū· non ambiens de amore viri· nūc mecum erit vir meus· quia peperi ei tres filios Iudas confessio dicitur· quando enim eu peperit lia laudem domino retulit dicens· nunc super hoc confitebor domino· & ob id vocatus est iudas· a confessione itaq; nomen eius est dictum· quod est gratiarum actio Isachar interpretatur est merces. Is quippe dicitur vir· achar merces Hoc aūt ideo quia mandragoris filii ruben introitū viri qui racheli debēbatur ad se emerat lia. Vnde & dum natus est dixit lia· dedit deus mercedem meam Zabulon interpretatur habitaculum· sextum enim hunc filiū genuerat lia· propterea iam secura dixit· Habitabit mecum vir meus. Vnde & filius eius vocatus est habitaculum. Neptalim de cōuersatione siue cōparatione causa nominis eius est. Vnde & dixit rachel cum eum peperisset ancilla eius bala· habitare me fecit deus habitatione cū sorore mea

Dan interpretatur iudicium·bala enim dum eum peperisset· dixit rachel domina eius. Iudicauit me dominus· & exaudiens dedit michi filium. Causam nomis expressit· ut ab eo quod iu/dicasset dominus·filio ancille iudicii nomen imponeret Gad ab euentu siue procinctu vocatus est· quando enim eũ peperit zelfa dixit domina eius· lia infortuna·id est ꝙ dicitᷣ in ꝓcinctu vel euẽtu Aser beatus dicitur·dum enim eum peperisset zelfa dixit lia·beata ego· & beatificant me mulieres· & ab eo ꝙ beata dicatur ex ethimologia nominis beatũ vocauit. Ioseph ab eo ꝙ sibi alium filium addi mater optauerat·vocauit augmentum Hunc pharo sephaneth appellauit·quod hebraice absconditorũ repertorem sonat·pro eo ꝙ obscura somnia reuelauit· et sterilita tem predixit· tamen quia hoc nomen ab egiptio ponitur·ipius linguae debet habere rationẽ.Interpretatᷣ ergo sephaneth egiptio sermone saluator mundi· eo ꝙ orbem terre ab imminẽte famis excidio liberaret Beniamin interpretatur filius dextere·quod ẽ virtutis·dextra enim appellatur iamin· mater quippe eius mo/riens vocauerat nomẽ eius benoni·id est filius doloris mei. Pa/ter hoc mutauit filium dextre nominans. Manasses dictus· ab eo ꝙ sit pater eius oblitus laborum suorum· ita enĩ hebraice vocatur obliuio. Effraim eo ꝙ auxerit eum deus· & ex hoc vocabulo in linguam nostram transfertur augmentum

De. Prophetis Ca·viii

Quos gentilitas vates appellat· hos nostri prophetas vocant·quasi profatores·quia porro fantur·et de futuris vera predicunt.Qui autem a nobis ꝓphete in ve/teri testamento videntes appellabantur· quia videbant ea quae ceteri non videbant·& prospiciebant ea que in misterio abscondita erant. Hinc est quod scriptum est in samuele. Eamus ad videntem.Hinc esaias. Vidi inquit dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum.Et ezechiel. Apperti sunt caeli & vidi visiones dei. Quorundam autem prophetarum nominũ ethimologie annotande sunt. Vocabula enim eorum satis ostẽ/dunt quid in futuris factis dictisqꝫ suis prenũciassent Helias interpretatur dominus deus· ex futuri igitur presagio sic vocatᷣ· nam dum altricaretur in sacrificio cum quadringentis sacerdo/tibus baal·inuocato nomine domini·descendit de celo ignis su/per holocaustum· quod cum vidisset omnis populus cecidit in

faciem suam & ait. Dominus ipse est deus. Ex hac igitur causa tale prius nomen accepit· pro eo quod per eum postea cognouerit populus dominum deum. Idem & fortis dominus interpretatur vel propter quod interfecerit eosdem sacerdotes·vel propter quod achab aduersitatem tolerauerit Heliseus domini salus interpretatur Vocabulum autem & idem ex futuri presagio suscepit. Denique & multas virtutes fecit·& famem pellens populum a morte sal uauit: Nathan dedit siue dantis. Esaias interpretatur saluator domini· & merito·saluatorem enim vniuersarum gentium eiusque sacramenta amplius quam ceteri predicat· Ieremias excelsus do/ mini·pro eo quod dictum est ei. Constitui te super gentes & regna

Ezechiel fortitudo dei. Daniel iudicium dei· siue quia in presbiterorum iudicio sententiam diuine examinationis exhibuit dum reperta eorum falsitate susannam ab interitu liberauit·siue quod visiones & somnia quibus per signa quedam & enigmata futura monstrabantur·sagaci mente discernens apperuit. Hic & desideriorum vir appellatus est·quia panem desiderii non man/ ducauit·& vinum concupiscentie non bibit Osee saluator aut saluans· dum enim iram dei in populum israhel ob crimen ido latrie prophetasset· domui iude salutem pronunciauit· propter quod ezechias rex iuda sublatis idolis que precedentes reges consecra/ uerant·templum domini purgasse ac purificasse monstratur Io hel dominus deus siue incipiens deo·vel fuit dei. Hoc enim eius vocabulum resonat ethimologia incerta. Amos populus auulsus· prophecia enim eius ad populum fuit israhel· qui iam auulsus erat a domino·& aureis vitulis seruiebat·siue auulsus a regno stirpis dauid. Naum germen siue consolator·increpat enim ciuitatem sanguinum·& post euersionem illius consolatur sion dicens. Ecce super montes pedes euangelisantis & annunci/ antis pacem Abacuc amplexans·qui vel ex eo quod amabilis do/ mini fuit vocatur amplexatio· vel quod in certamen cum deo con/ greditur amplexantis id est luctantis sortitus est nomen· nullus enim tam audaci voce ausus est deum ad disceptationem iusticie prouocare· cur in rebus humanis & mundi istius tanta rerum versaretur iniquitas Micheas quis hic·vel quis iste. Commi/ natur samarie ob causam simulacrorum illo modo· de quo helui dicitur·quis est iste inuoluens sententiam Sophonias specu/ lum vel archanum domini interpretatur·vtrumque ad prophetam

conuenit. Ipse enim sciuit misteria dei. Vnde & ad ezechielem dicitur. Speculatoré te posui domui israhel. Et alibi. Non faciet dominus quicq̄m nisi reuelauerit seruis suis prophetis. Ab/dias seruus domini· sicut enim moises famulus domini· & apostolus seruus xp̄i· ita iste legatus ad gentes missus videt & pre/dicat q̄ pphetali digna sunt ministerio & seruituti· inde seruus domini. Ionas interpretatur columba siue dolens. Columba pro gemitu· quando in ventre ceti triduo fuit. Dolens auté vel propter tristiciam quam habuit de salute niniuitarum· vel propter hederam subito arescentem· cuius vmbraculo tegebat̄ contra solis ardorem. Ip̄e est & amathi sareptene vidue filius· ut iudei affirmant· quem resuscitauit helias· matre postea ad eum dicēte nunc cognoui quō vir dei es tu· & verbum domini in ore tuo verum est· & ob hanc causam ip̄m puerum amathi vocatum. Amathi enim ex hebreo in latinam linguam veritas dicitur· & ex eo q̄ verū helias locutus est· ille qui suscitatus est filius nū/cupatus est veritatis. Zacharias memoria domini· septuagesimo enim anno desolationis templi completo· zacharia p̄dicante memoratus ē dominus populi sui· iussuq; darii reuersus est dei populus· & reedificata ē vrbs & templum. Aggeus in latinū festiuus & letus resonat· destructū enim templum edificādum prophetat· & post luctum captiuitatis regressionis leticiā predicat. Malachias interpretatur angelus domini id est nuncius· quicquid enim loquebatur· quasi a domino essent mandata ita credebantur· & inde ita nomen eius· lxx· transtulerunt· dicentes Assumptio verbi dn̄i sup̄ israhel in manu angeli eius. Esdras adiutor. Neemias consolator a domīo· quodam enī presagio futuri nomina ista sortiti sunt· fuerunt enim in adiutorium & consolationem omni illi populo redeunti ad patriam. Nam & templum domini idem reedificauerunt· & murorum ac turriū opus ip̄i restaurauerunt. Ananias gratia dei interpretat̄· idem & sidrach lingua chaldea· quod interp̄tat̄ decorus meus. Aza/rias auxilium domini· idem & abdenago· quod in latinū vertit̄ seruiens taceo. Misahel qui populus domini. Ip̄e & misach· quod interpretatur risus vel gaudiū. Azras frater meus. Ne/meia audiens dominum. Asaph congregans. Ethan robu/stus siue ascensus. Idithun transiliens eos· siue sali ēs eos· quosdam enī inherentes humo curuatos in terrā et ea q̄ in imo sunt

cogitantes et in rebus transeuntibus spem ponentes transsiliuit canendo iste qui vocatur transsiliens Eman accipiens vel formido eorum Ethan robustus Barachia benedictus domi vel benedictus dominus. Olda districtio siue diuerticulum.

Iudith laudans vel confitens Hester absconsa Zacharias memor domini ob hoc qa canit meoriale testamenti sui sancti

Iohannes baptista domini gratia eo q sit limes prophecie pnúcius gratie siue initiú baptismatis quod gratia ministratur. Hi sunt prophete veteris nouiq testamenti quorum finis xps. cui dicitur a patre. Et prophetam in gétibus posui te Prophecie autem genera sunt septem. Primum genus extasis quod est mentis excessus sicut vidit petrus vas illud summissum de caelo in stupore mentis cum variis animalibus. Secundum genus visio sicut apud esaiam dicétem. Vidi dominú sedentem super solium excelsum Tercium genus somnium sicut iacob subnixam in caelo scalam dormiens vidit. Quartum genus per nubem sicut ad moisen & ad iob post plagam loquit deus

Quintum genus vox de caelo sicut ad abraham sonuit dicés Ne inicias manum tuam super puerum et apud saulum in via Saule saule quid me persequeris? Sextum genus accepta parabola sicut apud salemonem in prouerbiis & apud balam cú euocaretur ab balach. Septimú genus repletio spiritus sancti sicut pene apud omnes prophetas. Alia tria genera visionú dixerunt esse. Vnum secundum oculos corporis sicut vidit abraham tres viros sub ilice mambre & moises ignem in rubo & discipuli transfiguratum dominum in monte inter moisen & heliam & cetera huiusmodi Alterum secundum spiritum quo imaginamur ea q per corpus sentimus sicut vidit petrus discum illum summitti de caelo cum variis animalibus et sicut esaias deum in sede altissima non corporaliter sed spialiter vidit Non enim deum forma corporea circúterminat sed queadmodum figuraliter non proprie multa dicuntur ita etiam figurate & multa monstrantur. Tercium autem genus visionis est quod neq corporeis sensibus neq vlla parte anime qua corporalium rerum imagines capiuntur sed per intuitum métis quo intellecta conspicitur veritas sicut daniel preditus mente vidit quod balthasar viderat corpore. Sine quo genere illa duo vel infructuosa sunt vel etiam in errorem mittunt. Omnia tamen

haec genera ſpiritus ſanctus moderatur. Habere auté pphecíá non ſolum bonus·ſed etiá malus poteſt. Nam inuenimus ſau/ lem regem prophetaſſe·perſequebať ſanctű dauid & impletus ſpiritu domini prophetare coepit

De. Apoſtolis Cá·ix

Apoſtoli miſſi interpretantur· hoc enim eorum nomé indicat. Nam ſicut grece angeli latine nuncii vocanť· ita graece apoſtoli latine miſſi appellantur. Ipſos ení miſit xp̄s euangeliſare per vniuerſum mundum· ita ut quidam perſas indoſq; penetrarent·docentes gentes & facientes in nomi ne xp̄i magna & incredibilia ſigna vel miracula·ut atteſtátibus ſignis & prodigiis crederetur illis in his que dicebát & viderát Habent enim pleriq; eorum ex his cauſas ſuorum vocabulorű

Petrus a petra nomen accepit·hoc eſt a xp̄o·ſuper quem fun data é eccleſia. Non enim a petro petra·ſed petrus a petra nomé ſortitus eſt·ſicut non xp̄s a xp̄iano· ſed xp̄ianus a xp̄o vocatur· ideoq; ait dominus. Tu es petrus· & ſuper hanc petrá edificabo eccleſiam meá· quia dixerat petrus. Tu es xp̄s filius dei viui·de/ inde ei dominus. Super hanc petram quam confeſſus es edifica bo eccleſiam meam. Petra enim erat xp̄s·ſuper quod fundamé/ tum etiam ipe edificatus eſt petrus Cephas dictus·eo ꝙ in ca pite ſit conſtitutus apoſtolorum. Cephalin enim graece caput dicitur·& ipm nomen in petro ſirum eſt. Simon bariona in linguam noſtrá ſonat filius columbe·et nomen eſt ſirű pariter & hebreű. Bar quippe ſira lingua filius·iona hebraice columba Vtroq; ſermone dicitur bariona. Alii ſimpliciter accipiunt ꝙ ſimon id eſt petrus filius ſit iohannis·iuxta illam interrogatio/ nem. Simon iohannis diligis me· & volunt ſcriptorum vicio deprauatű·ut bario hanna·hoc eſt filius iohannis·bariona ſcrip tum ſit vna detracta ſillaba. Iohanna autem interpretať domini gratia. Et fuiſſe conſtat petrum trinomium·petrum·cepham et ſimon bariona. Simon aűt hebraice interpretať obediens Sau lus hebraico ſermõe temptatio dictus·eo ꝙ prius in téptatione eccleſie ſit verſatus·perſecutor ení erat·inde nomé habebat iſtud quando perſequebatur xp̄ianos·poſtea mutato nomie de ſaulo factus eſt. Paulus·quod interpretať mirabilis ſiue electus. Mira bilis·quia multa ſigna fecit. Vel quia ab oriéte vſq; ad occaſum euangelium xp̄i in omnibus gentibus predicauit. Electus·ſicut in actibus apoſtolorű ſpiritus ſanctus dicit. Segregate michi

Barnaban & Paulum ad opus ad quod elegi eos. Latino auté
sermone paulus a modico dictus. Unde & ipe ait. Ego sum mi
nimus apostolorum omnium. Quando enim saulus superbus
elatus. Quando paulus humilis modicus. Ideo sic loquimur.
Paulopost videbo te id est post modicū. Nam quia modicus
factus est ipe dicit. Ego sum minimus omnium apostolo℞ &
Michi minimo omnium sanctorum Cephas autem & sau/
lus ideo mutato nomine sunt vocati ut essent etiam ipo nomie
noui sicut abraham & sara Andreas frater petri carne & co/
heres gratia secundum hebream ethimologiam interpretat̄ de/
corus siue respondens. Sermone autem graeco a viro virilis ap
pellatur. Iohānes quodam vaticinio ex merito nomé accepit
interpretat̄ enī in quo ē grā vel dnī grā. āplius enim eū ceteris
apostolis dilexit ihesus. Iacobus zebedei a patre cognominat̄
quem relinquens cum iohanne verum patrem secuti sunt. Hi
sunt filii tonitrui qui etiam boanerges ex firmitate & magnitu
dine fidei nominati sunt. Hic est iacobus zebedei filius frater io/
hannis qui post ascensionem domini ab herode manifestatur
occisus Iacobus alphei ob distinctionem prioris cognoiatus
qui dicitur filius zebedei sicut iste filius alphei. Cognomētum
igitur ambo a patre sumpserunt. Iste est iacobus minor qui in
euangelio frater domini vocatur quia maria vxor alphei soror
fuit matris domini quam mariam cleope iohannes euāgelista
cognominat a patre siue a gentilitate familie aut quacūq alia
causā ei nomen imponens. Alpheus autem hebreo sermone in
latinū exprimitur millesimus siue doctus Philippus os lam
pada℞ vel os manuum Thomas abissus vel geminus. Unde
& graece didimus appellatur Bartholomeus filius suspēden
tis aquas vel filius suspendentis me sirū est non hebreū Ma
theus in hebreo donatus exprimitur. Idem et appellatus leui ex
tribu a qua ortus fuit. In latino autem ex opere publicani no/
men accepit quia ex publicanis fuit electus & in apostolatum
translatus Simon chananeus ad distinctionem simonis pe/
tri de vico galilee chana vbi aquas dominus mutauit in vinū.
Ipe est qui in euangelio alio scribitur zelotes. Chana quippe ze/
lus interpretatur Iudas iacobi qui alibi appellatur lebbeus fi/
guratum nomē habet a corde quod nos diminutiue corculum
possumus appellare. Ipe in alio euangelista tatheus scribit̄ qué

ecclesiastica tradit historia missum edissam ad abagarū regem.
Iudas scariothis vel a vico in quo ortus ē vel ex tribu isachar vocabulum sumpsit quodam presagio futuri in condempnationem sui. Isachar enim interpretatur merces ut significaret precium proditoris quo vendidit dominum sicut scriptum est. Et appenderunt mercedem meam xxx argenteos precium quod appreciatus sum ab eis. Mathias qui inter apostolos sine cognomine solus habetur interpretatur donatus ut subaudiatur pro iuda ipse enim in locum eius electus est ab apostolis cū ꝑ duobus sors mitteretur. Marcus excelsus mandato vtiqꝫ propter euangelium altissimi quod predicauit. Lucas ipse consurgens sive eleuans eo ꝙ eleuauerit per predicationem euangeliū post alios Barnabas filius prophete vel filius consolationis.

De. Reliquis in euangelio nominibus Ca x

Maria illuminatrix sive stella maris genuit enim lumen mundi. Sermone autem siro maria domina nūcupatur & pulcre quia dominū genuit Elisabeth dei mei saturitas vel domini mei iuramentum. Magdalena turris. Martha irritans vel prouocans. Sermone autem siro interpretatur dominans. Nathanael donum dei quia dolus vel simulatio dono dei in eo non fuit Zebedeus donatus siue fluens iste Zacheus iustus siue iustificatus siue iustificādus sirū est nomen non hebreū Lazarus adiutus eo ꝙ sit a morte resuscitatus Herodes pelliceus gloriosus Caiphas inuestigator aut sagax aut vomens ore iniquo enim ore suo iustū cōdemnauit quamuis hoc misterio prophetali annunciasset Poncius declinans concilium vtiqꝫ iudeorū accepta enim aqua lauit manus suas dicens. Innocens ego sum a sanguine huius iusti.
Pilatus os malleatoris quia dum xpm ore suo & iustificat & condemnat more malleatoris vtraqꝫ ferit. Barrabas filius magistri eorū absqꝫ dubio iudeorū magistri qui est diabolus homicidiorum auctor qui vsqꝫ hodie regnat in eis

De. Martiribus Ca xi

Martires graeca lingua latine testes dicuntur. Vnde et testimonia graece martiria nuncupantur. Testes aūt ideo vocati sunt quia propter testimonium xpi passiones sustinuerunt & vsqꝫ ad mortem pro veritate certauerunt. Quod vero nos non testes quod latine vtiqꝫ possumus sed graece

martires appellamus·familiarius ecclesie auribus hoc graecum sonat verbum· sicut & multa graeca nomina que pro latinis vti/mur Martirum primus in nouo testamento. Stephanus fuit qui hebreo sermone interpretatur norma·quod prior fuerit in martirio ad imitationem fidelium. Idem autem ex graeco sermone in latinum vertitur coronatus· & hoc prophetice·ut quod seq/ret in re·vaticinio quodam futuri prius in vocabulo resonaret· passus est enim·et quod vocabatur accepit. Stephanus enim corona dicitur humiliter lapidatus·sed sublimiter coronatus Duo autem sunt martirii genera. Vnum in apperta passione. Alterum in occulta animi virtute. Nam multi hostis insidias tolerantes· &·cunctis carnalibus desideriis resistentes· per hoc quod se omni/potenti deo in corde mactauerunt etiam pacis tempore· martires facti sunt· qui etiam si persecutionis tempus existeret martires esse potuerunt

De. Clericis Ca·xii

Clerus et clericus hinc appellantur·quia mathias sorte electus est·quem primum per apostolos legimus esse ordinatum. Cleros enim graece sors vel hereditas latine dicitur. Propterea ergo dicti sunt clerici·quia de sorte sunt domini. Vel quia domini partem habent. Generaliter autem cle/rici nuncupantur omnes qui in ecclesia xpi deseruiunt· quorum gradus & nomina haec sunt hostiarius·psalmista·lector·exorcista·acolitus·subdiaconus·diaconus·prespiter·eps. Ordo eporum quadriptitus est·id est in patriarchis·archiepis·metropolitanis· atque epis Patriarcha greca lingua summus patrum interpretatur· quia primum id est apostolicum retinet locum. Et ideo· quia summo honore fungitur·tali nomine censetur·sicut. Romanus. Antiocenus·&. Alexandrinus. Archiepiscopus greco voca/bulo quod sit summus eporum·tenet enim vicem apostolicam· & presidet tam metropolitanis quam epis ceteris. Metropolitani autem a mensura ciuitatum vocantur· singulis enim prouinciis preeminent· quorum auctoritati & doctrine & potestati ceteri sacerdotes subiecti sunt· sine quibus nichil reliquos episcopos agere licet. Sollicitudo enim tocius prouincie ipis commissa est Omnes autem superius designati ordines vno eodemque vocati episcopi nominantur·sed ideo priuato nomine quidam vtuntur propter distinctionem potestatum·quam singulariter acceperunt. Patriarcha patrum princeps·archon enim princeps. Archiepus

princeps episcoporũ· sicut metropolitanus a mensura ciuitatũ.
Episcopatus autem vocabulum inde dictum· ꝙ ille q̃ super efficitur superintendat· curam scilicet gerens subditorũ. Scopin enim latine intendere dicitur. Episcopi autem graece latine speculatores interpretantur. Nã speculator est prepositus in ecclesia dictus· eo ꝙ speculetur atq; perspiciat populorum infra se positorum mores & vitã. Pontifex princeps sacerdotũ est· quasi via sequentium. Ipse & summus sacerdos· ipse & pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes atq; leuitas· ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit· ipse quid vnusquisq; facere debeat ostendit. Antea autẽ pontifices reges erant. Nam maiorũ haec erat consuetudo ut rex esset etiã sacerdos & põtifex. Vnde et romani imperatores pontifices dicebantur Vates a vi mẽtis appellatus· cuius significatio multiplex est. Nã modo sacerdotẽ modo ꝓphetam significat· modo poetam. Antistes sacerdos dictus· ab eo ꝙ ante stat. Primus ẽ enĩ in ordine ecclesie· et sup̃ se nullum habet. Sacerdos autem nomen habet compositum ex graeco & latino· quasi sacrum dans. Sicut enim rex a regẽdo ita sacerdos a sanctificãdo vocatus est· consecrat enim & sanctificat Sacerdotes autem gentilium flamines dicebantur. Hi in capite habebãt pilleum· in quo erat breuis virga· desuper habẽs lane aliquid· quod cum pro estu ferre non possent· filo tantum capita religare coeperunt. Nam nudis eos penitus capitibus incedere nefas erat. Vnde & a filo quo vtebantur flamines dicti sunt· quasi filamines. Verum festis diebus filo deposito pilleũ imponebant pro sacerdocii eminentia Prespiter graece latine senior interpretatˀ· nõ pro etate vel decrepita senectute· sed ꝓpter honorem et dignitatem· quam acceperunt prespiteri nominant̃ Vnde & apud veteres idem epi & prespiteri fuerunt· quia illud nomen dignitatis est· hoc etatis. Ideo autem & prespiteri sacerdotes vocantur· quia sacrum dant sicut epi· qui licet sint sacerdotes· tamen pontificatus apicem non habent· quia nec crismate frontem signant· nec paraclitum spiritũ dant· quod solis debere epis lectio actuum apostolorum demonstrat Leuite ex noĩe auctoris vocati. De leui enim leuite exorti sunt· a quibus in templo dei mistici sacramenti misteria explebebantur. Hi grece diaconi· latine ministri dicũtur· quia sicut in sacerdote consecratio· ita in diacone ministerii dispensatio habetur. Ypodiacones

graece quos nos subdiaconos dicimus· qui ideo sic appellantur quia subiacent preceptis & officiis leuitarum· oblationes enim in templo dei a fidelibus ipi suscipiunt· & leuitis superponēdas altaribus deferunt. Hi apud hebreos natinnei vocātur. Lectores a legendo. Psalmiste a psalmis canendis vocati. Illi enim p̄dicant populis quid sequantur. Isti canunt· ut excitent ad compunctionem animos audientium. Licet & quidam lectores ita miseranter pronūcient· ut quosdam ad luctum lamentationēq; compellant. Idem etiam & pronunciatores vocantur· q̄ porro annuncient· tanta enim & tam clara est vox eorum· ut q̄muis longe positorū aures adimpleant. Cantor autem vocatus q̄a voce modulatur in cantu. Huius duo genera dicuntur in arte musica· sicut ea docti homines latine dicere potuerunt precētor· & succentor. Precentor scilicet qui vocem premittit in cantu.

Succentor qui subsequēter canendo respondet. Concentor autem dicitur quia consonat· quia autem non consonat nec concinit· nec cātor nec concētor erit. Acoliti grece latine ceroferarii dicuntur· a deportandis cereis· quādo euangelium legendum ē· aut sacrificium offerendum· tunc enim accenduntur lumīaria ab eis & deportant̄· non ad effugādas tenebras· dum sol eodem tempore rutilet· sed ad signum leticiae demonstrandum· ut sub tipo luminis corporalis illa lux ostendatur de qua in euāgelio legitur. Erat lux vera que illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum. Exorciste ex graeco in latinum adiurātes siue increpantes vocantur· inuocant enim super cathecuminos vel super eos qui habent spiritum immundum nomen domini ihesu xp̄i· adiurantes per eum ut egrediatur ab eis. Hostiarii idem et ianitores q̄ in esdra custodes tēpli dicunt̄ seruoꝝ salemonis filii qui in veteri testamento electi sunt· ad custodiā templi· ut nō ingrederetur immundus in omni re. Dicti autē hostiarii q̄ presint hostiis templi· ipi enim tenentes claues· omnia intus extraq; custodiunt· atq; inter bonos & malos habentes iudiciū fideles recipiūt· respuūt infideles.

De. Monachis Ca·xiii

Monachus grēca ethimologia vocatus· eo q̄ sit singularis· monas enim graece singularitas dicitur· ergo si solitarius interpretat̄ vocabulum monachi· q̄d facit in turba qui solus est. Plura autem sunt genera monachorū·

Cenobite quos nos in cōmune viuētes possumus appellare.

Cenobium enim plurimorum est. Anachorete sunt q post cenobialem vitam deserta petunt· & soli habitāt per deserta no/mine patrum· & rursus latine· & ab eo q̄ ꝓcul ab hominibus recesserunt tali nomine nuncupātur. Sed anachorete heliam & Iohannem· cenobite apostolos imitantur Heremite sunt hi q & anachorete· ab hominū conspectu remoti· heremū & deser/tas solitudines appetētes. Nam heremum dicitur quasi remotū

Abba autem sirum nomen significat in latinum pater· quod paulus romanis scribēs· exposuit dicēs. In quo clamamus abba pater· in vno nomine duobus vsus linguis. Dicitur enim abba siro nomine pater· & rursus latine nominatur idem pater

De. Ceteris fidelium nominibus Ca·xiiii

Xpianus quantum interpretatio ostendit de vnctione dicitur· siue de nomine auctoris & creatoris. A xpo enim xpiani sunt cognominati· sicut a iuda iudei. De magistri quippe nomine cognomen sectatoribus datum· est. Xpiani autem olim a iudeis quasi ob oбprobrium nazareni vo/cabantur· pro eo q̄ dominus noster atq̄ saluator a vico quodā galilee nazarenus sit appellatus. Non se autem glorietᷓ xpianum qui nomen habet & facta non habet. Vbi autē nomen secutū fuerit opus· certissime ille est xpianus· qa se factis ostendit xpi/anum· ambulans sicut & ille ambulauit· a quo & nomē traxit.

Catholicus vniuersalis siue generalis interpretatur. Nā graeci vniuersale catholicon vocant. Orthodoxus est recte credens· & ut credit recte viuens. Ortho enim graece recte dicitur· doxo glorie· hoc est vir recte glorie· quo nomine nō potest vocari q aliter viuit q̄m credit Neophitus graece latine nouellus & ru dis fidelis· vel nuper renatus interpretari potest Cathecumi/nus dictus· pro eo q̄ adhuc doctrinā fidei audit· necdum tamē baptismum percepit. Nam cathecuminus grece auditor dicitur.

Competens vocatur· quia post instructionem fidei cōpetit gratiam xpi· inde & a petendo competentes vocati Laicus po pularis. Laos enim graece populus dicitur. Proselitus id est aduena & circumcisus· qui miscebatur populo dei· graecum est

Finit liber. Septimus

INCIPIT · LIBER · OCTAVVS · DE ECCLESIA · ET · SINAGOGA

ECCLESIA · GRAECVM · EST · QVOD · IN · LATINVM · VERTITVR · CONVOCATIO · PROPter ꝙ omnes ad se cõuocet. Catholica vniuersalis · id est secundum totum · non enim sicut conuenticula hereticorum in aliquibus regionum partibus coartatur · sed per totũ terrarũ orbem dilatata diffunditur · quod etiam apostolus approbat ad romanos dicens. Gratias ago deo meo pro omnibus vobis · quia fides vestra annunciatur in vniuerso mundo. Hinc & vniuersitas ab vno cognominata est · ꝓpter ꝙ in vnitatem colligitur. Vnde & dominus in euãgelio Qui mecum non colligit spargit. Cur autem ecclesia cũ vna sit a Iohanne · vii · scribuntur · nisi ut vna catholica septiformi plena spiritu designetur · sicut & de domino nouimus dixisse salemonem. Sapientia edificauit sibi domum · & excidit columnas · vii · que tamen · vii · vna esse non ambigit̃ · dicente apostolo. Ecclesia dei viui · que est columna & firmamentum veritatis. Inchoauit autẽ ecclesia a loco vbi venit de caelo spiritus sanctus · & impleuit vno loco sedentes. Pro peregrinatione autem pñti ecclesia sion dicitur · eo ꝙ ab huius peregrinationis longitudine posita promissionem rerum celestium speculetur · & idcirco sion id est speculatio nomen accepit Pro futura vero patrie pace hierusalem vocatur. Nam hierusalem pacis visio interpretatur. Ibi enĩ absorpta omni aduersitate pacem que xp̃us est presenti obtutu possidebit. Sinagoga graece latine congregatio dicitur · quod proprium nomen iudeorum populus tenuit. Ipsorũ enim proprie sinagoga dici solet · q̃muis & ecclesia dicta sit. Nostrã vero apostoli nunq̃m sinagogam dixerunt · sed semper ecclesiam · siue discernendi causa · siue ꝙ inter congregationem vnde sinagoga & conuocationem vnde ecclesia nomen accepit · distet aliquid · ꝙ scilicet congregari & pecora solent · quorum & greges ꝓprie dicimus congregari · conuocari autẽ magis est vtẽtium ratione · sicut sunt homines

De. Religione & fide Ca · ii

DOgma a putando philosophi nominauerunt· id est hoc puto esse bonum·hoc puto esse verum Religio appellata q per eam vni deo religamus animas nostras ad cultum diuinum vinculo seruiendi. Quod verbum cō positum est a religendo id est eligendo· ut ita latinum videatur religio sicut eligio. Tria sunt autem que in religiōis cultu ad colendum deum in hominibus perquiruntur·id est fides·spes· caritas. In fide quid credendum. In spe quid sperandum. In caritate quid sit amandum. Fides est qua veraciter credimus id quod nequaq̃m videre valemus. Nam credere iā nō possumus quod videmus. Proprie autem nomen fidei inde est dictum si omnino fiat quod dictum est aut ꝑmissum. Et inde fides vocata· ab eo q fit illud quod inter vtrosq; placitū est· quasi inter deum & hominem. Hinc & fedus Spes vocata· q sit pes progrediendi·quasi est pes. Vnde econtrario desperatio· deest enim ibi pes·nullaq; progrediendi facultas est·quia dum quisq; peccatum amat·futuram gloriam non sperat Caritas graece latine dilectio interpretatur· q duos in se illiget. Nam dilectio a duobus incipit·quod ē amor dei & proximi·de qua apostolus. Plenitudo inquit legis dilectio·maior est autem hec omnibus· qa qui diligit & credit·& sperat·qui autē non diligit q̃muis multa bona faciat frustra laborat. Omnis dilectio carnalis nō dilectio sed magis amor dici solet. Dilectionis autem nomen tātum in melioribus rebus accipi solet

De. Heresi &. Scismate Ca·iii

HEresis grece ab electione vocatur· q scilicet vnusq̄sq; id sibi eligat quod melius sibi esse videtur·ut philosophi paripotetici·achademici· epicurei·et stoici. Vel sicut alii qui peruersum dogma cogitātes· arbitrio suo de ecclesia recesserunt. Inde ergo heresis dicta graeca voce ex interpretatiōe electionis qua quisq; arbitrio suo ad instituenda siue ad suscipienda que libet ipse sibi eligit. Nobis vero nichil nostro ex arbitrio inducere licet· sed nec eligere· quod aliqui de arbitrio suo induxerint. Apostolos autem dei habemus auctores· qui ne ipsi quicq̃m ex suo arbitrio quod inducerent elegerunt·sed acceptā a xpo disciplinam fideliter nationibus assignauerunt. Itaq; & si etiam angelus de caelis aliter euangelisauerit anathema vocabit̄ Secta a sequendo & tenēdo nominata. Nam sectas dicimus

habitus animorum ac instituta circa disciplinam vel propositū quod tenendo sequuntur· longe alia in religionis cultu op pinā tes q̄m ceteri. Scisma ab scissura animorum nomen accepit· eodem enim cultu eodemq; ritu credit ut ceteri· solo ꝯgregacōis delectatur discidio. Fit autem scisma cum dicūt homines· nos iusti sumus· nos sanctificamus immundos·& cetera similia.

Supersticio dicta· eo ꝙ sit superflua·aut superstatuta obser/uatio. Alii dicunt a senibus· qui a multis annis superstites per etatem delirant & errant supersticione quadam nescientes·que vetera colunt·aut que veterum ignari asciscant. Lucrecius autē supersticionem dicit superstantium rerum id est caelestium & diuinorum que super nos stant· sed male dicit. Hereticorū autē dogmata ut facile possint agnosci·causas eorum vel nomina de monstrare oportuit De. Heresibus iudeorum Ca·iiii

Vdei confessores interpretantur·multos enim ex his sequit̄ con/fessio·quos antea perfidia possidebat Hebrei transitores dicū tur·quo nomine admonētur·ut de peioribus ad meliora trans/eant·& pristinos errores relinquant. Pharisei et saducei inter se contrarii sunt.Nam pharisei ex hebreo in latinum interpretā/tur diuisi· eo ꝙ traditionum & obseruationum quas illi deute/rosis vocant iusticiam preferunt.Vnde & diuisi vocantur a po pulo·quasi per iusticiam Saducei interpretantur iusti·vendi/cant enim sibi quod non sunt·corporis resurrectionem negant· & animam interire cum corpore predicant·Hi quinq; tantū li/bros legis recipiunt·prophetarum vaticinia respuunt. Esnei dicunt ipm esse xpm· qui docuit illos omnem abstinentiam.

Marbonei dicunt ipm esse xpm qui docuit illos in omni re sabbatizare Genistei dicti·eo ꝙ de genere abrahe eē se glorient̄ Nam cum in babiloniam venisset populus dei·pleriq; relinquē tes vxores suas babilonicis mulieribus adheserunt· quidam au tem israheliticis tantum coniugiis cōtenti vel ex eis geniti dum reuersi essent de babilonia diuiserunt se ab omni populo·& as/sumpserunt sibi hoc nomen iactantie Miristei appellati·eo ꝙ separant scripturas·non credentes omnibus prophetis· dicentes aliis & aliis spiritibus illos prophetasse.Meris enim graece lati/ne pars dicitur Samarite dicti· ꝙ legem solam custodiāt. Nā prophetas non recipiūt. Imerobaptiste·eo ꝙ quottidie vesti/mēta sua & corpora lauēt De. Heresibus xpianorū Ca·v

QVidam etiam heretici qui de ecclesia recesserũt ex no/
mine auctorum suorum nuncupantur. Quidam ve/
ro ex causis quas eligẽtes instituerunt. Simoniani
dicti a simone magice discipline perito· cui petrus in actibus
apostolorum maledixit· pro eo q̃ ab apostolis spiritus sancti
gratiam pecunia emere voluisset. Hi dicunt creaturam nõ a deo
sed a virtute quadam superna creatam Menandriani a menã
dro mago discipulo simonis nuncupati· qui mũdum nõ a deo
sed ab angelis factum esse asseruit Basilidiani a basilide appel
lati· qui inter reliquas blasphemias passum ihesum abnegauit.
Nicolaite dicti a nicolao diacono ecclesie hierosolimorum·q
cũ stephano & ceteris constitutus est a petro q propter pulcri/
tudinem relinquẽs vxorem dixerat·ut qui vellet ea vteret̃· versa
est in stuprum talis consuetudo· ut inuicem coniugia cõmuta/
rentur·quos. Iohannes in apocalipsi improbat dicens. Sed hoc
habes quia odisti facta nicolaitarum Gnostici propter excel/
lentiam scientie se ita appellare voluerunt. Animam naturã dei
esse dicunt·bonum & malum deum suis dogmatibus fingunt
Carpocraciani a carpocrate quodam vocãtur·qui dixit xp̃m
hominem fuisse tantum·& de vtroq; sexu progenitum Che/
rintiani a cherinto quodam nuncupati. Hi inter cetera circum/
cisionem obseruant·mille annos post resurrectionem in volup/
tate carnis futuros predicant. Vnde et graece ciliaste latine mili/
ciaste sunt appellati Nazareni dicti·qui dum xp̃m qui a vico
nazarenus est appellatus filium dei confiteantur· omnia tamen
veteris legis custodiunt Ofite a colubro nominati sunt·colu/
ber enim ofi dicitur. Colunt enim serpentem·dicentes ipsum in
paradisum induxisse virtutis cognitionem Valentiniani a va
lentino quodam platonico sectatore vocati· qui eonas id est se/
cula quedam in originem dei creatoris induxit· xp̃m quoq; de
virgie nichil corporis assumpsisse· sed per eã quasi per fistulam
transisse asseruit. Appellite quorum appelles princeps fuit·q
creatorem angelum nescio quem gloriosum superioris dei faci/
ens deum legis israhel illum igneũ affirmat Appellete quo℞
auctor appelles·qui dixit xp̃m non deum in veritate·sed homi/
nem in fantasia apparuisse Arconciani a principibus appellã
tur·qui vniuersitatem quam deus condidit opera esse archange
lorum defendunt. Adamiani vocati q̃ ade imitent̃ nuditatẽ

Vnde & nudi orant· & nudi inter se mares femineq; couenıunt
Caıniani proinde sic appellati·quō cain adorant Sethiani nomen acceperunt a filio adam·q vocatus est seth·dicentes eundem esse xp̄m. Melchisedechiani vocati ꝑ eo ꝙ melchisedech sacerdotem dei non hominem fuisse· sed virtutem dei esse arbitrantur. Angelici vocati·quia angelos colunt. Apostolici hoc sibi nomen ideo presumpserunt· ꝙ nichil possidentes proprium·nequaq̄m recipiūt eos qui aliquid in hoc mundo vtunt̄
Cerdoniani a cerdone quodam nominati·qui duo contraria principia asserūt. Marcioniste a marcione stoico philosopho appellati· qui cerdonis dogma secutus· alterum bonū·alterum iustum deum asseruit· tanq̄m duo principia creatoris & bonitatis. Arcoterite ab oblatione vocati·panem enim & caseum offerunt·dicentes·primis hominibus oblationē a fructibus terre & a fructibus ouium fuisse celebratam Aquarii appellati· eo ꝙ aquam solam offerunt in calice sacramenti. Seueriani a seuero exorti·vinum non bibunt· vetus testamentum & resurrectionem non recipiunt. Taciani a taciano quodam vocati· qui & encratice dicti·quia carnes abhominantur Alogii vocantur·tanq̄m sine verbo·logos enim graece verbum dicit̄· deū enim verbum non credunt·respuentes.Iohannis euangelium et apocalipsin. Catafrigis nomen prouincie catafrigia dedit·q̄a ibi extiterunt auctores eorum· montanus·prisca·& maximilla. Hi aduentum sancti spiritus non in apostolis sed in se traditū asserunt. Cataroe propter mundiciam ita se nominauerunt· gloriantes enim de suis meritis negant penitentibus veniā peccatorum·viduas si nupserint tanq̄m adulteras damnāt·mundiores se ceteris predicant·qui nomen suum si cognoscere vellent· mundanos se potius q̄m mundos vocarent Pauliani a paulo samosateno exorti sunt· qui dixit non semper fuisse xp̄m· sed a maria sumpsisse initium Ermogeniani ab ermogene quodā vocati qui materiam non natam introducens· deo non nato eā comparauit·matremq; elementorum ideam asseruit· quos apostolus improbat elementis seruientes. Manichei a quodam persa extiterūt·qui vocatus est manes.Hic duas naturas et substantias introduxit· id est bonam & malam· & animas ex deo quasi ex aliquo fonte manare asseruit·testamentum vetus respuunt·nouum ex parte recipiūt. Canoniani id est q latine sine

lege dicuntur Antropomorphite dicti·pro eo q̄ simplicitate rustica deū habere humana membra que in diuinis libris scripta sunt arbitrantur. Antropos enim graece latine homo interp̄tur·ignorantes vocem domini qui ait. Spiritus est deus. Incorporeus est enim nec membris distinguitur· nec corporis mole censetur. Eraclite ab eraclio auctore exorti·monachos tātum recipiunt· coniugia respuunt· regna caelorum paruulos habere non credunt Nouatiani a nouato romane vrbis prespitero exorti· qui aduersus cornelium cathedram pontificalem conatus inuadere·heresim instituit·nolens apostatas suscipere· & rebaptisans baptisatos. Montani heretici dicti·q̄ tempore persecutionis in montibus latuerūt·qua occasione se a catholice ecclesie corpore diuiserunt Ebionite ab ebione dicti·siue a paupertate xp̄m enim per prophetam solum verum iustum putāt effectū· Vnde competenter ebionite pro paupertate intelligentiae compellati sunt. Hi semiiudei sunt· & ita tenent euangelium ut legē carnaliter seruent· aduersus quos ad galathas apostolus scribēs inuenitur Fotiniani a fotinio gallo graecie firmie ep̄o nūcupati· qui ebionitarum heresim suscitans·asseruit xp̄m a maria p̄ ioseph nuptiali coitu fuisse conceptum Aeriani ab aerio quodam nūcupati sunt. Hi offerre sacrificium p̄ defunctis spernūt
Aethiani ab ethio sunt vocati. Idēq; eunomiani ab eunomio quodam dialectico aethii discipulo·ex cuius nomine magis innotuerunt· dissimilem patri asserentes filium· & filio spiritum sanctum. Dicunt etiam nullum imputare peccatum in fide manentium Origeniani ab origene auctore exorti sunt dicētes·q̄ non possit filius videre patrē·nec spiritus sanctus filiū. Animas quoq; mundi in principio dicunt peccasse· & pro diuersitate peccatorum e celis vsq; ad terras diuersa corpora quasi vincula meruisse·eaq; causa factum fuisse mundum Noetani a quodam noeto vocati·qui dicebat xp̄m eundem esse & patrem et spiritū sanctum· ipamq; trinitatem in officiorum nominibus non in personis accipiunt. Vnde & patripassiani vocantur·q̄a patrem passum dicūt. Sabelliani ab eodem noetho pullulasse dicunt cuius discipulum perhibent fuisse sabellium· ex cuius nomine maxime innotuerunt. Vnde & sabelliani vocati sunt. Hi vnam personam patris & filii & spiritus sancti astruunt. Arriani ab arrio alexādrino prespitero exorti sunt· q̄ coeternū patri filiū

non agnoſcens·diuerſas in trinitate ſubſtantias aſſeruit· contra illud quod ait dominus. Ego & pater vnum ſumus. Macedoniani a macedonio conſtantinopolitano epo dicti ſunt·negātes deum eſſe ſpiritū ſanctum Appollinariſte ab appollinare vocati ſunt·dicentes xpm corpus tantūmodo ſine aīa ſuſcepiſſe.

Antidicomarite appellati ſunt·pro eo ꝙ marie virginitati cōtradicunt· aſſerentes eam poſt xpm natum viro ſuo cōmixtam.

Metangis nominati·ideo tale nomen acceperūt·quia angios graece vas dicitur· aſſerunt enim ſic eſſe in patre filium tanq̄m vas minus intra vas maius Patriciani a quodam patricio nūcupati ſunt·qui ſubſtantiam humane carnis a diabolo conditā dicunt. Coluitiani a quodam coluito nominati·qui dicunt deum non facere malum· contra illud quod ſcriptum eſt. Ego dominus creans mala Floriani a florino qui ecōtrario dicūt deum creaſſe mala· contra illud quod ſcriptum eſt. Fecit deus omnia bona. Donatiſte a donato quodam afro nuncupati· qui de numidia veniens· totam pene affricam ſua perſuaſione decepit·aſſerens minorem patre filium·& minorem filio ſpiritū ſanctum·& rebaptiſans catholicos Bonoſiani a bonoſo quodam epo exorti produntur· qui xpm filium dei adoptiuū non propriū aſſerunt. Circelliones dicti·eo ꝙ agreſtes ſunt·quos cotopitas vocant·ſupradicte hereſis habētes doctrinā. Hi amore martirii ſemetipos perimūt·ut violenter de hac vita diſcedentes martires nominentur. Priſcillianiſte a priſcilliano vocati· qui in hiſpania ex errore gnoſticorū & manicheorū permixtū dogma compoſuit. Luciferiani a lucifero ſirmie epo orti qui epiſcopos catholicos·qui conſtancii perſecutione perfidie arrianorum conſentientes erant·et poſtea correcti redire in catholicā delegerunt damnantes·ſiue quod crediderant· ſiue quod crediſſe ſimulauerant·quos eccleſia catholica materno recepit ſinu· tanq̄m petrum poſt fletum negationis Hanc illi matris caritatem ſuperbe accipientes eoſq; recipere nolentes a communione eccleſie receſſerunt·& cum ipo lucifero auctore ſuo q mane oriebatur cadere meruerunt. Iouinianiſte a iouiniano quodam monacho dicti·aſſerentes nullam nuptiarum & virginum eſſe diſtantiam·nullumq; inter abſtinentes & ſimpliciter epulantes· eſſe diſcrimen Eluidiani ab eluidio nominati·qui dicūt poſt natū xpm alios mariā filios de viro ioſeph pepiſſe. Patriani

a paterno quodã exorti qui inferiores corporis partes a diabolo factas oppinantur. Arabici nuncupati·eo ꝙ in arabia exorti sunt·dicentes animã cũ corpore mori·atq; in nouissimo vtrũq; resurgere Tertullianiste dicti a tertulliano prespitero affricane prouinciae ciuitatis carthaginensis· qui & inter ceteras hereses animam immortalem esse sed corpoream predicantes· & anias hominum peccatorum post mortem in demones verti putantes Tesseresdecadice dicti·ꝙ·xiiii·luna pascha cum iudeis obseruandum contendunt. Nam tesseres quatuor·deca decem significat Victages a somno nuncupati·ꝙ vigilias noctis respuant·superstitionem esse dicẽtes iura temerare diuina· q noctem ad requiem tribuit Pelagiani a pelagio monacho exorti. Hi liberum arbitrium diuine gratie anteponunt· dicentes sufficere voluntatem ad implenda iussa diuina. Nestoriani a nestorio constantinopolitano epo nũcupati· q beatam virginem mariã non dei sed homĩs tantũmodo asseruit genitricem·ut aliã personam carnis·aliam faceret deitatis· nec vnũ xp̄m in verbo dei & carne credidit· sed separatim atq; seiunctim alterum filium dei· alterum homĩs predicauit Euticiani dicti·ab euticio constãtinopolitano abbate· qui xp̄m post humanam assumptionem negauit existere de duabus naturis·sed solam in eo asseruit diuinam naturam esse. Acephali dicti id est sine capite·quẽ secũtur heretici. Nullus enim eorum reperitur auctor a quo exorti sint. Hi trium calcedonensium capitulorum impugnatores duarum in xp̄o substantiarũ proprietatẽ negãt·& vnã in eius persona naturam predicant. Theodosiani & gaianite appellati a theodosio & gaiano·qui tẽporibus iustiniani principis in alexandria populi peruersi electione vno die sunt ordinati episcopi· Hi errores euticetis & dioscori sequentes calcedonense conciliũ respuũt·ex duabus vnam in xp̄o naturam asserũt· quam theodosiani corruptam·gaianite incorruptam cõtendunt. Gnoite et tritogite a theodosianis exorti sunt.Ex q̄bus gnoite ob ignorãtiam dicti· quia peruersitati a qua exorti sunt id adiciũt· ꝙ xp̄i diuinitas ignoret futura·que sunt scripta de die & hora nouissima non recordantes xp̄i personam in esaia loquentis. Dies iudicii in corde meo Tritoite vero vocati·ꝙ sicut tres personas in trinitate·ita quoq; tres astruũt deos eẽ·cõtra illud quod scriptum est.Audi israhel·dominus deus tuus deus vnus ẽ. Sunt

& alie hereses sine auctore & sine nominibus. Ex quibus alie triformem putantes deum esse. Alie xpi diuinitatem passibilem dicũt. Alie xpi de patre natiuitati initium temporis dant. Alie liberatiõem hominum apud inferos factam xpi descensionem non credunt. Alie animã imaginem dei negant. Alie animas conuerti in demones & in quecunq; animalia existimant. Alie de mundi statu dissentiunt. Alie innumerabiles mundos oppinantur. Alie aquam deo coeternam faciũt. Alie nudis pedibus ambulant. Alie cum hominibus non manducant. He sunt hereses aduersus catholicã fidẽ exorte· & ab apostolis & a sanctis patribus & conciliis predamnate· que dum in se multis erroribus diuise· inuicem sibi dissentiunt· cõmuni tamen nomine aduersus ecclesiam dei conspirant. Sed & quicunq; aliter scripturã sanctam intelligit· q̃m sensus spiritus sancti flagitat· a quo conscripta est· licet de ecclesia nõ recesserit· tamen hereticus appellari potest

De. Philosophis gentium Ca· vi

Philosophi graeca appellatione vocantur· qui latine amatores sapientie interpretantur. Est enim philosophus qui diuinarum & humanarum rerũ scientiam habet· & omnem bene viuendi tramitem habet. Nomen philosophorum primum a pitagora ferunt exortũ. Nam dum antea graeci veteres sophistas id est sapientes aut doctores sapiẽtie semetipsos iactantius nominarent· iste interrogatus quid ꝓfiteretur· verecundo nomine philosophum id est amatorem sapientie se esse respondit· quoniam sapientem profiteri arrogantissimum videbatur. Ita deinceps posteris placuit· ut quãtalibet de rebus ad sapientiam pertinentibus doctrina quisq; vel sibi vel aliis videretur excellere· non nisi philosophus vocaretur. Idem autẽ philosophi triplici genere diuidunt. Nam aut phisici sunt· aut ethici· aut logici. Phisici dicti qui de naturis tractant. Natura quippe phisis graece vocatur. Ethici q a de moribus disputant· mos enim apud graecos ethis appellatur. Logici autẽ quia in naturis & moribus rationem adiungunt. Ratio enim graece logos dicitur. Diuisi sunt autem & hi in heresibus suis habentes quidem nomina ex autoribus· ut platonici· epicurei· pitagorici. Alii a locis conuenticulorum & stationum suarum· ut paripatetici· stoici· achademici. Platonici a platone philosopho dicti. Hi enim animarum creatorem esse deum· corporum

angelos asserunt· & post multos annorum circulos in diuersa corpora redire animas dicunt Stoici a loco dicti·porticus eni fuit athenis quã appellabant· in qua picta erãt gesta sapientium atq; virorum fortium historie. In hac porticu sapientes philosophabantur· ex qua & stoici dicti sunt. Graece enim porticus stoa dicitur. Hanc sectam primus zeno instituit Hi negãt sine virtute effici quẽquam beatum. Omne peccatum vniforme esse asserunt·dicentes sic ille nocens erit· qui paleas furatus fuerit·q̃m qui aurum·qui mergum occiderit·q̃m q equũ non enim animal crimen·sed animus facit. Hi etiam animã cũ corpore perire dicunt. Animam quoq; virtutem continẽtie esse negant·affectant gloriam eternam· cum se fateant̃ non esse eternos. Achademici appellati de villa platonis achademia athenarum·vbi idem plato docebat. Hi omnia incerta oppinantur· sed sicut fatẽdum est multa incerta & occulta esse q̃ voluit deus excedere hominis intelligẽtiam·sic tam plurima esse que possint & sensus penetratione comprehendi. Hanc sectam archesilaus cirinaicus philosophus reperit·cuius sectator fuit democritus· qui dixit tanq̃m in puteo alto·ita ut fundus nullus sit·ita in occulto iacere veritatem Paripatetici a deambulatiõe dicti·eo ꝙ Arestoteles auctor eorum deambulans disputare solitus esset. Hi dicũt quandam particulam anime esse eternam· de reliquo magna ex parte mortalem Cinici ab immũdicia impudicicie nuncupati. Contra humanam enim verecundiam in propatulo coire cum coniugibus ei mos erat·censentes licitum & honestũ esse palam cum vxoribus concumbere· quia coniugium iustũ ẽ publice id predicantes agẽdum esse· ut canes in uicis vel plateis· Vnde & a canibus quorum vitam imitabantur etiam vocabulum nomenq; traxerunt. Epicurei dicti ab epicuro quodam philosopho amatore vanitatis non sapientiae· quem etiam ipsi philosophi porcum nominauerunt·quasi volutans in ceno carnali· voluptatem carnis summum bonum asserens· qui etiam dixit nulla ꝓuidentia diuina instructum esse aut regi mũdum sed originem rerum athomis id est insecabilibus ac solidis corporibus assignauit· quorum fortuitis concursionibus vniuersa nascantur·& nata sint. Asseruit autem deum nichil agere· omĩa constare corporibus·animã nichil aliud esse q̃m corpus. Vnde & dixit non ero postea q̃m mortuus fuero. Gimnosophiste

nudi per opacas indie solitudines perhibentur philosophari ad bibentes tãtum genitalibus tegmina. Gimno enim ex eo dictũ est ꝙ iuuenes nudi exercẽtur in campo·vbi pudenda sola tantũ operiunt. Hi & a generando se cohibent. Theologi aũt idem sunt qui et phisici. Dicti autem theologi·quoniã in scriptis suis de deo dixerunt·quorum varia constat oppinio· quid deus eẽt dum quererent. Quidam enim corporeo sensu hunc mundum visibilem ex quatuor elementis deum esse dixerũt· ut dionisius stoicus. Alii vero specialiter intellexerunt mentem esse deum·ut tales milesius. Quidam animum in omnibus commanentẽ & lucidum·ut pitagoras. Quidam deum sine tempore incommutabilem·ut plato. Quidam mentem solutam ·ut cicero. Quidam & mentem et spiritu m·ut varro. Inuentum enim solummodo deum non ut inuenerunt exposuerunt· quia euanuerunt in cogitationibus suis·dicentes enim se esse sapientes·stulti facti sunt. Item. Platonici quidem deum curatorem & arbitrem & iudicẽ asserunt. Epicurei ociosum & inexercitatum. De mundo autẽ Platonici affirmãt incorporalem. Stoici corporalem. Epicurus athomis. Pitagoras ex numeris. Eraclitus ex igne. Vnde & varro ignem mũdi animum dicit· proinde ꝙ in mundo ignis oĩa gubernet· sicut animus in nobis. Quamuanissime qui cum est inquit in nobis ipi sumus· cum exit emorimur. Ergo & ignis cum de mundo per fulgura proficiscitur·mundus emorit̃. Hi philosophorum errores etiam & apud ecclesiam induxerunt hereses. Inde eonas et forme nescio que inde apud arrium trinitas nomis· & apud valentinum platonicus furor. Inde marcionis deus melior de tranquillitate· ab stoicis enim venerat· & ut aĩa interire dicatur epicurus obseruatur· et ut carnis resurrectio negetur de vana omnium philosophorum scola sumitur· & vbi materia cum deo equatur·zenonis disciplina est· & vbi quid de igneo deo legitur eraclitus interuenit. Eadem materia apud hereticos & philosophos volutatur· id est retractatus implicatur.

De. Poetis Ca·vii.

Poete vnde sint dicti· sic ait tranquillus. Cum primũ homines exuta feritate rationẽ vitae habere cepissent· seq; ac deos suos nosse·cultum modicum·ac sermonẽ necessarium commentis sibi vtrisq; magnificentiã ad religionẽ deorũ suoꝝ excogitauerũt. Igit̃ ut tẽpla illis domibus pulcriora·

& simulacbra corporibus ampliora faciebāt· ita eloquio &iam quasi angustiore honorandos putauerunt· laudesq; eorum & verbis illustrioribus & iucundioribus numeris extulerunt. Id genus quia forma quadam efficitur que poetes dicitur·poema vocitatu est·eiusq; fictores poete. Vates a vi mētis appellatos varro auctor est. Vel a vehendis carminibus id est flectendis· hoc est modulandis·& proinde poete·latine vates· olim et scripta eorum vaticinia dicebantur· q vi quadam & quasi vesānia in scribendo cōmouerentur. Vel q modis verba connecterent. Antiquis viere pro vincere ponentibus &iam per furoré Diuini eodem erant nomine·q a & ipi quoq; pleraq; versibus efferebāt Lirici poete dicti a potulirin·id est a varietate carminū Vnde et lira dicta Tragedi dicti·q initio canentibus premiū erat hircus·quem greci tragos vocant. Vnde & oracius.Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum. Iam dehinc sequentes tragici multū honoré adepti sunt excellentes in argumentis fabularū ad veritatis imaginé fictis Comedi appellati sunt siue a loco·quia circū pagos agebant·quos graeci comas vocāt· siue a consumatione·solebant enim post cibum homines ad eos audiendos venire. Sed comici priuatorū hominū predicant acta. Tragici vero respublicas & regū historias.Item tragicorū argumenta ex rebus luctuosis sunt. Comicorū ex rebus letis. Duo sunt auté genera comicorū·id est veteres & noui. Veteres q & ioco ridiculares extiterunt·ut plautus·actius·terentius.Noui q & satirici a quibus generaliter vicia carpūtur·ut flaccus·persius iuuenalis vel alii.Hi enim vniuersorū delicta corripiūt·nec vetabatur eis pessimū queq; describere·nec cuiuslibet peccata moresq; reprehendere.Vnde et nudi pinguntur·eo q per eos vicia singula denudentur. Satirici autem dicti siue q pleni sint oī facūdia·siue a saturitate & copia.De pluribus enim simul rebus loquuntur·siue ab illa lance que diuersis frugū vel pomorū generibus ad templa gentilium solebat deferri· aut a satiris nomé tractū·qui multa habent ea que per vinolentiā dicuntur. Quidam autem poete theologi dicti sunt· quoniā de dis carmina faciebant. Officium autem poete in eo est·ut ea que vera gesta sunt·in alias species obliquas figurationibus cum decore aliquo conuersa transducat. Vnde & lucanus ideo in numero poetarū non ponitur· quia videtur historias composuisse non poema.

Apud poetas autem tres caracteres esse dicendi. Vnum in quo tãtum poeta loquitur·ut est in libris virgilii georgicorũ. Aliud dragmaticum in quo nusq̃m poeta loquit̃· ut est in cõmediis & tragediis. Tercium cenon mixtum·ut est in eneide. Nam poeta illic & introducte persone loquuntur.

De. Sibillis · Ca·viii

Sibille generaliter dicũtur omnes femine vates linguã graeca. Nam sios eolico sermone deus·belen greci mẽtem nuncupant· quasi dei mentem. Proinde igit̃ q̃a diuinam voluntatem hominibus interpretari solebãt sibille nominate sunt. Sicut enim omnis vir prophetans vel vates dicit̃ vel propheta·ita omnis foemina prophetans sibilla vocat̃· quod nomen ex officio non ex proprietate vocabuli est Decem aũt sibille a doctissimis auctoribus fuisse traduntur. Quarũ prima de persis fuit. Secũda libica. Tercia delphica·in templo delphici apollinis genita·que ante troiana boella vaticinata ẽ·cuius plurimos versus opi suo homerus inseruit. Quarta cimeria in italia. Quinta eritrea nomine erophila in babilone orta·que grecis ilium petentibus vaticinata est perituram esse troiam·& homerum mendacia scripturum. Dicta autem eritrea·quia in eadem insula eius inuenta sunt carmina. Sexta samia que phemonote dicta est·a samo insula vnde fuit cognominata. Septĩa cumana nomine emalthea·que nouem libros attulit tarquinio prisco·in quibus erant decreta romana conscripta. Ipsa est & cimea·de q̃ virgilius. Vltima cimei venit iam carminis aetas. Dicta autem cumana a ciuitate cumas· que est in campania· cuius sepulcrũ in sicilia adhuc manet. Octaua hellespõtica·in agro troiano nata·quae scribitur solonis & ciri fuisse temporibus. Nona frigia· quae vaticinata est ancire. Decima tiburtim· nomine albunea. Quarum omnium carmina efferuntur· in quibus de deo & de xpo & de gentibus multa scripsisse manifestissime cõprobant̃. Celebrior autem inter ceteras ac nobilior eritrea perhibetur.

De. Magis Ca·viiii

Magorum primus. Zoroastres rex bactrianoꝝ· quem Ninus rex assiriorum prelio interfecit· de quo arestoteles scribit· ꝙ vicies centum milia versuum ab ipso condita indiciis voluminũ declarẽtur. Hanc artem multa post secula democritus ampliauit·quando & ypocrates medicinae

disciplina effloruit. Apud assirios autem magice artes copiose sunt testante lucano. Quis noscere fibra facta queat. Quis ꝓdat aues· quis fulgura caeli. Seruet & assiria scrutetur sidera cura? Itaq; haec vanitas magicarum artium ex traditione angelorum malorum in toto terrarum orbe plurimis seculis inualuit. Per quandam scientiam futurorum & infernorum & inuocatiões eorum inuenta sunt aruspicia· augurationes· & ipa que dicũtur oracula· & nigromantia. Hec mirum de magorum prestigiis· quorum in tantum prodiere maleficiorum artes· ut etiã moysi similimis signis resisterent· vertentes virgas in dracones· aquas in sanguinem Fertur et quedam maga famosissima circe· que socios vlixis mutauit in bestias Legitur et de sacrificio quod archades deo suo liceo immolabat· ex quo quicũq; sumerent· in bestiarum formas conuertebantur. Hinc apparet non esse in totum dubium quod nobilis ille poeta scripsit de quadam femĩa quae magicis artibus excellebat. Haec inquit se carminibus ꝓmittit soluere mentes. Quas velit ast aliis duras emittere curas. Sistere aquam fluuiis· & vertere sidera retro. Nocturnosq; sciet manes mugire videbis. Sub pedibus terram· & descendere mõtibus hornos. Quid plura? sic credere fas est de phitonissa· ut ꝓphete samuelis animam de inferni abditis reuocaret· & viuorũ presentaret conspectibus· si tamen animam prophete fuisse credamus· & nõ aliquam fantasmaticam illusionem sathane fallacia factam. Prudentius quoq; de mercurio sic ait. Tradiẽ extinctas sumpto moderamĩe virge. In lucem reuocasse animas· ast alios damnasse neci. Et post paululum adiecit. Murmure nã magico tenues excire figuras. Atq; sepulchrales scite incantare fauillas. Vita itidem spoliare alios ars noxia nouit Magi sunt q vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. Hi & elementa concutiũt· turbant mentes hominum· ac sine vllo veneni haustu violentia tantum carminis interimunt. Vnde et lucanus. Mens hausti nulla sanie polluta veneni incantata perit. Demonibus enim accitis audent ventilare. Vt quisq; suos perimat malis artibus inimicos. Hi etiam sanguine vtunẽ & victimis· et sepe contingunt corpora mortuorũ Nigromantii sunt quorum precantationibus videntur resuscitati mortui diuinare & ad interrogata respondere. Nicro enim graece mortuus· mantia diuinatio nũcupatur· ad quos sciscitãdos cadaueris sanguis

aducitur. Nam amare demones sanguine dicunt· ideoqз quoties nigromantia fit· cruor aqua miscet· ut colore sanguinis facilius prouocentur Ydrgmantii ab aqua dicti· est enim ydromācia in aque inspectiōe· vmbras demonum euocare· & imagines vel ludificationes eorum videre· ibiqз aliqua ab eis audire. Vbi adhi bito sanguine etiam inferos perhibentur sciscitari. Quod genus diuinationis a persis dicitur allatum Varro dicit diuinatiōis quatuor esse genera· terram· aquam· aerem· & ignem. Hinc geo mantiam· ydromantiam· eromantiam· piromātiam dictam cō/ stat. Diuini dicti quasi deo pleni· diuinitate enim se plenos assimulant· & astucia quadam fraudulenta hominibus futura coniectant Duo sunt autem genera diuinationis· ars· et furor

Incantatores dicti sunt qui artem verbis peragunt. Arioli vocati· propter ꝙ circa aras idolorum nefarias praeces emittunt et funesta sacrificia offerunt. Hisqз celebritatibus demonum re/ sponsa accipiunt Aruspices nuncupati· quasi horaꝝ inspecto/ res. Dies eni & horas in agendis negociis operibusqз custodiūt & quid per singula tempora obseruare debeat homo intēdunt· Hi &iam exta pecudum inspiciunt· & ex his futura predicunt.

Augures vero sunt qui volatus auium & voces intendunt· aliaqз signa rerum vel obseruationes improuisas hominibus oc currentes. Idem & auspices. Nam auspicia sunt· quae iter facien/ tes obseruant. Dicta sunt autem auspicia· quasi auium aspicia. Et auguria quasi auium garria· hoc est auium voces et linguas Item augurium quasi auigeriū· quod aues gerunt Duo sunt autem genera auspiciorū. Vnum ad oculos. Alterum ad aures pertinēs. Ad oculos scilicet volatus Ad aures· vox auiū Phi/ tonisse a phitio appolline dicte· ꝙ his auctor fuerit diuinandi.

Astrologi dicti· eo ꝙ in astris auguriantur Genediaci ap/ pellati· propter natalium considerationem dierum. Geneses eni hominum per duodecim caeli signa describunt· siderūqз cursu nascentium· mores· actus· & euentus predicare conantur· id est quis quali signo fuerit natus· aut quem effectum habeat vite q nascitur. Hi sunt qui vulgo mathematici vocantur· cuius sup/ sticionis genus constellationes latini vocant· id est notationes siderum· quomodo se habeat cum quisqз nascitur. Primū autē idem stellarū interpretes magi nūcupabanт· sicut de his legitur qui in euangelio natum xp̄m annunciauerūt· postea hoc noīe

soli mathematici. Cuius artis scientia vsq; ad euangelium fuit concessa· ut xp̄o edito nemo exinde natiuitatem alicuius de celo interpretaretur Horoscopi dicti· ꝙ horas natiuitatis hominū speculantur· dissimili & diuerso fatu. Sortilogi sunt qui sub nomine ficte religiōis per quasdam quas sanctorum sortes vo/cant diuinationis scientiam profitentur· aut quarumcūq; scrip/turarum inspectione futura ꝓmittūt Salisatores vocati sunt quia dum eis membrorū quecunq; partes salierint· aliquid sibi exinde prosperum seu triste significare predicunt. Ad hec omīa pertinent & ligature execrabilium remediorū· que ars medicoꝝ condemnat· siue in precantationibus· siue in caracteribus· vel in quibuscunq; rebus suspendendis atq; ligandis. In quibus om/nibus ars demonum est ex quadam pestiferum societate hoīm & angelorum malorū exorta. Vnde cuncta vitanda sunt a xp̄i/ano· & omni penitus execratione repudianda atq; damnanda.

Augurium autem auium friges primum inuenerūt. Tribus autem modis omne augurium constat· videlicet volatu· gestu· cantu. Cum enim ante hominem auis recta semita sine sonitu volare videtur· prosperitatis pro certo iter erit. Si autem bis vel ter in obliquo ante hominis conspectum volatum fecerit· inde prosperitas praedicat̄· si sine garrulitate hoc factū fuerit. Cū aūt hominis latus dextrum transierit· si sine sonitu fuerit· prosperū habetur. Si sinistrum· ac non cum sonitu vel cum sono· inpro/sperum iudicabitur. Retro si non cum sono vel cum sono vola/tum fecerit· malum profecto opinabitur. Cum enim volauerit ante domum vel hominem ingenti cum strepitu· sinistrum iu/dicabitur. Si vero ante hominem in via plane steterit· ac hilarē eunti per viam se exhibuerit· prosperitatis signum erit. Verū si cum rostro pennas euellerit ꝙ sanguis a carne exierit· sinistrū omnibus modis iudicabitur. Cum enī auis in obliquo domus tecto steterit· vel in arbore· si rostro lignum in quo sederit per/cusserit· & contra orientem inclinauerit· mali euentus signum erit. Si vero itidem in occidente fecerit· perniciei iudicabitur. Si in domum sine sonitu intrauerit· ac exierit· dextri euētus signū erit. Verū si in domus summitate sederit· ac multū clamauerit· istic hospites aduenire significat. Mane si multū secus domum vociferauerit· noui aliquid venire iudicabitur. In sero si itidem fe/cerit· in modico tēpore atteretur. In meridie si multū clamauerit

dominus domus dicitur aduenire. Surſum ſi volauerit· ac clamando fortiter ad terram cum impetu venerit·perniciei dicitur adeſſe.Cum circa quatuor partes domus clamando ierit·inimicos domui paratos nocere omnino deſignat.Quae ſi altitudiné petierit·& ſupra domus tectum morata paulatim fuerit·dextri ſignum annunciabitur. Si in porta ſteterit· & contra illos qui in domo ſunt frequenter clamauerit·aliquorum perniciem demonſtrat.Si ante oſtium frequenter venerit· multumq; vociferauerit·quorundam mortem indicat.Si in curia ſteterit·nihilq; clamauerit ad nichilum ſpectat. Si in exitu domus aliquis obuiauerit·ſiniſtrum pro certo iter erit·& ab itinere diuertendum. Si in cetu volauerit· ſonitúq; magnum fecerit· futurũ prelium fore annunciabitur. Si ab altitudine aeris cum impetu ad terrá venerit·& diu ita morata fuerit·ſiniſtrum euentus erit. Si paleá a domo traxerit· & huc illucq; diſparſerit bõa domus deſtruere indicat.Tantum vero ſi paleam diſtraxerit· ſiniſtri ſignum annotabitur.In oſtio domus ſi ſederit·& frequenter vociferauerit· hoſpitum ſignũ erit. Si infra oſtium domus venerit·amici aduentus oppinabitur.Si ſepe ad domum venerit·amicorum frequentia erit. Tarde ſi venerit·amicorum ceſſabit frequentia. Si pedes lacerauerit· ſiniſtri ſignum manifeſtabitur. Si pẽnas ſibi extraxerit·ſiniſtrum omnino deſignabitur. Si inter ſe boellum ingerunt·ac multum vociferando dilacerauerint· boellum venturum denunciant.Cum autem auis in cãtu ſe delectata fuerit· dextri ſignum manifeſtabitur Preſtigiũ vero mercurius primus dicitur inueniſſe. Dictum autem preſtigium ꝙ preſtringat aciem oculorum. Auruſpicine arté primus ex tuſcis tradidiſſe dicitur quidam ſtages.Hic ex horis auruſpicinam dictauit· & poſtea nõ apparuit. Nam dicitur fabuloſe arante quodá ruſtico ſubito hunc ex glebis exiluiſſe·& auruſpicinam dictaſſe qua die & mortuus eſt· quos libros romani ex tuſca lingua in propriam mutauerunt

De·Paganis Ca·x

Pagani ex pagis athenienſium dicti· vbi exorti ſunt. Ibi enim in locis agreſtibus & pagis gentiles lucos idolaq; ſtatuerunt· et a tali initio vocabulum pagani ſortiti ſunt Gentiles ſunt qui ſine legẽ ſunt·& nondum crediderunt. Dicti autem gentiles·quia ita ſunt ut fuerunt geniti· id eſt ſicut in carné deſcenderũt ſub peccato·ſcilicet idolis ſeruiẽtes·

& necdum regenerati. Proinde gentiles primitus nuncupantur Ipsi dicuntur graeci ethnici. Ethnici enim ex graeco in latinũ interpretantur gentiles. ethnos enim grece gens dicitur. Post fidem autem non debent vocari gentes siue gentiles. hi qui ex gẽtibus credunt. sicut post fidem dici iã non potest iudeus. testante paulo apostolo & dicente iam xp̃ianis. Quoniam cũ gentes essetis hoc est infideles. Apostate dicũtur qui post baptismũ xp̃i susceptum ad idolorum cultum & sacrificiorum contaminationes reuertuntur. Est autem nomen graecum

Ethnici

Apostate

De. Diis gentium Ca. xi

Quos autem pagani deos asserũt. homines olim fuisse produntur. & pro vniuscuiusq; vita vel meritis coli apud suos post mortem ceperunt. ut apud egiptum isis. apud cretam iouis. apud mauros iuba. apud latinos faunus. apud romanos quirinus. Eodem quoq; modo apud athenas minerua. apud samum iuno. apud paphos venus. apud lemnos vulcanus. apud naxos liber. apud delos appollo. In quorũ &iã laudibus accesserũt poete. & compositis carminibus in celum eos sustulerunt. Nam quorundam adinuentiones artiũ cultum peperisse dicuntur. ut esculapio medicina. vulcano fabrica. Ab actibus autem vocãtur. ut mercurius q mercibus preest. Liber a libertate. Fuerunt &iam et quidam viri fortes. aut vrbium cõditores. quibus mortuis. homines qui eos dilexerunt. simulacra finxerunt. ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione solatium. sed paulatim hunc errorẽ persuadentibus demonibus ita in posteris constat irrepsisse. ut quos illi pro sola nomĩs memoria honorauerunt. successores deos existimarent atq; colerẽt

Isis
Iupiter

Simulachrorum vsus exortus est. cum ex desiderio mortuorum constituerentur imagines vel effigies. tanq̃ m in caelum receptis. pro quibus se in terris demones colendi supposuerunt. et sibi sacrificare a deceptis & perditis suaserunt. Simulachra autẽ a similitudine nũcupata. eo q manu artificis ex lapide aliaue materia eorum vultus imitantur. in quorum honores finguñ Ergo simulachra vel ꝓ eo q sunt similia. vel pro eo q simulata atq; conficta vnde & facta sunt vel falsa. Et notandum q latinus sermo sit & nõ hebreus. Apud eos enim idolum siue simulachrum semel dicitur. Iudei dicunt q ismahel primus simulacrum luto fecerit. Gentiles autem primũ prometheũ simulacra

hominum de luto finxisse perhibent: ab ea natam esse artem si/
mulachrorum· & statuas fingendi. Vnde & poete ab eo hoies
primum factos esse confingunt figurate propter effigies. Apud
graecos autem cecrops·sub quo primum in area oliua orta est·
& athenienfium vrbs ex minerue appellatione nomē sortita ē.
Hic primus omnium iouem appellauit· simulacra reperit· aras
statuit·victīas immolauit·nequaq̄m istiusmodi rebus in grecia
vnq̄m visis Idolatria idolorū seruitus siue cultura interp̄tatur
Nam latria graece latine seruitus dicitur·que quantum ad verā
religionem attinet non nisi vni & soli deo debetur. Hanc sicut
impia superbia siue hominum siue demonum sibi exhiberi vel
iubet vel cupit·ita pia humilitas vel hominum vel angelorum
sanctorum sibi oblatā recusat·et cui debetur ostendit Idolum
autem est simulachrum quod humana effigie factum & conse
cratum est iuxta vocabuli interpretationem·idos enim grece for
mam sonat· & ab eo per diminutionē idolum deductum· eque
apud nos formulam facit. Igitur omīs forma vel formula ido/
lum se dici exposcit. Inde idolatria omnis circa·omne idolum·
famulatus & seruitus.Quidam vero latini ignorantes·grece im
perite dicunt idolum ex dolo sumpsisse nomen· qua diabolus
creature cultum diuini nominis inuexit. Demonas a graecis
dictos aiunt·quasi dempnas·id est peritos· vel rerum prescios·
presciūt enim futura multa. Vnde et solent responsa aliqua dare
Inest enim illis cognitio rerū plus q̄m infirmitati humane par/
tim subtilioris sensus acumine· partim experientia longissime
vitae·partim per dei iussum angelica reuelatione. Hi corporum
aeriorum natura vigent. Ante transgressionem quidem celestia
corpora gerebant·lapsi vero in aeriam qualitatem conuersi sunt
nec aeris illius puriora spacia· sed ista caliginosa teneri permissi
sunt·qui eis quasi carcer est vsq; ad tempus iudicii. Hi sunt pre/
uaricatores angeli·quorum princeps diabolus est Diabolus
hebraice dicitur deorsum fluens·quia quietus in caeli culmine
stare contempsit·sed superbie pondere deorsum corruens cecidit
Graece vero diabolus criminator vocat̄· vel q̄ crimina in que
ipe illicit·ad deum referat·vel quia electorum innocentiam cri/
minibus accuset fictis. Vndę & in apocalipsi voce angelica dici
tur. Proiectus est accusator fratrum nostrorum qui accusabat
illos ī conspectu dei nostri die ac nocte. Sathanas in latinū

ſonat aduerſarius ſiue tranſgreſſor. Ipſe eſt enim aduerſarius q eſt veritatis inimicus· & ſemper ſanctorum virtutibus cõtraire nititur. Ipſe & tranſgreſſor· quia preuaricator effectus in veritate qua conditus non ſtetit. Idem & temptator· quia temptandã iuſtorum innocentiã poſtulat· ſicut in iob ſcribitur Antixp̃s appellatur· quia contra xp̃m venturus eſt· non quomõ quidam ſimplices intelligunt antixp̃m ideo dictum· q̃ ante xp̃m venturus ſit· id eſt poſt eum veniat xp̃s· non ſic. Sed antixp̃s graece dicitur· quod eſt latine contrarius xp̃o. Anti enim grece in latinum contra ſignificat· xp̃m enim ſe mentietur dum venerit· & contra eum dimicabit· & aduerſabitur ſacramentis xp̃i· ut veritatis eius euangeliũ ſoluat. Nam & templum hieroſolimis reparare· & omnes veteris legis cerimonias reſtaurare temptabit. Sed & ille antixp̃s eſt qui negat eſſe dominum xp̃m· cõtrarius eſt enim· omnes enim qui exeunt de eccleſia· & ab vnitate fidei preciduntur· & ipi antixp̃i ſunt. Bel idolum babilonium eſt que interpretatur vetus· fuit enim hic belus pater nini primus rex aſſiriorum· quem quidam ſaturnũ appellant· quod nomen & apud aſſirios & apud afros poſtea cultũ eſt. Vnde et lingua punica bal deus dicitur. Apud aſſirios autem bel vocatur quadam ſacrorum ſuorum ratione et ſaturnus & ſol Beelphegor interpretatur ſimulachrum ignominie· idolum enim fuit moab cognomento baal ſuper montem phogor· quem latini priapũ vocant deum hortorũ· fuit enim de lapſaco ciuitate helleſponti de qua pulſus eſt· & propter virilis membri magnitudinem in numero deorũ ſuorum eũ graeci tranſtulerunt· & in nomine ſacrauerunt hortorũ. Vnde dicitur preeſſe hortis propter eorũ fecunditatem. Beelzebub idolum fuit accaron· quod interp̃tatur vir muſcarũ. Zebub autẽ muſca vocatur. Spurciſſimum igitur idolum· ideo vir muſcarũ vocatur propter ſordes idolatrie· ſiue propter immundiciã Belial ſine iugo. Belial hebraice bel dicĩt idolum niniuitaꝝ Vehemoth ex hebrea voce in latinã linguã animal ſonat· propter q̃ de excelſis ad terrã cecidit· & ꝑ merito ſuo ut animal brutũ effectus ſit. Ipſe eſt & leuiathan id eſt ſerpens de aquis· quia in huius ſeculi mari volubili verſaẽ aſtucia·

Leuiathan aũt interpretatur additamentũ eorũ quoꝝ ſcilicet niſi hominũ· quibus in paradiſo ſemel per culpã preuaritionis intulit mortẽ· & hãc vſq; ad eternã mortẽ quottidie pſuadendo

priapus deus hortorum

adducit vel extendit. Quedam autem nomina deorum suorum gentiles per vanas fabulas ad ratiões phisicas conant̃ traducere: eaq; in causis elementorum composita esse interpretantur. Sed hoc a poetis totum fictum est: ut deos suos ornarent aliq bus figuris: quos perditos ac dedecoris infamia plenos fuisse histo/rie confitentur. Omnino enim fingendi locus vacat vbi veritas cessat. Saturnus origo deorum tocius posteritatis a paganis designatur. Hunc latini a satu appellatum ferunt: quasi ad ipm satio omnium pertineat rerum. Vel a temporis longitudine: q; saturetur annis. Vnde & eum graeci cronos nomen habere di/cunt: id est tempus: q; filios suos fertur deuorasse: hoc est ãnos quos tempus produxerit in se reuoluit. Vel q; eo semina vnde oriuntur iterum redeunt. Hunc celi patris abscidisse genitalia di cunt: quia nichil in celo de seminibus nascitur. Falcem tenet in/quiunt: propter agriculturam significandam. Vel propter tem/pora & annos: q; in se redeant. Vel propter sapientiam q; intus acuta sit. In aliquibus autem ciuitatibus saturno liberos suos gẽ tiles immolabant: q; saturnum poete liberos suos deuorasse so/litum tradiderunt. Iouis fertur a iuuando dictus. Et iupiter quasi iuuans pater: hoc est omnibus prestans. Hunc et priuato titulo iouem optimum dixerunt: dum fuisset incestus in suis: impudicus in extraneis. Quem modo thaurum fingũt propter europe raptum. Fuit enim in naui cuius insigne erat thaurus. Modo danaes propter imbrem aureum appetisse concubitum: vbi intelligitur pudiciciam mulieris ab auro fuisse corruptam. Modo in similitudinem aquile fuisse: ꝓpter q; puerum ad stu/prum rapuerit. Modo serpẽtem quia reptauerit. Et cignum: q̃a cantauerit. Et ideo non figure iste sunt: sed plane de veritate sce/lera. Vnde turpe erat tales deos credi: quales homines esse nõ de beant Ianum dicũt quasi mundi vel caeli vel mensium ianu/am. Duas iani facies faciunt: propter orientem & occidentem. Cum vero faciunt eum quadrifrontem: & ianum geminũ ap/pellant: ad quatuor munpi partes hoc referunt. Vel ad qua/tuor elementa siue tempora. Sed dum hoc fingunt monstrum non deũ faciunt Neptunũ aquas mundi predicant: & dictus ab eis neptunus: quasi nube tonans Vulcanum volunt ignẽ esse: & dictus vulcanus quasi volans cãdor. Vel quasi volicanꝯ q; per aerẽ volet. Ignis enĩ e nubibus nascĩt. Vnde & homerus

dicit·eum precipitatum de aere in terras· ꝙ omne fulmē de aere cadit.Idcirco autem vulcanus de femore iunonis fingiṫ natus· ꝙ fulmina de imo aere nascuntur. Claudus autem dicitur vul/canus·quia per naturā nunq̄m rectus est ignis· sed quasi clau/dus eiusmodi speciem motumq; habet. Ideo autem in fabrorū fornace eundem auctorē dicunt· quia sine igne nullum metalli genus fundi extendiq; potest Pluton grece latine diespiter·vel dis pater·quem alii orcum vocant· quasi receptorem mortium. Vnde & orca nuncupatur vas quod recipit aquas.Ipse & grece caron. Liberum a liberamento appellatum volunt· ꝙ quasi mares in coeundo per eius beneficium emissis seminibus liberē tur.Ꝙ idem liber muliebri et delicato corpore pingitur·dicunt enim mulieres ei attributas & vinum· propter excitandam libi/dinem. Vnde & frons eius pampino cingitur. Sed ideo coronā viteam & cornu habet·quia cum grate & moderate vinum bi/bitur·leticiam prestat·cū vltra modum excitat lites· id est quasi cornua dat.Idem autem et lieus a potulien·ꝙ multo vino mem bra soluantur.Iste & graece dionisius a monte indie niso·vbi di/citur esse nutritus.Ceterum est et nisa ciuitas in qua coliṫ idem liber. Vnde niseus dictus est Mercurius sermonem interpre/tatur.Nam ideo mercurius quasi medius currens dicitur·appel latus ꝙ sermo currat inter homīes medius.Ideo & hermes gre ce·ꝙ sermo vel interpretatio que ad sermonem vtiq; pertinet er menia dicitur.Ideo & mercibus preesse·quia inter vendentes & ementes sermo sit medius.Qui ideo fingitur habere pennas·qa citius verba discurrūt. Vnde & velox & erraneus induciṫ·alas eius in capite & in pedibus significare volucrē fieri per aera ser/monem. Nuncium dictum· quoniam per sermonem omnia cogitata enunciantur.Ideo autem hunc furti magistrum dicūt· quia sermo animos audientium fallit. Virgam tenet qua serpē/tes diuidit·id est venena.Nam bellantes ac dissidentes interpre/tum oratione sedantur. Vnde & secundum liuium legati pacis caduceatores dicūtur. Sicut enim per fetiales boella indicebanṫ· ita pax per caduceatores fiebat.Ermes autem grece dicitur a po tesermenas latine interpres· qui ob virtutem multarū artiū sci/entiā termegistus· id est ter maximus noīatus est. Cur autē eū capite canino fingunt·haec ratio dicitur·ꝙ inter oīa animalia ca nis sagacissimū genus & perspicax habeatur. Martem deum

Bachus Coronā . Cornua

boelli esse dicunt· & martem appellatū· quia per viros pugnat· cum sit mars mas· licet & tria sint genera consuetudinum· sicut scitarum· vbi & viri & femine in pugnam eunt. Amazonū· vbi sole femine. Romanorum aliarumq; gentium· vbi soli mares. Ité martem dicunt quasi effectorem mortium. Nam a marte mors nuncupatur. Vnde & adulterum dicunt· quia boelligerantibus incertus est. Qꝑ vero nudo pectore stat· ut boello se quisq; sine formidine cordis obiciat. Mars autem apud graecos gradiuus dicitur· eo qꝑ in boello gradum inferant qui pugnant· aut q im pigre gradiantur Appollinem q̃muis diuinatorem & medicū vellent· ipm tamen solem etiam dixerunt· quasi solum. Ipm titan· quasi vnum ex titanis· quia boellum aduersum iouem nō fecit. Ipm phebum quasi ephebum· hoc est adolescētem. Vnde & sol puer pingitur· eo qꝑ quottidie oriatur· et noua luce nascat̄ Pithium quoq; eundem appollinem vocari aiunt a phitone im mense molis serpēte· cuius non magis venena q̃m magnitudo terrebat· hunc appollo sagittarum ictibus sternens· nois quoq; spolia reportauit· ut pithius vocaret̄. Vnde & ob insigne victorie pithia sacra celebrāda constituit. Dianam quoq; sororem eius similiter lunam & viarum presidem aiūt. Vnde & virginē volunt· quia via nichil pariat· & ideo ambo sagittas habere finguntur· qꝑ ipa duo sidera de caelo radios vsq; ad terras emittūt. Dianam autem vocatā quasi duanam· qꝑ luna die ac nocte appareat. Ipsam & lucinam asseuerant· eo qꝑ luceat. Eandem & triuiam· qꝑ tribus fingatur figuris· de qua virgilius. Tria virginis ora diane. Et eadem proserpina vocatur. Sed cum luna fingit̄· sublustri splendet amictu. Cum succincta iacit calamos latonia virgo est. Cum subnixa sedet solio plutonia coniunx. Latonia autem diana· eo qꝑ latonis fuerit filia Cererem id est terram a creandis frugibus asserūt dictam· appellantes eam nominibus plurimis. Dicūt etiam eam & opem· qꝑ opere melior fiat terra·

Proserpinam qꝑ ex ea proserpant fruges Vestam qꝑ herbis vel variis vestita sit rebus. Vel a vi sua stando Eandem & tellurem & matrem magnam fingunt turritam· cum timpano et gallo & strepitu cimbalorum. Matrem vocatam qꝑ plurima pariat. Magnam qꝑ cibum gignat. Almam· quia vniuersa animalia fructibus suis alit. Est enim alimentorum nutrix terra. Qꝑ simulachrum eius cum claui fingitur· quia tellus hieme claudit̄

vere apperitur·ut fruges nascant̃.Qꝫ timpanũ habet significare volunt orbem terrae. Qꝫ curru vehi dicitur· quia ipa est terra q̃ pendet in aere. Qꝫ sustinetur rotis·quia mundus rotatur & volubilis est. Qꝫ leones illi subiciunt mansuetos·ut ostẽdant nullum genus esse terrae tam ferum·quod non subigi possit aut superari ab ea.Qꝫ in capite turritam gestat coronam·ostendit suppositas terre ciuitates· quasi insignitas turribus ꝯstare. Qꝫ sedes fingũtur circa eã· quia cum omnia moueantur· ipam non moueri.Qꝫ coribantes eius ministri cum strictis gladiis esse fingũtur·ut significetur omnes ꝓ terra sua debere pugnare. Qꝫ gallos huic dee ut seruirent fecerunt· significant qui semine indigeant terram sequi oportere in ea·quippe omĩa reperire quod se apud eam iactant.Precipitur inquiunt·ut qui terram colunt·ne sedeãt semper enim esse quod agant. Cimbalorũ autem aut ereoꝝ sonitus ferramentorum crepitus in colendis agris·& ideo ere·qꝫ terram antiqui colebant ere·priusq̃̃m ferrum esset inuẽtum.Eandem vestam & ignem esse perhibent·quia terram ignẽ habere non est dubium·ut ex ethna vulcanoqꝫ datur intelligi. Et ideo virginem putant·quia ignis inuiolabile sit elementum·nichilqꝫ nasci posse ex eo·quippe q omnia que arripuerit absumat.Ouidius in fastis. Nec tu aliud vestam q̃̃m viuã intellige flammã. Nataqꝫ de flamma corpora nulla vides.Propterea & virgines ei seruire dicuntur·eo qꝫ sicut ex virgine· ita nichil ex igne nascat̃.

Iunonem dicunt quasi ianonem·id est ianuam pro purgationibus feminarum·eo qꝫ quasi portas matrũ naturam pandat· & nubentium maritis.Sed hoc philosophi. Poete autẽ iunonẽ iouis asserunt sororem & coniugẽ.Ignem enĩ & aerẽ iouẽ· aquã & terrã iunonẽ interpretant̃· quorũ duorũ cõmixtiõe vniuersa gignuntur.Et sororẽ dicũt· qꝫ mundi pars est.Coniugem qꝫ cõmixta corda tundit.Vnde & virgilius.Tum pater omnipotens fecundis imbribus ether.Coniugis in gremiũ descendit Minerua apud grecos athenas dicitur id est femina.Apud latinos autẽ mineruã vocatã· quasi deã & munus artiũ variarũ. Hanc enim inuentricẽ multorũ ingeniorũ perhibent·et inde eã artem & rationẽ interpretantur·quia sine ratione nichil potest cõtineri·que ratio quia ex solo animo nascitur· animũqꝫ putãt esse in capite & in cerebro·ideo eã dicunt de capite iouis esse natã· quia sensus sapientis qui inuenit oĩa· in capite est. In cuius pectore

ideo caput gorgonis fingitur· ꝙ illic est omnis prudentia· quae confundit alios & imperitos ac saxeos comprobat· quod & in antiquis imperatorum statuis cernimus in medio pectore lori ce·propter insinuandam sapientiam & virtutem. Hec minerua & tritonia dicitur· triton enim affrice palus est· circa quam fert virginali apparuisse etate·propter quod tritonia nuncupata est· Vnde & tanto procliuius dea credita est· quanto minus origo eius innotuit. Pallas autem dicta vel ab insula pallene in tra/cia·in qua nutrita est·vel a potu palleinco dori· id est ab hostis incursione·ab haste concussione·vel ꝙ pallantem gigantem oc/ciderit Venerem exinde dicunt nuncupatam· ꝙ sine vi femi/na virgo esse non desinat. Hanc graeci afrodin vocant·propter spumam sanguinis generantem. Afrodin enim grece spuma vo catur. Ꝙ autem fingũt saturnum celio patri genitalia abscidisse & sanguinem fluxisse in mari·atq; eo spuma maris cõcreta ve/nus nata est·illud aiunt quod per coitum salsi humoris substã/tia est· & inde afrodin venerem dici·quo coitus spuma est sang uinis·que ex suco viscerum liquido salsoq; constat. Ideo autem venerem vulcani dicunt vxorem·quia venerium officium non sine calore consistit. Vnde est. Frigidus in venerem senior. Nã ꝙ saturnus dicitur patri celio virilia amputasse que in mare ca/dentia venerem creauerunt· ideo fingit·quia nisi humor de celo in terram descenderit nichil creatur Cupidinem vocatũ ferũt propter amorem·est enim demon fornicationis·qui ideo alatus pingitur·quia nichil amantibus leuius· nichil mutabilius inue/nitur. Puer pingitur·quia stultus et irrationabilis amor est. Sa gittam & facem tenere fingitur·sagittam quia amor cor vulne/rat. Facem·quia inflammat Pan dicunt graeci·latini siluanũ deum rusticorum quem in nature similitudinem formauerũt. Vnde & pan dictus est·id est omne. Fingũt enim eum ex vni/uersali elementorum specie. Habet enim cornua in similitudinẽ radiorũ solis & lune. Distinctam maculis habet pellem·ꝓpter celi sidera. Rubet eius facies ad similitudinem etheris. Fistulam septem calamorum gestat·propter caeli armoniam·in quo septẽ sunt soni·& septem discrimina vocum. Villosus est· quia tellus conuestita est & agitur ventis. Pars eius inferior feda est· ꝓpter arbores & feras & pecudes. Caprinas vngulas habet·ut solidita tem terre ostendat· quem volunt rerum & tocius nature deum

Vnde et pan quasi omnia dicunt Vsis lingua egiptiorũ terra appellatur·quã isin volunt esse. Fuit enim isis regina egiptiorũ inachi regis filia·quae de grecia veniens egiptios litteras docuit & terras colere instituit·propter quod & terram eius nomie appellauerunt Serapis omnium maximus egiptiorũ deus·ipse est apis rex argiuorum· qui nauibus transuectus in aegiptũ cũ ibidem mortuus fuisset serapis appellatus est propterea·quia arca in qua mortuus ponitur· quam sarcophagum vocant· saros graece dicitur· & ibi eius venerari sepulcrũ ceperunt· priusq̃m templum eius esset instructũ·velut soros. Sed apis sorapis primo·deinde vna littera cõmutata serapis dictus est. Apis fuit aput egiptios thaurus serapi consecratus· & ab eo ita cognominatus· quem aegiptus instar numinis colebat· eo q; de futuris daret quedam manifesta signa. Apparebat enim in memphis quem centũ antistites prosequebantur·et repente velut limphatici precinebant. Huius capitis imaginẽ sibi in heremo iudei fecerunt Fauni a fando velut a potes fanes dicti·q; voce nõ signis ostendere futura viderentur· in lucis enim consulebantur a paganis·& responsa illis non signis sed vocibus dabant. Genium autẽ dicunt·q; quasi vim habeat omniũ rerũ gignendarum· seu a gignendis liberis. Vnde & geniales lecti dicebantur a genibus qui nouo marito sternebantur. Haec et alia sunt gentiliũ fabulosa figmenta·quae interpretata sic habentur· ut ea non intellecta damnabiliter tamen adorent. Fatum autẽ dicunt esse quicquid dii fantur· vel quicquid iupiter fatur. A fando igitur fatum dicũt id est a loquendo. Q; nisi hoc nomẽ iã in alia re soleret intelligi quo corda hominũ nolumus inclinare·rationabiliter possemus a fando fatũ appellare. Nõ enim abnuere possumus esse scriptũ in litteris sanctis. Semel locutus est deus·duo haec audiui & cetera. Q; enim dictum est·semel locutus est· intelligitur immobiliter·hoc est·incõmutabiliter est locutus·sicut nouit incõmutabiliter omnia que futura sunt·& que ipe facturus est. Tria autem fata fingunt· in colo & fuso digitisq; fila ex lana torquentibus·propter tria tempora·preteritum quod in fuso iam netum atq; inuolutum est·presens quod inter digitos nentis traicitur· futurum in lana· que colo implicata est·quod adhuc per digitos nentis ad fusum tanq̃m presens ad preteritũ traiciendum est. Parcas dicunt cata antifrasin appellatas q;

minime parcant·quas tres esse voluerunt. Vna que vitam hoīs ordiatur. Alteram que contexat. Terciam que rumpat. Incipimus enim cum nascimur. Sumus cū viuimus. Desinimus cū interimus. De quibus parcis dicitur hic versus. Cloco colum baiolat·lachesis trahit·atropos·ocat Fortunam a fortuitis nomen habere dicunt· quasi deam quandam res humanas variis casibus & fortuitis illudentem. Vnde & cecam appellant· eo ꝙ passim in quos libet incurrens sine vllo examine meritorum & ad bonos & ad malos venit. Fatum autem a fortuna separant· & fortunam quasi sit in his que fortuitu veniunt·nulla palam causā. Fatum vero appositum singulis & statutū aiunt Aiūt & tres furias feminas crinitas serpentibus· propter tres effectus quae in animis hominum multas perturbationes gignunt·& interdum cogunt ita delinquere·ut nec fame·nec periculo sui·respectum habere sui permittant. Ira que vindictam cupit. Cupiditas quae desiderat opes. Libido quae appetit voluptates. Que ideo furie appellant·quia stimulis suis mentem feriant·& qetā esse non sinant Nimphas deas aquarum·putant dictas a nubibus. Nam ex nubibus aque. Vnde et deriuatum est nimphas aquarum deas quasi numina limpharum. Ipsas autem dicūt & musas quas & nimphas·nec immerito. Nam aquae motus musicen efficit. Nimpharum apud gentiles varia sunt vocabula. Nimphas quippe montiū. Oreades dicunt Siluarū. Driades. Fontium. Amadriades Camporū. Nereides Maris. Naiades Heroas dicuntur a iunone traxisse nomen. Grece enim iuno hera appellatur. Et ideo nescio quis filius eius secundum graecorum fabulam heros fuit nūcupatus. Hoc videlicet velut misticū significante fabula· ꝙ aer iunoni deputetur·vbi volunt heroas habitare· quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum·quasi heroas id est viros aerios· & caelo dignos· propter sapientiam & fortitudinem. Penates gentiles dicebāt omnes deos quos domi colebant. Et penates dicti·ꝙ essent in penetrabilibus id est in secretis. Hi dii quomodo vocabantur· vel que noīa habuerint ignorat̄. Manes dictos esse deos ferūt mortuorum·quorū potestatem inter lunam & terram asserūt. A quibus & mane dictum existimant·quod eos putāt habere qui manos id est rarus est. Manes dictos· siue quia late manāt per auras· siue quia mites sunt in manibus·cōtrario nomīe hoc

appellantur. Apuleius autem ait·eos cata antifrasin dici manes hoc est mites ac modestos· cum sint terribiles & immanes· ut parcas·ut eumenides. Laruas ex hominibus factos demones aiunt·qui meriti mali fuerint. Quarum natura esse dicit·terrere paruulos·& in angulis garrire tenebrosis Lamias quas fabule tradunt infantes corripere ac laniare solitas a laniando specialiter dictas Pilosi qui graece panite·latine incubi appellantur·siue a vi ab ineundo passim cum animalibus. Vnde & incubi dicuntur ab incumbendo hoc est stuprãdo. Sepe enim improbi existunt &iam mulieribus·& earum peragũt concubitũ· quos demones galli dusias nuncupant· quia assidue hanc peragunt immundiciam. Quem autem vulgo incubonem vocant· hunc romani faunum ficarium dicũt·ad quem oratius dicit. Faune nimpharum fugientium amator. Per meos fines et aprica rura lenis incedas Finit liber ordine. Octauus

INCIPIT · LIBER · NONVS DE·LINGVIS · GENTIVM

LINGVARVM·DIVERSITAS·EXORTA · EST · IN · EDIFICATIONE · TVRRIS · POST · DILVVIũ· Nam priusq̃m superbia turris illius in diuersos signoꝝ sonos humanã diuideret societatem·vna omniũ nationũ lingua fuit· quae hebrea vocatur·qua patriarche & prophete vsi sunt nõ solum in sermonibus suis·verum &iam in litteris sacris Initio autem quot gentes tot lingue fuerunt. Deinde plures gẽtes q̃m lingue·quia ex vna lingua multe sunt gentes exorte. Lingue autem dicte in hoc loco pro verbis quae per linguam fiũt· genere locutionis illo·quo is qui efficit per id quod efficitur nominat̃ sicut os dici solet pro verbis·sicut manus pro litteris Tres autem lingue sunt sacre·hebrea·graeca·latina·quae toto orbe maxime excellunt. His enim linguis tribus super crucem domini a pilato fuit causa eius scripta. Vnde propter auctoritatem vel obscuritatem sanctarum scripturarum· harum trium linguarum cognitio necessaria est· ut ad alteram recurratur·dum siquã dubitationem nominis vel interpretationis sermo vnius linguae

attulerit Greca autem lingua inter ceteras gentium clarior habetur·est enim & latinis & omnibus linguis sonantior. Cuius varietas in quinq; partibus discernitur. Quarum prima dicitur tenedo id est mixta·siue communis·qua omnes vtuntur. Secūda attica·videlicet atheniensis·qua vsi sunt omnes grecie auctores. Tercia dorica·quam habent aegiptii & siri. Quarta ionica. Quinta eolica·qua se eolisti locutos dixerunt. Et sunt in obseruatione graece linguae eiusmodi certa discrimina. Sermo enim eorum ita est dispartitus Latinas autem linguas quatuor eē quidam dixerunt·id est· priscam·latinam· romanam· mixtam. Prisca est qua vetustissimi italie sub iano et saturno sunt vsi·incondita ut se habēt carmina saliorum. Latina· quam sub latino & regibus tusci & ceteri in latino sunt locuti· ex qua fuerūt·xii· tabule scripte. Romana que post reges exactos·a populo romano cepta est·qua neuius·plautus·ennius·virgilius poete·ex oratoribus graccus & cato & cicero vel ceteri effulserunt. Mixta q̄ post imperium latius promotū· simul cum moribus & hominibus in romanam ciuitatem irrupit·integritatem verbi per soleocismos & barbarismos corrumpens. Omnes autem orientis gentes in gutture linguam et verba collidunt·sicut hebrei & siri Omnes mediterranee gentes in palato sermones feriūt·sicut greci & asiani. Omnes occidentis gētes verba in dentibus frangūt· sicut itali & hispani. Sirus & chaldeus vicinus hebreo est in sermone consonans in plerisq; et litterarum sono. Quidam autem arbitrātur linguam ipam esse chaldeam· quia abraham de chaldeis fuit· q̄ꝫ si hoc recipitur· quomodo in danīele hebrei pueri linguam quam nouerant doceri iubentur. Omnem aūt linguā vnusquisq; hominum siue grecam·siue latinam· siue ceterarum gentium· aut audiendo potest tenere·aut legēdo·aut ex p̄ceptore accipere. Cum autem omnium linguarum scientia difficilis sit· cuiq̄m·nemo tamen tā desidiosus est·ut in sua gente positus sue gentis linguam nesciat· nam quid aliud putandus est· nisi animalium brutorum deterior? Illa enim proprie vocis clamorem exprimūt·iste deterior q̄ ꝓprie lingue caret noticia. Cuiusmodi autem lingua locutus est deus in principio mundi cum diceret Fiat lux·difficile est inuenire·nondum enim erant lingue. Item qua lingua insonuit postea exterioribus hoim auribus maxie ad primum hominem loquens·vel ad prophetas·vel dum cor/

poraliter insonuit vox dicentis dei. Tu es filius meus dilectus. vbi a qbusdam creditur illa lingua vna et sola que fuit anteq̃m esset linguarum diuersitas. In diuersis autem gentibus creditur ꝙ eadem illis deus lingua loquatur· qua ipi homines vtuntur· ut ab eis intelligatur. Loquitur autem deus hominibus nō per substantiam inuisibilem·sed per creaturam corporalem·per quá &iam & hominibus apparere voluit·quando locutus est. Dicit autem apostolus. Si linguis hominum loquar & angelorū Vbi queritur qua lingua angeli loquantur·non ꝙ angelorum alique lingue sint·sed hoc per exaggerationē dicitur. Item queritur qua lingua in futurum homines loquantur nusq̃m reperitur. Nam dicit apostolus. Siue lingue cessabunt. Ideo autem prius de linguis· ac deinde de gētibus posuimus· qa ex linguis gentes·non ex gentibus lingue exorte sunt

De. Gentium vocabulis Ca·ii

Gens est multitudo ab vno pñcipio orta· siue ab alia natione secūdum propriam collectionem distincta· ut graecie·asie. Hinc et gentilitas dicitur. Gens appellata propter generationem familiarum· id est a gignendo· sicut natio a nascendo. Gentes autem a quibus diuisá est terra·xv· sunt·de iaphet·xxx·& vna·de cham·xxvii·de sem·q̄ fiūt·lxx·tres vel potius ut ratio declarat·lxxii·totidemq; linguae· q̄ per terras esse ceperunt·queq; crescendo prouincias & insulas impleuerūt

Filii. Sem quinq; singulariter·gentes singulas procreauerūt· Quorum primus elam·a quo elamite principes persidis. Secūdus assur·a quo assiriorum pullulauit imperium. Tercius arfaxat·a quo gens chaldeorum exorta est. Quartus ludi·a quo lidii Quintus arā·a quo siri·quorū metropolis fuit damascus. Filii aram nepotes sem quatuor· hus & vl· & gether & mesa. Hus traconitidis conditor·qui inter palestinam & celesiriam tenuit principatum. Vnde fuit iob·secundum quod scriptum est. Vir erat interra hus noīe iob. Secundus vl· a quo armenii. Tercius gether·a quo carmenii siue carie. Quartus mesa·a quo sunt hi q vocātur meones. Posteritas ārfaxat filii sem. Heber nepos arfaxat·a quo hebrei sunt. Iectan filius heber·a quo indorū orta gēs ē Sale filius iectan·a quo bactriani·licet eos alii scitharum exules suspicentur. Ismahel filius abraham·a quo ismahelite·qui nunc corrupto nomine sarraceni· quasi a. Sara· & agareni ab. Agar.

Si linguis hominum loquar &

cessabunt linguae

Nabaioth filius ismahel·a quo nabathei·q ab effrata in mari rubro inhabitant. Moab & ammon filii loth · a quibus moabite et ammonite Edom filius esau a quo idumei. He sunt gentes que de sem stirpe descendunt·possidentes terram meridianam· ab ortu solis vsq; ad fenices Filii cham quatuor·ex qbus orte sunt gentes he chus·a quo ethiopes pgeniti. Mesraim·a quo egiptii perhibentur exorti. Futh a quo libii. Vnde & mauritanie fluuius vsq; in praesens futh dicitur· omnisq; circa eũ regio futhensis. Chanaan a quo afri & fenices & chananeorũ decem gentes. Item ex nepotibus cham·filii chus nepotes cham sex. Filii chus saba & euilath regma saba chusa. Saba a quo progeniti & appellati sabei·de quibus virgilius. Solis est thurea virga sabeis. Hi sunt & arabes. Euilath a quo getuli in pte remotioris affrice heremo coherentes. Sabatha a quo sabathei· qui nũc astabari nominantur. Regma vero & saba & cusa paulatim antiqua vocabula perdiderunt· & quae nunc a veteribus habeant ignoratur. Filii regma saba & dadan. Hic autem saba per sin literam scribitur in hebreo . Ille autem superior saba per samech a quo appellantur sabei. Vocatur autem nũc saba arabia Dadan a quo gens est ethiopie in occidentali plaga. Filii mesraim Labin a quo libii·qui quõdam futhei vocabãtur Cesloim a quo philistim·quos veteres allophilos· nos mõ corrupte palestinos vocamus. De allophilis cetere sex gentes ignote sunt· q̃ boello ethiopico subuerse atq; ad obliuionem preteritorum nominum peruenerunt. Filii chanaan· xi·ex quo chananeorum decem gentes· quorum terram his expulsis iudei possederunt.

Quorum primogenitus sidon·a quo sidones. Vnde & vrbs eorũ in fenice sidon vocatur Secundus eth·a quo ethei Tercius iebus· a quo iebusei·quorum fuit hierusalem. Quartus Amorreus·a quo amorrei Quintus. Gergeseus·a quo gergesei Sextus. Eueus·a quo euei·ipsi sunt gabionite· a ciuitate gabaon·qui supplices venerunt ad ihesum Septimus aracheus qui archas condidit oppidum contra tripolim· in radicibus libani situm Octauus aseneus·a quo asenei Nonus aradius a quo aradii sunt·qui aradum insulam possederũt·angusto fretu a fenicis littore separatam. Decimus. Amareus·a quo sirie nobilis ciuitas·quae vocatur celes Vndecimus amatheus. He sunt gẽtes de stirpe chanaã·que a sidone vsq; ad gaditanũ fretũ

omnem meridianam partem tenet. Item tribus filiorũ iafeth Filii autem iafeth·vii·nominantur Gomer·a quo gallate vel galli Magog a quo arbitrantur scithas & gothos traxisse ori ginem Madai a quo medos existere putãt Iuuan a quo io/nes·qui & graeci. Vnde & mare ionium Tubal a quo hiberi qui & hispani·licet qdam ex eo & italos suspicentur Mosoch ex quo capadoces sunt. Vnde & vrbs apud eos vsq; hodie maze/ta dicitur. Tiras ex quo traces·quorum non satis immutatũ vocabulum est·quasi tiraces. Filii gomer nepotes iafeth asca/naaz·a quo sarmate·quos graeci reginos vocant. Rifan a quo paflagonas Gotorna a quo sunt friges Filii iuuan. Elisa·a quibus graeci belisei·qui vocant̃ eolides. Vnde & lingua quĩta graece eolis appellatur Tharsis a quo cilices·ut iosephus arbi/tratur. Vnde & metropolis ciuitas eorũ tharsis dicit̃ Cethim a quo cethei id est cipri·a quibus hodieq; vrbs scithia noĩatur.

Dadani a quo rhodii. He sunt gentes de stirpe iafeth·que a thauro monte ad aquilonem mediam partem asie & omnem europam vsq; ad occeanum britannicum possident· nomina & locis & gentibus relinquẽtes· de quibus postea immutata sunt plurima·cetera permanent ut fuerunt. Nam multarũ gentium vocabula partim permanserunt·ita ut hodieq; appareat vnde fu erint deriuata· sicut ex assur assirii·ex heber hebrei. Partim vero temporis vetustate ita mutata sunt· ut vix homines doctissimi antiquissimas historias perscrutantes· nec omnium·sed aliqua/rum ex istis origines gentium potuerint reperire. Nam ꝙ ex fi lio cham qui vocatur mesraim egiptii sint exorti·nulla hoc reso nat origo vocabuli·sicut nec ethiopum qui dicuntur ad eum fi/lium cham pertinere qui chus appellatus est. Et si omnia consi derentur· plurima tamen gentium mutata q̃m manentia voca/bula apparent· quibus postea nomina diuersa·diuersa dedit ra/tio Nanq;. Indi ab indo flumĩe dicti sunt·qui ab occidentali parte eos includit Seres a proprio oppido nomẽ sortiti sunt· gens ad orientem sita·apud quos de arboribus lana contexitur de qbus est illud. Ignoti facie·sed noti vellere seres Gangaride populi sunt inter assirios indosq; inhabitantes circa gangen flu uium. Vnde & gangaride nuncupati sunt Hircani dicti sunt a silua hircania·vbi sunt plurimi tigres Bactriani scite fuerũt· qui suorum factione a sedibus suis pulsi· iuxta bactron oriẽtis

fluuium consederunt· ex cuius vocabulo & nomen sortiti sunt Huius gentis rex fuit zoroastres· inuetor magice artis Parthi quoq; & ipsi ab scithis originem trahunt. Fuerunt enim eorū exules· quod &iam vocabulo eorum manifestatur. Nam scithico sermone exules parthi dicuntur. Hi similiter ut bactriani domesticis seditionibus scithia pulsi· solitudinem iuxta hircaniam primum furtim occupauerunt· deinde pleraq; finium etiam virtute optinuerunt Assirii ab assur filio sem vocati· gens potentissima· que ab eufrate vsq; ad indorum fines omnem in medio tenuit regionem Medi a rege suo cognominati putātur. Nāq; iason peliaci regis frater apelie filius thessalia pulsus est cū medea vxore sua· cuius fuit priuignus medus rex atheniensium· q post mortem iasonis oriētis plagam perdomuit· ibiq; mediam vrbem condidit· gētemq; medorum nomine suo appellauit· sed inuenimus in genesi q̄ madai auctor gētis medorū fuit· a quo & cognominati· ut superius dictū est Perse a perseo rege sunt vocati· qui e grecia asiam transiens· ibi barbaras gentes graui diuturnoq; boello perdomuit· nouissime victor subiecte genti nomen dedit. Perse autem ante cirum ignobiles fuerūt· & nullius inter gentes loci habebantur. Medi semper potentissimi fuerūt.

Chasdei qui nunc chaldei vocantur a caseth filio nachor fratris abrahe cognominati sunt. Sabei dicti a notoicecbectai· quod est supplicare & venerari· quia diuinitatem per ipsorum thura veneramur. Ipsi sunt & arabes· quia in montibus arabie sunt· qui vocantur libanus & antilibanus vbi thura colligunt·

Siri a surim vocati perhibentur· qui fuit nepos abraham ex cethura. Quos autem veteres assirios nunc nos vocamus siros a parte totum appellantes Hebrei vocati sunt ab heber· q pronepos fuit sem. Israhelite vero ab israhel filio ysaac. Nā patriarcham hebreorum constat fuisse israhel· a quo· xii· tribus israhelis vocabulum sortiti sunt. Iudeis autē scissura decem tribuū nomina imposuit. Nam antea hebrei siue israhel nuncupabātur Ex quo autem in duo regna dei populus diuisus est· tunc due tribus que de stirpe iuda reges habebant iudeorum nomen sortite sunt. Reliqua pars decem tribuum· quae in samaria sibi regē constituit· ob populi magnitudinem pristinum nomē retinuit israhel. Samaritanorum genus sumpsit exordium ab assiriis· qui transmigrati habitauerūt in samaria· q latine interpretātur

custodes· eo q captiuato israbel· isti in terram regionis eorū ad custodiam collocati sunt Fenix catbmi frater de tbebis egiptiorum in siriam profectus apud sidonem regnauit·eosq; populos ex suo nomine fenices· eamq; prouinciam feniceam nuncupauit Sidones autem a ciuitate que vocatur sidon traxisse vocabulum perhibētur. Sarraceni dicti·vel quia ex sara genitos se predicent. Vel sicut gentiles aiunt q ex origine sirorum sint· quasi sirigine. Hi per amplam babitant solitudinem. Ipsi sunt & ismabelite· ut liber geneseos docet q sint ex ismabele. Ipsi cedar a filio ismabelis. Ipi agareni ab agar·q ut diximus peruerso nomine sarraceni vocantur·quia ex sara se genitos gloriantur.

Pbilistei ipi sunt palestini·q a·p·litteram sermo hebreus nō babet·sed pro eo greco vtitur. Inde pbilistei pro palestinis dicuntur· a ciuitate vtiq; sua. Idem & allophili·id est alienigene· ob boc quia semper fuerunt inimici israbel· & longe ab eorum genere ac societate separati Chananei appellati de chanaan filio cham·quorum terram iudei possederunt. Ex cuius origine fuit emor pater sichem·a quo amorrei sunt nūcupati Egiptii ab egipto quodam rege suo vocati sunt. Nam antea aerii vocabantur. Interpretantur autem lingua hebraica egiptii afflīgētes· eo q afflixerint dei populum priusq̄m diuino auxilio liberarētur. Armenius ex thessalia vnus de numero ducum iasonis· qui ad colchos profecti sunt recollecta multitudine·que amisso rege iasone passim vagabatur·armeniam condidit· gētiq; ex suo vocabulo nomen dedit. Limes est persicus qui scithas ab eis diuidit Scitha cognominatus a quodam limite scithe a q̄busdam perbibentur vocati· gens antiquissima semper babita. Hi partbos bactrianosq;· femine autem eorum amazonum regna condiderunt. Massagete ex scitharum origine sunt. Et dicti massagete quasi graues· id est fortes gete. Nam sic liuius argentum graue dicit id est massas. Hi sunt q inter scithas atq; albanos septentrionalibus iugis inbabitāt. Amazones dicte sunt· seu q simul viuerēt sine viris·quasi amaizon·siue q adustis dexterioribus mammis essent· ne sagittarū iactus impediret quasi aneymazoi. Nudabant enim quam adusserant mammam. Has tacianus vnimāmas dicit. Nā hoc ē amazon quasi anesmazoin· id est sine mamma. Has iam non esse·q earum partim ab herculo· partim ab acbille· vel ab alexandro vsq; ad internetionem

delete sunt in partes asiatice. Scithice gẽtes que posteras se iaso/
nis credunt· albo crine nascuntur· ab assiduis niuibus & ipsius
capilli color gẽti nomẽ dedit· & ideo dicunt albani. Hoꝝ glauca
oculis id est picta inest pupilla· adeo ut nocte plus q̃m die cer/
nant. Albani autem vicini amazonibus fuerunt. Hunos ãtea
hunnos vocatos· postremo a rege suo auares apellatos· q prius
in vltima meotide inter glacialem tanaim & massagetarũ im/
manes populos habitauerunt· deinde pernicibus equis caucasi
rupibus feras gentes alexandri claustra cohibentes ruperunt· &
orientem· xx· annis tenuerunt captiuũ· & ab egiptiis atq ethio/
pibus annuum vectigal exegerunt. Troianorum gens antea
dardana a dardano rege nominata. Nam dardanus et iasius fra
tres e graecia profecti· ex his iasius ad traciã· dardanus ad frigiã
peruenit· ibiq primus regnauit. Post quem filius eius ericto/
nius· deinde nepos eius tros· a quo troiani nũcupati sunt Ga
lathe galli esse noscunt· qui in auxilium a rege bithinie euocati
regnum cum eo peracta victoria diuiserunt· sicq deinde grecis
admixti· primum gallogreci· nunc ex antiquo gallorum nomĩe
galathe nuncupantur. Graeci ante thessali a thessalo· postea a
graeco rege graeci sunt nuncupati. Nam graeci proprie thessali
sunt Laphitas autem gentẽ thessalie fuisse aiunt circa penion
amnem olim inhabitantem· a laphita appollinis filia nuncupa/
tos Sicioni graeci sunt· nuncupati a sitione rege. Hi primum
agialei vocabantur a rege agialio· qui primus sicioniis impera/
uit. A quo & agealia ciuitas nuncupata est· quae nunc pelopo/
nensis vocat· a pelopo rege suo. Ipsi sunt et archades ab archade
rege iouis & caliste filio dicti Danai a danao rege vocati. Idẽ
& argiui· ab argo conditore vocati. Postq̃m autem rex grecorũ
apis mortuus est· huic filius argias successit in regnum· & ex eo
argiui appellati sunt· qui &iam ab eis post obitum ut deus ha
beri cepit· templo et sacrificio honoratus Achei qui et achiui
ab acheo iouis filio dicti Pelasgi nominati· quia cũ velis pan
sis verno tempore aduenisse italiã visi sunt ut aues. Primo enim
eos varro italiam appulisse commemorat. Graeci vero pelasgos
iouis & larisse filios perhibent dictos. Mirmidones fuerunt
achillis socii. Dolopes pirrhi. Dicti autem mirmidones propter
astuciã· quasi mirmice id est formice. Eratostenes autem dicit
dictos mirmidões a mirmidone duce iouis & eurimodose filio

Huni populi modo Hungari

Cecropi atheniensium regi successit granus· cuius filia athis nomen & regioni & genti dedit· & ex ea attici cognominati· qui sunt athenienses Ion vir fortis ex suo nomine eosdem athenienses vocauit iones Macedones a nomine maceonis regis antea emaci nuncupati sunt. Postea macedones dicti a macedone rege deucalionis materno nepote Epirote a pirrho achillis filio prius pirrhide·postea vero a pirrho rege ad italiam transire presumpserunt Dorus neptuni & elepis filius fuit·vnde dori & originem & nomen ducunt. Sunt autem pars grecie gentis ex quibus &iam cognominata est tercia lingua grecorum que dorica appellat̃ Lacedemones a lacedemone semele filio dicti Hi diu perseuerantes in bello contra messenios· veriti ne diuturnitate prelii spem prolis perderent· preceperunt·ut virgines eoꝝ cum iuuenibus domi relictis concumberent· sicq̃ ex ꝓmiscuo virginum & maritorum concubitu iuuenes de incertis parentibus nati sunt·& ex nota materni pudoris spartani vocati sunt· Nam ipos esse spartanos quos & lacedemões Spartanos vero propter repentinos aduentus aduersus cadmum quasi de terra contractos & ex omni parte confluitos ita vocatos Traces ex filio iaphet·q̄ vocatus est tiras & orti et cognoĩati ut supius dictum est perhibentur·licet gentiles eos ex moribus ita dictos existiment· & ꝙ sint truces· seuissimi enim omnium gentium fuerunt. Vnde & multa de eis fabulosa memorant̃· ꝙ captiuos diis suis litarent·& humanum sanguinem in ossibus capitum potare soliti sunt·de quibus virgilius. Heu fuge crudeles terras fuge litus auarum·quasi crudelium & auarorum Stratorum gens originem a cholchis ducit·qui missi ad argonautas persequendos·ut a ponto intrauerunt histrum fluuium a vocabulo amnis quo a mari recesserãt appellati sunt Romani a romuli nõmine nuncupati·qui vrbem romam condidit·gentiq̃ & ciuitati nomen dedit. Hi ante a saturno saturnini·a latino latini vocati sunt. Nam latinus italie rex fuit·q̄ ex suo nomĩe latinos appellauit·q̄ postea romani nuncupati sunt. Hi & q̄rites dicti quia quirinus dictus est romulus·ꝙ semper hasta vtebat̃· que sabinorum lingua quiris dicitur. Italus quoq̃ et sabinus & sicanus fratres fuerunt· ex q̄bus nomĩa populis imposita & regionibus sunt. Nã ab italo itali·a. Sabino sabini·a. Sicano sicani q̄ & siculi cognomĩati sunt·idem et sicilienses Tusci italie gens

est a frequentia sacrorum & thuris vocata·id est a notyticca ʒin

Vmbri italiae gens est·sed gallorum veterum propago· qui appenninum montem incolunt·de quibus historie perhibent· eo quod tempore aquose cladis himbribus superfuerint·& ob hoc vmbrios graece nominatos· Marsi gens italie·dicta a comite liberi marsia· qui vsum illis vitium ostendit· & ob hoc illi sta/tuam fecerũt· quã postea romani victis marsis tulerũt. Marsos autem graeci tuscos vocant·quasi quod multos serpentes habeant·koic serpẽs dicatur· illesos autem esse carminum male/ficiis.Inhabitant autem plagam appennini montis·simul cum vmbris Gothi a magog filio iaphet nominati putantur·de si/militudĩe vltime sillabe·quos veteres magis gethas q̃m gotbos vocauerunt·gens fortis & potentissima·corporum mole ardua· armorum genere terribilis·de quibus lucanus.Hic dacus p̃mat inde gethes occurrat hiberis Daci autem gothorum soboles fuerunt·& dictos putãt dacos quasi dagos· quia de gothorum stirpe creati sunt·de q̄bus ille ibi arcos ꝓcul vsq; dagos Bessi barbari fuerunt· quia multitudine boum sic vocati credunt̃· de quibus quidam.Qui colit terre medio·vel ille diuitis multo bo ue pilleatus accola ripe. Gipedes pedestri prelio magis q̃m equestri sunt vsi·& ex hac causa ita sunt vocati Sarmate pate/tibus campis armati inequitabant·priusq̃m eos lentulus danu bio prohiberet·atq; inde ob studium armorum sarmate nuncu pati existimantur Lanus fluuius fertur vltra danubiũ·a quo alani dicti sunt· sicut & populi inbabitantes iuxta lemannum fluuium alemanni vocantur.De quibus lucanus.Deseruere ca ua tentoria fixa lemanno Longobardos vulgo ferunt nomi/natos·a prolixa barba & nunq̃m tonsa Vindelicus amnis ab extremis galliae erumpens·iuxta quem fluuium inbabitasse & ex eo traxisse nomẽ wandali perbibentur. Germanice gentes dicte·quod sint immania corpora· immanesq; nationes· seuissimis durate frigoribus·qui mores ex ipo caeli rigore traxerũt·feroces animi·& semper indomiti·raptu venatuq; viuentes. Horũ plu/rime gẽtes·varie armis·discolores habitu· linguis dissone·et ori gine vocabulorum incerte·ut tolerate· samsiuari· quadi·tungri· marcomanni·brutheri·camasi·blangiane· tubantes· quorũ im/manitas barbarie·&iam in ipis vocabulis horrorem quendam significat Sueui pars germanorũ fuerunt in fine septentriõis

Germani

Suevi

De quibus lucanus. Fundit ab extremo flauos aqlone sueuos Quorum fuisse centum pagos & populos multi prodiderunt. Dicti autem sueui putantur a monte sueuo. qui ab ortu initiū germanie facit. cuius loca incoluerūt Burgundiones quondā a romanis subacta interiore germania per castrorū limites positi a tiberio cesare. in magnam conualuerunt gentem. atq3 ita nomen ex locis sumpserunt. quia crebra per limites habitacula cōstituta burgos vulgo vocant. Hi postea rebelles effecti romanis plus q̃m octoginta milia armatorum ripe rheni fluminis insederunt. & nomen gentis obtinuerunt Saxonum gens in oceani littoribus & paludibus inuiis sita. virtute atq3 agilitate habilis. Vnde & appellata. ꝙ sit durum et validissimum genus hominum. & prestans ceteris piraticis Franci a quodam ꝓprio duce vocari putantur. Alii eos a feritate morum nūcupatos existimant. Sunt enim in illis mores inconditi. naturalis ferocitas animorum. Britones quidam latine nominatos suspicantur. eo ꝙ bruti sint. gens intra oceanum interfuso mari. quasi extra orbem posita. De quibus virgilius. Toto diuisos orbe britānos

Scoti propria lingua nomen habent a picto corpore. eo ꝙ aculeis ferreis cum atramento variarū figurarum stigmate annotentur Galli a candore corporis nuncupati sunt. gala enim graece lac dicitur. Vnde & sibilla sic eos appellat. cum ait de his Tunc lactea colla auro innectuntur. Secundum diuersitatem enim caeli. & facies hominum. & colores. & corpoꝝ quātitates & animorum diuersitates existunt. Inde. Romanos graues. Grecos leues. Afros versipelles. Gallos natura feroces atq3 acriores ingenio peruidemus quod natura climatum facit Galli autē senones antiquitus ʒenones dicebantur. ꝙ liberum hospicio recepissent. Postea. ʒ. in. ſ. litteram cōmutata est Vacca oppidum fuit iuxta pireneum. a quo sunt cognominati vaccei. de quibus creditur dixisse poetam. Lateq3 vagantes vaccei. Hi pirenei iugis per amplam montis habitant solitudinem. Idem & vascones. quasi vaccões. c. in. ſ. litteram demutata. quos gneus pompeius edomita hispania. & ad triumphum venire festinans de pirinei iugis deposuit. & in vnum oppidum congregauit. Vnde & cōuenarum vrbs nomen accepit. Hispani ab hibero amne. primum hiberi. postea ab hispalo hispani cognomīati sunt Galleci a candore dicti fingūtur. Vnde & galli. Reliq̄s enī hispanie

populis candidiores existunt. Hi grecam sibi originem asserunt Vnde et naturali ingenio callent. Siquidem post finem troiani belli teucrum morte aiacis fratris inuisum patri telamoni dum non reciperetur in regnum · ciprum concessisse ferunt · ibiq; vrbē nomine antique patrie salamiam condidisse · inde ad galleceam profectus expositis sedibus · ex loco nomē genti dedisse Astu/res gens hispanie · vocati eo ꝙ circa isturiam flumen septi mon/tibus siluisq; crebris inhabitent Cantabri gens hispanie · a vo cabulo vrbis & hiberi amnis cui insidunt. Horū animus perti/nax · & magis ad latrocinandum et ad bellandum ad perpecien dum verbera semper parati Celtiberi ex gallis celticis fuerūt · quorum ex nomine appellata est regio celtiberia. Nam ex flu/mine hispanie hibero vbi consederant · & ex gallis qui celtici di/cebant̄ mixto vtroq; vocabulo celtiberi nuncupati sunt Afri appellati ab vno ex posteris abrahe · qui vocabatur afer · q dicit̄ duxisse aduersus libiam exercitum · & ibi victis hostibus conse/disse · eiusq; posteros ex nomine attaui & afros & africam nun/cupasse Peni autem carthaginenses sunt a fenicibus nūcupati qui cum didone profecti sunt Tirigi vero a tiria vrbe fenicū nuncupati · de qua profecti sunt · & in affrice litus venerūt Ge tuli gethe dicuntur fuisse · qui ingenti agmine a locis suis naui/bus conscendentes loca sirtium in libia occupauerūt · & quia ex getis venerāt · deriuato noīne gethuli cognominati sunt. Vnde et oppinio est apud gothos ab antiqua cognatione mauros cō sanguinitate propinquos sibi vocare. Affricam autem initio ha buere libies · deinde afri · post hec getuli · postremū mauri et nu/mides Mauri & numides ut afri putant sic sumpserunt et ex ordium & vocabulum. Nam postq̄m in hispania hercules in/terijt · et exercitus eius compositus ex varijs gentibus · amisso du ce passim sibi sedes querebant · & ex eo numero medi & perse et armeni nauibus in affricam transuecti · proxima maris loca oc/cupauere. Sed perse dum materiam in agris pro constrendis domicilijs non inuenissent · et ignara lingua commercium pro/hiberet · per patentes agros & diuersas solitudines vagabantur · & a pabulationibus vagabundi · semetipos propria lingua nu/mides appellauerūt · id est sine oppido vagos & errātes Medi autem cum libijs se miscuerunt · qui proxima hispania inhabita bant · quorum nomē paulatim libies corrupere barbara lingua

mauros ꝓpter medos appellantes·licet mauri ob colorem a gre cis nominentur. Graeci enim nigrum mauron vocant·estifero enim calore afflati·speciem atri coloris ducunt Massilia ciui/ tas affrice est·non longe ab athlante & ortis hesperidum· a qua ciuitate massili exorti sunt· quos nos corrupte massulos voca/ mus.De quibus virgilius.Hinc michi massile gentis monstra ta sacerdos. Gaudali gentes sunt a meridie vsq; oceanū hespe/ rium peruagantes.His nomen gauloen insula dedit·que ē iuxta ethiopiam·vbi nec serpens nascitur·nec viuit Garamantes po puli affrice prope cirrenas inhabitantes·a garamante rege appol linis filio nomiati·qui ibi ex suo nomine garama oppidum cō didit.Sunt autem proximi gentibus ethiopum.De quibus vir gilius.Extremi garamātes·extremi aūt q̄a seui·& a ꝯsorcio hu/ manitatis remoti Hesperii vero sunt qui circa hispaniam cō/ morātur.Nam hispania hesperia dicitur Ethiopes dicti a fi/ lio cham·qui vocatus est chus·ex quo originem trahūt. Chus enī hebraica lingua ethiops interptat̄. Hi quōdam ab indo flu mine consurgentes iuxta egiptum nilum & oceanum in meri/ die sub ipa solis vicinitate insederūt. Quorum tres sunt populi hesperi·garamantes·& indi.Hesperi sunt occidentis.Garamātes tripolis.Indi orientis Trogodite gens ethiopum·ideo nuncu pati·ꝙ tanta celeritate pollent·ut feras cursu pedum assequātur

Pamphili & hi in ethiopia sunt· q̄bus esca est quicquid mā/ di potest· & omnia fortuitu gignentia· inde & appellati sunt.

Lethiophani ꝙ venando in mari valeant· & piscibus tātum alant̄.Hi post indos montanas regiones tenent·quos subactos alexander magnus pisces vesci prohibuit Antropophagi gēs asperrima sub regione siricum sita·qui quia humanis carnibus vescuntur·ideo antrophagi nominantur·itaq; sicut his ita & ce/ teris gētibus per secula aut a regibus·aut a locis·aut a moribus vel ex quibuslibet aliis causis immutata vocabula sunt·ita ut ꝑ ma origo nominis eorum temporū vetustate nō pateat. Iam vero hi q antipode dicuntur·eo ꝙ cōtrarii esse vestigiis nostris putantur·ut quasi sub terris positi aduersa pedibus nostris cal/ cent vestigia·nulla ratione credendum est·quia nec soliditas pa titur nec centrum terre·sed neq; hoc vlla historie cognitione fir/ matur·sed hec poete quasi ratiocinando coniectant. Titanas autem quosdam in graecia ferunt fuisse robustos & excellentes

viribus populos·quos ferunt fabule ab irata cótra deos terra ad eius vltionem creatos. Vnde & titanes dicti sunt a notoyticoc· id est ab vltione· q quasi vlciscende matris terrae causa·in deos armati existerent·quos fabule a ioue bello fuisse superatos atq; extinctos fingunt·ꝓpter q de celo iactis fulminibus interierūt

De. Regnis milicieq; vocabulis Ca·iii

Regnum a regibus dictum.Nam sicut reges a regēdo vocati·ita regnum a regibus.Regnum vniuerse natio nes suis queq; babuere tēporibus·ut assirii· medi·ꝑse· egiptii·greci·quorum vices sors temporum ita volutauit·ut al/terum ab altero solueretur. Inter omnia autem regna terrarum duo regna gloriosiora traduntur· assiriorum primo· deinde ro/manorum·ut tēporibus et locis inter se ordinata atq; distincta Nam sicut illud prius & boc posterius·ita illud in oriente·boc in occidente exortum est.Deniq; in illius fine·buius initiū con festim fuit.Regna cetera ceteriq; reges,velut appendices istorum babent. Reges a regendo vocati.Sicut enim sacerdos a sancti/ficando·ita & rex a regendo.Non autem regit·qui non corrigit· Recte igitur faciendo·regis nomen tenetur·peccando amittitur. Vnde & apud veteres tale erat prouerbiū.Rex eris·si recte facias si non facis nō eris.Regie virtutes ꝑcipue due·iusticia & pietas· Plus autem in regibus laudat̄ pietas·q̄m iusticia. Nam iusticia per se seuera est Consules appellati a consulendo·sicut reges a regendo· & sicut leges a legendo. Nam cum romani regum su/perbam dominationem non ferrent·annua imperia·binosq; cō/sules sibi fecerunt. Nam fastus regius non beniuolentia consu/lentis· sed superbia dominantis erat. Hinc igitur consules ap/pellati vel a consulendo ciuibus. vel a regendo cuncta consilio· Quos tamen ideo mutandos per annos singulos elegerunt·ut nec insolens diu maneret· & moderator cito succurreret. Inde autem duo pares·quia vnus rem ciuilem· alter rem militarē ad/ministrabat.Regnauerunt autem annis quadringentis sexagita septem Proconsules subiecti erant consulibus·& dicti procō/sules·eo q vice consulis fungerentur· sicut procurator curatoris id est actoris Exconsules autem dicti·q iam a consulatu exi/erint siue discesserint·peracto vicis sue anno Dictatores q̄nto anno post reges expulsos·romani sibi creauerūt dum gener tar quinii ad iniuriam soceri vindicandam·ingentē aduersus romā

collegiſſet exercitum. Hi qnquennii temporis imperio vtebant̃ Plus enim erat honore q̃m conſules· qui annuas poteſtates te/nebãt. Et dicti dictatores· quaſi principes & preceptores. Vnde & magiſtri populi noíabant̃. Vnde & edicta dicunt̃ Ceſarũ nomen a iulio cepit· qui bello ciuili commoto primus romanorum ſingularem optinuit principatum. Ceſar autem dictus· ꝙ ceſo mortue matris vtero prolatus eductuſq; fuerit. Vel ꝙ cum ceſarie natus ſit· a quo & imperatores ſequẽtes ceſares dicti· eo ꝙ comati eſſent. Qui enim exſecto vtero eximebantur· ceſones & ceſares appellabantur. Iulius autem dictus· quia ab iulo enee filio origiñe duxit· ut confirmat virgilius. Iulius a magno de/miſſum nomen iulo. Imperatorum autem nomen apud ro/manos eorum tãtum prius fuit apud quos ſumma rei milita/ris conſiſteret· et ideo imperatores dicti ab imperando exercitui Sed dum diu duces titulis imperatoriis fungerẽtur· ſenatus cen/ſuit ut auguſti ceſaris hoc tantum nomen eſſet· eoq; is diſting/ueretur a ceteris gentiũ regibus· quod et ſequentes ceſares hacte nus vſurpauerunt. Solet enim fieri ut primi regis nomen & iã reliqui poſſideant· ſicut apud albanos ex ſilui nomine omnes reges albanorũ ſiluii appellati ſunt. Sicut et apud perſas arſaci/de. Apud egiptios ptolomei. Apud athenienſes cecropide Auguſtus ideo apud romãos nomẽ imperii eſt· ꝙ olim augerẽt rẽ publicam amplificando. Quod nomen primus ſenatus octaui/ano ceſari tradidit· ut quia auxerat terras· ipſo nomine & titulo monſtraretur. Dum autem idem octauianus iam ceſar & im/perator appellaretur vel auguſtus. Poſtea vero dum ludos ſpec/taret· & pronunciatum eſſet illi a populo· ut vocaretur & dominus· ſtatim manu vultuq; auerſo indecoras adulatiões repreſſit· & domini appellationem ut homo declinauit· atq; in ſequenti die omnem populum grauiſſimo edicto corripuit· dominũq; ſe poſt hec appellari ne a liberis quidem ſuis permiſit. Fuit enim filius actie· que nata eſt de ſorore iulii ceſaris Reges autem ob hanc cauſam apud graecos baſilei vocantur· ꝙ tanq̃m baſes po/pulum ſuſtinent. Vnde & baſes coronas habent. Quanto enim quiſq; magis preponitur· tanto amplius pondere laborũ grauat̃

Tiranni grece dicuntur· id eſt latine & reges. Nam apud ve/teres inter regem et tirannum nulla diſcretio erat· ut. Pars michi pacis erat dextram tetigiſſe tiranni. Fortes enim reges tiranni

vocabantur. Nam tiro fortis. De quibus dominus loquit̃. Per me reges regnant· & tiranni per me tenẽt terram. Iam postea in vsum accidit tirãnos vocari pessimos atq; improbos reges·luxuriose damnationis cupiditatem· & crudelissimam damnationẽ in populis exercentes Princeps & dignitatis modo significat̃ & ordinis·sicut est illud virgilianum. Princeps ardentẽ coniecit lampada turnus·pro primus. Dictus autem princeps a capiẽdi significatione·q͞ primum capiat Dux dictus·eo q͞ sit ductor exercitus·sed non statim quicunq; principes aut duces sunt etiã reges dici possunt. In bello autẽ melius ducẽ nominari cõuenit q̃m regẽ. Nam hoc nomẽ exprimit in prelio ducẽtem. Vnde & virgilius. Ducis euãdri. Salustius. Quo cupidius in ore ducis sese quisq; bonum. Non dixit in ore consulis Monarche sunt qui singularẽ possident principatũ· qualis fuit alexander apud grecos· & iulius apud romanos. Hinc & monarcha dicit̃. Monos quippe singularitas graeco nomine archa principatus est.

Tetrarche sunt quartã partem regni tenẽtes. Nam tetra quatuor sunt·qualis fuit apud iudeã philippus. Patricii inde vocati sunt· pro eo q͞ sicut patres filiis· ita prouideant reipublice.

Prefecti dicti·q͞ pretoria potestate presint Pretores idem q & prefecti·quasi prepositores Presides vero dicti·q͞a alicuius loci tutelam specialiter tenẽt Tribuni vocati q͞ militibus siue plebibus iura tribuunt Chiliarchi sunt qui mille presunt militibus·quos nos millenarios nuncupamus·& est grecũ nomẽ

Centuriones dicti eo q͞ centum presunt militibus·sicut quinquagenarii qui in capite sunt quinquaginta militum·sicut decani·ab eo q͞ decem militibus preferuntur. Miles dictus quia mille erant ante in numero vno. Vel quia vnus est ex mille electus. Romulus autem primus ex populo milites sumpsit & appellauit. Liber vero primus militie ordinem docuit Miles autem ordinarius dicitur·aut extraordinarius. Ordinarius est qui per ordinem militat·nec adhuc aliquem consecutus est gradum honoris. Est enim gregarius id est humilis militie Extraordinarius est qui ob virtutẽ promouetur ex ordine Emeriti dicuntur veterani solutiq; militia· qui iam in vsu prelii non sunt· quia mereri militare dicitur· ab stipendiis scilicet que merent̃. Idem & veterani dicuntur· quia iam in vsu prelii nõ sunt· sed post multos militie labores quietis suffragium consequunt̃

Equestres milites dicti eo q̄ equo sedeant. Item militat ille in equestri ordine Tirones dicuntur fortes pueri qui ad militiam delegantur atq; armis gerendis habiles existunt. Hi enim non ex sola professione natiuitatis sed ex aspectu & valitudine corporis existimantur. Vnde & tirones dicti quiq; anteq̄m sacramento probati fuerint milites non sunt. Romane autem militie mos fuit puberes primo exercere armis. Nam sextodecimo anno tirones militabant quo & iā solo sub custodibus agebant De quibus virgilius. Et primo flore iuuentus. Seruos sane nūq̄m militasse constat nisi seruitute deposita excepto hannibalis tempore cū post carthaginense preliū in tāta necessitate fuissent romani ut ne liberandorum quidem seruorum daret̄ facultas.
Desertores vocati eo q̄ desertis militaribus officiis euagant̄. Hi in alios numeros militie nomē dare prohibentur. Sed si nō magni temporis culpam contraxerint cesi numeris suis restituuntur. Sed & qui deserunt exercitum ad hostes transeuntes & ipsi desertores vocantur. Conscripti milites dicuntur quia in tabulis conferuntur ab eo qui eos ducturus est sicut transcripti vocantur cum de alia in aliam legionē transeunt & inde transscripti quia nomina dant ut transcribantur. Optiones dicti q̄ sint electi. Nam optare eligere est sicut est illud. Optauitq; locum regno id est elegit Excubitores dicuntur pro eo q̄ excubias semper agunt. Sunt enim ex numero militum & in porticibus excubant propter regalem custodiam. Excubie autem diurne sunt vigilie nocturne. Vnde & vigiles. Velites erant apud romanos genus militie a volitādo vocati. Lecti enim agilitate iuuenes cum armis suis post terga equitum considebant & mox cum ad hostes ventum esset equis desiliebant & cōtinuo pedites ipsi ex alia parte equitibus per quos aduecti fuerāt dimicantibus hostem perturbant. Ab his igitur velitibus elephanti quondam hannibalis retroacti cum regi iam a suis nō possent fabrili scalpro inter aures adacto necabantur. Castra sunt vbi miles steterit dicta autem castra quasi casta eo q̄ illic castraretur libido. Nam nunq̄m his intererat mulier. Militia autem a militibus dicta. Aut a multis quasi multicia quasi negocium multorum. Aut a mole rerum quasi moleacia Legio sex milia armatorū est ab electo vocata quasi lecti id est armis electi. Proprie autem macedonum falanx. Gallorum caterua

Nostra legio dicitur Legio autem habet sexaginta centurias manipulos·xxx·cohortes·xii·turmas·cc Centuria est pars exercitus·in centenos milites diuisa. Vnde & qui his presunt centuriones dicuntur Succenturiati vero sunt·non qui in prima sed qui in secunda centuria sunt· tamen stricti &iam ipsi & in speculis positi in bello sunt·ut si pma defecerit istipsi quos sub se diximus laborantibus primis subueniant. Vnde & ad insidiandum ponitur succenturiatus· quasi armis dolis instructus·

Manipulus ducentorum est militum·manipuli autem dicti sunt milites·siue quia boellum primo manu incipiebant·siue qꝑ anteq̃m signa essent·manipulos sibi id est fasciculos stipule vel herbe alicuius pro signis faciebat· a quo signo manipulares milites cognomiati sunt. De quibus lucanus. Conuocat armatos extemplo ad signa maniplos Turma·xxx·eqtes sunt·romani enim equites in vna tribu trecenti fuerunt. De singulis enim cẽturiis·x·dabãtur·& fiebat turma Cohors quingentos milites habet Tria sunt militie genera. Sacramẽtum. Euocatio. Coniuratio Sacramẽtum in quo post electionem iurat vnusq̃sq; miles se nõ recedere a militia·nisi post completa stipendia id est militie tempora. Et hi sunt qui habent plenam militiam. Nam xx·&·v·annis tenentur Euocatio dum ad subitum boellum non solum miles·sed & ceteri euocantur. Vnde &iam consul solebat dicere. Qui rempublicam salu͂i esse vult me sequat̃ Coniuratio que fit in tumultu· quando vicinum vrbis periculum singulos iurare non patitur·sed repente colligitur multitudo & tumultuosa in ira conflatur. Haec & tumultuatio dicitur. In acie autem iste fere forme sunt. Exercitus. Classis. Nodus. Cuneus. Ale. Cornua. Agmen·que formas & nomina ab ipis rebus de quibus translata sunt mutuãtur. Acies dicta·qꝑ ferro armata sit· & acumine gladiorum. Exercitus multitudo ex vno genere·ab exercitatione belli vocata Classis dicte propter diuisionem exercitus· qui postea manipuli dicti sunt. Vnde & virgilius. Classibus hic locus est·illic acies certare solebãt. Nam postea et classica nauium dicta Nodus proprie est densa peditum multitudo·sicut turma equitum. Nodus autem dictus ꝓ difficultate·qꝑ vix possit resolui Cuneus est collecta in vnum militum multitudo. Vnde propter qꝑ in vnũ coit & ipa coitio in vnum cuneus nominatus est·quasi couneus·eo qꝑ in vnum

omnes colliguntur. Ale in exercitu·xxx·equites esse dicuntur. Ale autem equites ob hoc dicti· quia tegunt pedites alarũ vite.

Cornua vocant extremitas exercitus· ꝙ intorta sit. Agmen dicitur cum exercitus iter facit·ab angendo vocatũ id est eundo Plautus.Quo te agis·et ipe est enim exercitus ambulans.Nam agmen dicitur· quod in longitudine directum est· qualiter tũc solet esse cum exercitus portis ꝓcedit·quicquid fuerit aliud ab/usiue dicitur

De. Ciuibus Ca·iiii

DE imperiis militiaeq; vocabulis ex parte dictum est· Deinceps ciuium nomina summatim subiungimus. Ciues vocati· ꝙ in vnum coeuntes viuant· ut vita com munis & ornatior fiat & tutior. Domus vnius familie habitaculum est· sicut vrbs vnius populi· sicut orbis domiciliũ tocius generis humani est. Est autẽ domus genus familie·siue coniunctio viri & vxoris.Incipit autem a duobus· & est grecũ nomen. Nam familia est liberi ex liberis legibus suscepti a fe/more. Genus autem a gignendo & progenerando dictũ·aut a diffinitione certorum prognatorum·ut natiões que propriis cognationibus terminate gentes appellantur. Populus est hu mane multitudinis iuris consensu·& concordi cõmunione soci atus. Populus autem eo distat a plebibus· ꝙ populus vniuersi ciues sunt·connumeratis senioribus ciuitatis. Plebs autem re/liquum vulgus sine senioribus ciuitatis.Populus ergo tota ciui/tas est. Vulgus vero plebs est. Plebs autem dicta a plurali/tate·maior est enim numerus minorũ q̃m maiorum. Populus vero coyxnamoic dicitur· id est cito cuoatic. Vnde & populus dictus est.Grece autẽ populus.Laos dicitur a lapidibus. Vul gus est passim inhabitans multitudo· quasi quisq; quod vult.

Tribus dicuntur tanq̃m curie & congregationes distincte populorum.Et vocate tribus ab eo ꝙ in principio romani tri/farie fuerũt a romulo dispartiti·in senatoribus·militibus·et ple bibus.Que tamen tribus nunc multiplicate nomen pristinum retinent. Senatui nomẽ etas dedit·ꝙ seniores essent.Alii à si/nendo dictos accipiunt senatores. Ipsi eni agendi facultatem da bant. Senatusconsultus a consulendo & tractando est dictus quod sic fit ut consulat·& nocere non possit. Patres autem ut Salustius dicit a cure similitudie vocati sunt. Nam sicut patres filios suos·ita illi rempublicam alebant. Patres conscripti·q̄a

dum romulus decem curias senatorum elegisset· nomina eorū presente populo in tabulas aureas contulit·atq; inde patres con/ scripti vocati Primi ordines senatorum dicuntur illustres. Secundi expectabiles. Tercii clarissimi. Iam inferius quartum ali/ quod genus nō est· q̃muis autem senatoria quisq; origine esset· vsq; ad legitimos annos eques romanus erat· deinde accipiebat honorem senatorie dignitatis Censores apud romāos veteres erant. Est enim nomen censoris dignitas iudicialis·censere enī iudicare est. Item censores sunt patrimoniorum iudices·a censu eris appellati. Iudices dicti quasi ius dicentes populo·siue φ iure disceptent. Iure autem disputare est iuste iudicare. Non est autem si non est iusticia in eo Presides rectores sunt ꝓuincie dicti φ presunt Pretores autem quasi preceptores ciuitatis & principes Idem et questores quasi quesitores·eo φ questionibus presunt·consilium enim & causa apud eosdem. Proceres sunt principes ciuitatis·quasi procedes·φ ante omnes honore ꝑcedant. Vnde & capita trabium que eminent extra parietes proceres dicuntur·eo φ prima procedant. Hinc autem ad primores facta translatio· φ a cetera multitudine prominent. Tribuni dicti·φ plebi iura vel opem tribuunt. Constituti sunt autē sex/ to anno post reges exactos. Dum enim plebs a senatu & consu/ libus premeretur·tunc ipa sibi tribunos quasi proprios iudices & defensores creauit· qui eorum libertatem tuerentur· qui eos aduersus iniuriam nobilitatis defenderent. Vnde & defensores dicti·eo φ sibi plebem commissam contra insolentiā improbo/ rum defendant. At contra nunc quidem euersores·non defensores existunt Numerarii vocati sunt·qui publicum nummum erariis inferunt Functi ab eo φ fungantur officio & honore aliquo dicti. Hinc et defunctos mortuos dicimus·qui compleuerunt vite officia·nichil enim iam faciunt. Municipes sunt in eodem municipio nati·ab officio munerum dicti·eo φ pub/ lica munia accipiunt. Munia enim officia sunt. Vnde et immu/ nes dicuntur·quia nullum gerunt officium Municipales originales ciues et in locum officium gerentes Decuriones dicti φ sint de ordine curie· officium enim curie administrāt. Vnde non est decurio· qui summam nō intulit·vel curiam participa/ uit. Curiales autem idem & decuriones. Et dicti curiales·qa ciuilia munera ꝓcurāt et exequunt̄. Principales magistratus

& duum iurales curialium officiorum ordines sunt. Principales dicti· quod presint magistratibus. Magistratus vero quod maiores sint reliquis officiis duum iurales. Tabellio vocatus·eo quod sit portitor tabellarum Idem exceptor· idem & scriba publicus· quia ea tantum que gestis publicantur scribit Burgarii a burgis dicti· quia crebra per limites habitacula constituta· burgos vulgo vocant. Vnde & burgundionum genti nomen inhesit· quos quondam subacta germania·romani per castra disposuerunt·atque ita nomen ex locis sumpserunt. Collegiati dicũtur quod eorum collegio custodiisque deputẽtur qui facinus aliquod cõmiserunt. Est enim sordidissimum genus hominum· patre incerto progenitum. Priuati sunt extranei ab officiis publicis· est enim nomen magistratum habenti cõtrarium.Et dicti priuati· quod sint ab officiis curie absoluti Mercenarii sunt qui seruiũt accepta mercede Idem & barones greco nomine· quod sint fortes in laboribus.Barian enim dicitur grauis· quod sit fortis· cui cõtrarius est leuis id est infirmus Publicani appellant̃ cõductores vectigalium·fisci·vel rerum publicarũ·siue quia vectigalia publica exigunt·vel quia per negocia seculi lucra sectantur. Vnde et cognominati sunt Villicus proprie ville gubernator est. Vnde & a villa villicus nomen accepit. Interdum autem villicus non gubernationem ville·sed dispensatiõem vniuerse domus tullio interpretante significat·quod est vniuersarum possessionum & villarum dispensatorem Actores idem & curatores·ab agendo & curando vocati. Procuratores vero eo quod vice curatoris funguntur·quasi propter curatores·sicut proconsul pro consule

Coloni sunt cultores aduene·dicti a cultura agri· sunt enim aliunde deuenientes·atque alienũ agrum locatum tenentes· ac debentes conditionem genitali solo·propter agriculturam sub dominio possessoris·pro eo quod his locatus est fundus Coloni autem quatuor modis dicunt̃. Nam coloni aut romani sunt· aut coloni latini·aut coloni auxiliatores·aut coloni iuris priuati Inquilini vocati·quasi incolentes aliena· non enim habẽt propriã sedem·sed interra aliena inhabitant. Differt autem inter inquilinum & aduenam.Inquilini sunt qui emigrant·& nõ perpetuo permanent Aduene autem vel incole aduenticii perhibentur sed permanẽtes. Et inde incole·quia iam inhabitatores sunt· ab incolendo Indigene sunt inde geniti·& i eodem loco nati vbi

vbi inhabitant. Incola autem non indigenam· sed aduenam indicat Peregrini dicti·eo q ignorātur eorū parentes·a qbus orti existunt·sunt enim de longinqua regione Vrbani voca/bant qui rome habitabāt Qui vero in ceteris locis oppidani· Nam sola vrbs roma.Cetera oppida Famuli sunt ex propria seruorum familia orti Serui autem vocabulum inde traxerūt q hi qui iure possent belli occidi·a victoribus conseruabantur· et serui fiebant· a seruando scilicet serui appellati Ancille a su stentaculo vocate. Ancon enim grece cubitus dicitur. Vnde & ancone dicimus. Mancipium est quicqd manu capi subdiq; potest·ut homo·equus·ouis.Haec enim animalia statim ut na/ta fuerint·mancipium esse putantur.Nam et ea que in bestiarū numero sunt·tunc videntur mancipium esse· quando capi siue domari ceperint Ingenui dicti· qa in genere habent libertatē non in facto· sicut liberti. Vnde & eos greci eugenes vocant· q sint boni generis. Libertus autē vocatus· quasi liberatus·erat enim prius iugo seruitutis addictus. Libertorum autem filii apud antiquos libertini appellabantur· quasi de libertis nati. Nunc vero libertinus·aut a liberto factus·aut possessus Ma/numissus dicit· quasi manu emissus. Apud veteres enī quotiēs manumittebāt·alapa percussus circumagebant·& liberos confir mabāt. Vnde & manumissi dicti·eo q e manu mitterent De diticii primum a deditione sunt nuncupati. Deditio enī dicitur quando se victi aut vincendi hostes victoribus tradunt· qbus hec origo nominis fuit·dum quondam aduersus populum ro/manum serui armis sumptis dimicassent· victi se dederunt·cō/prehensiq; varia turpitudie affecti sunt. Ex his quidam postea a dominis manumissi·propter suppliciorum notas quas mani feste perpessi sunt·ad dignitatem ciuium romanorum non per/uenerunt. Latini ante romam conditam apud latinos fiebant· nunqm per testamentum·sed per epistolam libertatē sumentes Inde quia per testamentum non fiebant·nec ex testamēto aliqd capere·nec suos heredes facere poterant·ciues romani postea sub consulibus per testamēta in vrbe romana effecti sunt Dicti au/tem ciues romani·quia testamēto liberi effecti·in numerum ro/manorum ciuium redigūtur. His primum aditus erat in vrbe roma commorari·ceteris autem libertis prohibebatur· ne vel in vrbe roma·vel infra septimū ab vrbe miliarium commanerent

De. Affinitatibus & gradibus Ca·v

Heredi nomen imposuit census eris·soluit enim tributum auctoris. In hoc enim vocabulo p̄ma successio ē hereditatis & generis·ut sunt filii & nepotes Proheres est·qui loco heredis fungit̄·quasi pro herede· est enim aut institutus·aut substitutus. Pater est a quo nascitur initiū generis. Itaq; is paterfamilias vocitat̄. Pater autem autem dictus· eo q̄ patratione peracta filium procreet Patratio enim est rei venerie consūmatio.Lucrecius.Et bene patratio patrum Genitores autem a gignendo Et Parentes quasi parientes.Idem & creatores.Crementum enim est semen masculi·vnde animalium et hominum corpora concipiunt.Hinc creatores parentes dicuntur. Mater dicitur·q̄ exinde efficiatur aliq̄d·mater enī quasi materia.Nam pater causa est Pater autem familias dictus· q̄ omnibus in familia sua positis seruis· tanq̄m pater filiis patria dilectione consulit· seruorumq; conditionem a filiorum affectu non discernit· sed quasi vnum membrum amplectitur. Hinc enim exortum est nomen paterfamilias.Qui autē inique dominantur in seruis·hoc se nomine nequaq̄m reputent appellari. Materfamilias inde vocatur·quia per quandam iuris solennitatem in familiam transit mariti. Tabule enim matrimoniales instrumenta emptionis sue sunt· alias sicut matrona est mater primi pueri·id est quasi mater nati.Ita materfamilias illa est q̄ plures enixa est.Nā familia ex duobus esse incipit Auus patris pater est·ab euo dictus· id est ab antiquitate. Proauus aui pater est·quasi prope auum Abauus ꝓaui pater·iam longe ab auo Attauus abaui pater Tritauus attaui pater·quasi tetrauus·id est quartus supra abauum. Sed tritauus vltimum cognationis nomen est Familia autem oritur a patre·terminatur in tritauo Filius &.Filia a familia dicti sunt.Ipsi enim primi in ordine nascentium existunt. Vnde & cornelia familia stirps ipsa omnis a cornelio orta Familia autem a femore·femur autē genus est·& stirps ostenditur.Nam familia ꝓ seruis abusiue non proprie dicitur. Stirps ex longa generis significatione vocatur Gnatus dicitur·quia generatus. Vnde & per g·scribit̄ Soboles eo q̄ substitutio sit generis Quadripertitus ita autē ordo filiorū ē. Vnigenitus.Primogenitus.Medius. Nouissimus Vnigenitus q̄ sit vnicus·nec ante nec post vllus

Primogenitus ante quē nullus. Medius inter omēs No uissimus post omēs. Idem & minimus a monade. Nouissimus autem propter ꝙ nouus· qa ceteri precedendo antiquiores exi/ stunt Quatuor &iam modis filii appellantur. Natura. Imita tione. Adoptione. Doctrina. Natura veluti cum dicunt̄ filii abrahe iudei. Imitatione ut ipsius abrahe fidem imitantes ex gentibus· dicente euangelio. Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahe· vel sicut eosdem iudeos dominus filios eē dicit diaboli· a quo non nominati vel non nati· sed quē fuerant imitati Adoptiōe quoq ꝙ humana consuetudine nulli licet nescire· vel sicut nos deo non natura sed adoptiōe dicimus. Pa/ ter noster qui es in celis Doctrina sicut apostolus filios suos appellat· eos quibus euangelium predicauit Filii autem ideo in legibus liberi appellantur· ut isto vocabulo secernant̄ a seruis qa sicut seruus in potestate est domini· sic filius in potestate est patris. Inde &iam filio fit emācipatio· ut sit liber a patre· sicut fit seruo manumissio· ut sit liberatus a domino Item liberi dicti quia ex libero sunt matrimonio orti. Nam filii ex libero & an/ cilla· seruilis conditionis sunt. Semper enim qui nascit̄ deterio/ rem parentis statum sumit. Naturales autem dicuntur inge/ nuarum concubinarum filii· quos sola natura genuit· non hōe/ stas coniugii Idem & puer a pube Adoptiuus filius est· q aut patre iusto· aut auo· aut proauo· cuius potestate per mancipati ones est traditus in alienam potestatem· quia vtrius fert nomē· ut flauius emilius· vel scipio paulinus Gemini sunt non duo tantum simul nati· sed etiam plures. De geminis autem vno ab/ orto alter qui legitime natus fuerit vepiscus nominat̄. Post/ humus vocatur· eo ꝙ post humationem patris nascitur· id est post obitum. Iste & defuncti nomen accepit. Sic enim lex vo/ luit· ut quicquid de defuncto nascitur· defuncti nomine appel/ letur Nothus dicit̄ q de patre nobili et matre ignobili gignit̄ sicut ex concubina. Est autem hoc nomen grecum· & in latini/ tate deficit. Huic contrarius est spurius· qui de matre nobili & patre ignobili nascitur. Item. Spurius patre incerto matre vi/ dua genitus· velut tantum spurii filius· quia muliebrem naturā veteres spurium vocabant· velut a notopoy· hoc est seminis nō patris nomine. Eosdem et fauonios appellabant· quia quedam animalia fauonio spiritu id est austro concipere existimantur·

Vnde et hi qui non ſunt de legitimo matrimonio matrem potius q̃m patrem ſequuntur. Latine autem ſpurii quaſi extra puritatem·id eſt quaſi immundi Nepos eſt qui ex filio natus ē Dictus autē nepos quaſi natus poſt·primū enim filius naſcit̄· deinde nepos·gradus enim ſubſtitutionis eſt Hinc & poſteritas·quaſi poſtera etas. Nepos autē vtriuſq; ſexus eſt. Nam ut nepotes dicamus in iure eſt propter diſcretionē ſucceſſionis admiſſam Pronepos eſt·qui ex nepote cōceptus natuſq; eſt. Et dictus pronepos quaſi natus porro poſt. Ex hoc quoq; gradu incipit vocari Et progenies porro poſt geniti. Nam filii et nepotes non ſunt progenies· quia non eſt in eis longa poſteritas. Sicut autem inferius longe editi progenies dicūtur·ita ſuperius proaui·atauiq; progenitores appellantur·quaſi porro generātes· Pronepos dictus·qa prope nepotem. Abnepos qa ſeiungit̄ ab nepote. Eſt enim inter illum & nepotem ꝓnepos. Abnepos abnepotis filius Trinepos adnepotis filius·quia poſt nepotē quartus in ordine ē quaſi tetranepos. Minores autē nō dicimus niſi quotiens graduum deficit nomen· utputa filius·nepos·ꝓnepos· abnepos· adnepos·trinepos. Vbi iſti gradus defecerint· merito iam dicimus·minores ſicut & maiores dicimus poſt patris·aui·proaui·abaui·ataui·tritauiq; vocabulum

De. Agnatis et cognatis Ca·vi

AGnati dicti·eo q̄ accedant ꝓ natis·dum deſunt filii· Qui ideo prius in gente cognoſcūtur· q̄ veniunt per virilis ſexus perſonas·veluti frater eodem patre natus vel fratris filius·nepos vel ex eo· item patruus propinq̄tate cognationis Cognati dicti·qa ſunt & ipi propinq̄tate cognationis coniuncti. Qui inde poſt agnatos habentur·qa per feminini ſexus perſonas veniūt· nec ſunt agnati· ſed alias naturali iure cognati Proximus propter propinq̄tatem ſanguinis appellatus Conſanguinei vocati·eo q̄ ex vno ſanguine id eſt ex vno patris ſemine nati ſunt. Nam ſemen viri ſpuma eſt ſanguinis· adinſtar aque in ſcopulos colliſe· que ſpumam candidam facit· vel ſicut vinum nigrum in calice agitatum ſpumam albentem reddit. Fratres dicti·eo q̄ ſint ex eodem fructu·id eſt ex eodē ſemine nati Germani vero de eadem genitrice naſcendo manantes·nō ut multi dicunt de eodem germine·qui tantū fratres vocant̄. Ergo frēs ex eodem fructu. Germāi ex eadem genitrice

manātes Vterini vocati·eo ꝙ ſint ex diuerſis patribus·et vno vtero editi. Nam vterus tantum mulieris eſt Quatuor autem modis fratres dicūtur in diuinis ſcripturis. Natura. Gente. Cognatione. Affectu Natura ut eſau & iacob·andreas & petrus·iacobus & iohannes Gente ut omnes iudei fratres inter ſe vocantur·ut in deutronomio. Si autem emeris fratrem tuum qui eſt hebreus. Et apoſtolus. Optabam ego inquit anathema eſſe a xp̄o pro fratribus meis·qui ſunt cognati mei ſecundum carnē qui ſunt iſrahelite Porro cognatione fratres vocantur q̄ ſunt de vna familia·id eſt patria·quas latini paternitates interptant̄·cum ex vna radice multa generis turba diffunditur·ut in geneſi dixit abraham ad loth. Non ſit rixa inter me & te· & paſtores tuos & paſtores meos·quia fratres ſumus. Et certe loth nō erat frater abrahe·ſed filius fratris eius aran. Quarto mō affectu fratres dicti·qui in duo ſcinduntur·ſpiritale & commune. Spiritale quo omnes xp̄iani fratres vocantur·ut. Ecce q̄mbonum & q̄miocundum habitare fratres in vnum. Incommune cū & omnes homīes ex vno patre nati pari inter nos germanitate cōiungimur·ſcriptura loquente. Dicite his qui oderūt vos·fratres noſtri vos eſtis. Germana ita intelligitur ut germanus·eadem genitrice manans. Soror aūtem ut fratres. Nam ſoror eſt ex eodem ſemine dicta·ꝙ ſola cum fratribus in ſorte agnitionis habeatur. Fratres patrueles dicti·eo ꝙ patres eorū germani fratres inter ſe fuerint. Conſobrini vero vocati·qui aut ex ſorore & fratre aut ex duabus ſororibus ſunt nati· quaſi conſororini Fratrueles autem matertere filii ſunt Sobrini ꝯſobrinorum filii Titis grecum nomen eſt Patruus frater patris ē·quaſi pater alius. Vnde & diſcedente patre pupillum prior patruus ſuſcipit·& quaſi filium lege tuetur. Auunculus ē matris frater·cuius nomen formam diminutiui habere videtur quia ab auo venire monſtratur Amita eſt ſoror patris·quaſi alia mater Matertera ē ſoror matris·quaſi altera mater Socer eſt qui filiam dedit Gener eſt qui filiam duxit. Gener aūt dictus· ꝙ aſciſcatur ad augendum genus. Socer autē & ſocrus ꝙ generum vel nurum ſibi aſſociauit Vitricus autem q̄ vxorem ex alio viro filium aut filiam habentem duxit. Et dictus vitricus quaſi nouitricius·ꝙ a matre ſuperducat̄ nouus. Priuignus eſt· qui ex alio patre natus eſt. Et priuignus dici putat̄

quasi priuigenus·quia prius genitus. Vnde et vulgo antenatus
Vocabula a gēte hec videntur declinata genitor·genitrix·agnati
agnate·cognati·cognate·ꝓgenitores·ꝓgenitrices·ḡmani·germāe

Item de predictis affinitatibus

Auctor mei generis michi pater est ego illi filius aut filia
Patris mei pater michi auus est ego illi nepos aut neptis
Patris mei auus michi ꝓauus est ego illi ꝓnepos aut ꝓneptis
Patris mei ꝓauus·michi abauꝰ ē·ego illi abnepos aut abneptis
Patris mei abauus·m̄ atauus est·ego illi adnepos aut adneptis·
Patris mei atauus· m̄ tritauus est·ego illi trinepos aut trineptis

De. Patruis

Patris mei frater·michi patruus est·ego illi fratris filius aut filia
Patrui mei pater·m̄ pat̄ magnꝰ ē·ego illi filii frat̄s filiꝰ aut filia
Patrui mei auꝰ·m̄ ꝓpatruꝰ ē·ego illi filii filie nepos aut neptis
Patrui mei ꝓauꝰ·m̄ adpatruꝰ ē· ego illi nepotis ā neptis filiꝰ fi

De. Amitis

Patris mei soror michi amita est·ego illi fratris filius aut filia
Amite mee mat̄·m̄ amita magna ē·ego illi filie fr̄is filiꝰ ā filia·
Amite mee auia·michi ꝓamita est·ego illi neptis filius aut filia
Amite mee ꝓauia·m̄ abamita est·ego illi neptis nepos ā neptis

De. Auunculis

Matris mee frater·m̄ auūculus ē·ego illi sororis filius aut filia
Auūcli mei pat̄·m̄ auūculꝰ magnꝰ ē·ego illi filii sororis fil·ā fi·
Auūcli mei auꝰ·m̄ ꝓauūculꝰ ē·ego illi filii sororis nepos ā nep
Auūculi mei ꝓauꝰ·m̄ abauūculus ē·ego illi neptis filius ā filia


De. Matterteris

Matris mee soror· m̄ matertera est·ego illi sororis filius aut filia
Matert̄e mee soror· m̄ mat̄tera magna ē·ego illi sororis ne·ā nep
Auie mee soror·m̄ abmat̄tera ē·ego illi ꝓnepos sororis ā ꝓnept
Proauie mee soror·m̄ ꝓmat̄tera ē·ego illi sororis neptis fili· ā fil


Stemma Stirpis Humane



Stemmata dicuntur ramusculi quos aduocati faciũt in genere cum gradus cognationum partiuntur· utputa·ille illius filius· ille pater·ille auus·ille agnatus·et ceteri quorum figure hee sunt



9
abauus abauia IIII
pauus pauia III
auus auia II
pater mater I
Frater II
Soror II
Filius filia I
nepos neptis II
abnepos abnepte IIII
Horum filius filia VI
Eorum nepos neptis VII
patruus amita III
auunculus matertera III
fratris filius filia III
fratris nepos neptis IIII
sororis filius filia III
sororis nepos neptis IIII
Horum filius filia V
eorum nepos neptis VI
Hec est Arbor Con= sangui= nei= tatis


Iste due Cellule ab ext̄ posite ponuntur ad decorem et ad demonstrandū genera affinitatis. Sed non habent prohibitionem.
Primum genus affinitatis. qd hodie habz prohibitionem.
Primum genus affinitatis. qd hodie hz phibitioē
Relictus relicte fratris
Uxor fratris oli relicta
Frater
Prim9 gradus
Soror
Vir sororis oli relictus
Relicta relicti sororis
Uxor filij fratris
Fratris filius
Secundus gradus
Sororis filia
Vir filie sororis
Uxor nepotis fratris
Fratris nepos
Tercius gradus
Sororis neptis
Vir neptis sororis
Uxor pnepotis fratris
Fratris pronepos
Quart9 gradus
Sororis pronept
Vir pronepti sororis
affinitatis
Arbor

Haec consanguinitas dum se paulatim propaginum ordinibus dirimens·vsq3 ad vltimum gradum sub/traxerit· & propinquitas esse desierit· eam rursus lex matrimonii vinculo repetit·& quodam modo reuocat fugientem. Ideo autem vsq3 ad sextū generis gradum consanguinitas constituta est·ut sicut sex etatibus mundi generatio et hominis status finitur·ita propinquitas generis·tot gradibus terminaret̄

De. Coniugiis Ca·viii

Vir sexum significat·non coniugium· nisi adiunxeris· vir eius. Maritus vero &tiam sine adiectione con/iugem sonat·et a mare maritus·quasi mas.Est enim nomen prime positionis·quod facit in diminutione masculus· in deriuatione maritus Sponsus a spondendo vocatus.Nam ante vsum tabellarum matrimonii cautiones sibinuicem mitte/bant·in quibus spondebant seinuicem consentire in iura matrimonii·& fideiussores dabant. Vnde admissum est·ut sponsum dicamus virum ab spondendo·et sponsam similiter Ceterum proprie spondere velle est.Ergo sponsus nō q̄a ꝓmittit·sed q̄a spondet & sponsores dat. Arrabo dicta quasi arra bōa·quod enim datur pro cōiugio·bene datur·quia coniugiū bonum est· quod vero causa fornicationis· aut adulterii· malum est.iccirco arrabo non est. Dicta autem arra a re pro qua traditur. Est autem arra non solum sponsio coniugalis·sed &tiam pro qualibet promissa re data·ut compleatur. Proci nuptiarum petitores· a precando et petendo dicti Pronuba dicta·eo ꝙ nubentibus preest·queq3 nubentē viro coniungit Ipsa est & paranimpha nam nimpha sponsa in nuptiis.Et nimpha pro lauationis officio·quod et ad nomen nubētis alluditur Coniuges appellati a prima desponsationis fide·q̄muis adhuc inter eos ignoret̄ cō/iugalis concubitus· sicut maria ioseph cōiunx vocat̄·inter quos nec fuerat·nec futura erat·carnis vlla commixtio.Coniuges au/tem verius appellantur propter iugum quod imponitur matrimonio coniungendis.Iugo enim nubentes subiici solent·ꝓpter futuram concordiā ne separētur. Nuptie dicte ꝙ vultus suos velent·translatū nomen a nubibus·q̄bus tegitur celum. Vnde & nuptie dicuntur·ꝙ ibi primum nubentium capita velantur Obnubere enim cooperire est Cuius cōtraria est innuba·hoc est innupta·que adhuc vultū suum non velat Vxores vocate

quasi vnxiores· moris enim erat antiquitus·ut nubentes puelle simul venirét ad limen mariti & postes·& anteq̃m ingrederent̃ ornarétur laneis vittis·& oleo vnguerent̃. Et inde vxores dicte· quasi vnxiores. Que ideo vetabant̃ limina calcare· q̄ illic ianue & coeant·et separentur Matrona est que iam nupsit·& dicta matrona·quasi mater nati· vel q̄a iam mater fieri potest. Vnde & matrimonium dictum. Distinguitur autem inter matroná & matrem·& matremfamilias. Nam matrone quia iam in matrimonium conuenerunt. Matres quia genuerunt. Matressamilie·quia iam per quandam iuris solennitatem in familiá mariti transierunt Monogamus dictus·quia vni tátum nupsit·monos enim apud grecos vnum dicitur·gamos nuptie interp̃tant̃·

Digamus autem & trigamus a numero vxorum vocatus· quasi a duobus vel tribus mulieribus Vidua vocata·q̄ cum viro vno fuerit· nec circa consortium alterius viri post mortem coniugis primi adheserit. Nam que alteri post mortem prioris viri nupserint vidue non dicuntur. Item vidua dicta·q̄ sola sit· nec circa consortiú alterius viri coniugalia iura custodit Fratris vxor fratrissa vocatur Mariti frater leuir dicitur· Duorum inter se fratrum vxores ianices vocantur· quasi eandem ianuam terentes·vel per eandem ianuam iter habentes Viri soror glos appellatur Sororis vir speciale nomen nó habet·nec vxoris frater Matrimonium est nobilium iusta conuétio & conditio. Coniugium est legitimarum personarum inter se coeundi & copulandi nuptie. Coniugium est dictum·q̄a coniuncti sunt·vel a iugo quo nuptiis copulant̃·ne resolui aut separari possint Connubium autem non a nupta·sed a nubendo formatum. Dicitur autem cónubium cum equales in nuptias coeunt·utputá ciues romani· pari vtiq̃ dignitate. Connubium autem non est· cum ciuis romanus cum latina iungit̃· quotiés autem connubiú non est filii patré non sequunt̃. Himeneus a quodam himeneo·qui primus prospere vsus est nuptiis·vel a notoymenoc·quod membrane virginitatis est claustrú Contubernium est ad tempus coeundi conuentio. Vnde et tabernaculum·quod modo huc·modo illuc prefigitur. Repudium ẽ quod sub testimonio testium vel presenti vel absenti mittitur.

Diuorciú est quociensc̃unq̃ dissoluto matrimonio alter eoꝝ alteras nuptias sequitur. Diuortium auté dictum a flexu viarũ

hoc est via in diuersa tendens. Friuolum est cum eo animo separantur·ut rursum ad seinuicem reuertātur. Nam friuolum est velut quasse mentis & effluxe nec stabilis. Proprie aūt friuola vocantur·fictilia vasa inutilia. Tres autem ob causas ducit vxor. Prima est causa prolis·de qua legit̄ in genesi· & benedixit eos dicēs. Crescite & multiplicamini. Secunda causa adiutorii·de qua ibi in genesi dicitur. Non est bonū hoīem esse solum· faciamus ei adiutorium simile. Tercia causa incontinētie. Vnde dicit apostolus ut qui se non continet nubat In eligendo marito quatuor expectari solent· virtus·genus·pulcritudo·sapiētia Ex his sapientia potentior est ad amoris effectum. Refert haec quatuor virgilius de. Enea· ꝙ his dido impulsa est in amorem eius. Pulcritudine·quam sese ore ferens. Virtute·quam forti pectore & armis. Oratione. Heu quibus ille iactatus factis q̄ bella exhausta canebat. Genere. Credo equidem nec vana fides genus esse deorum Item in eligēda vxore quatuor res impellunt hoīem ad amorem. Pulcritudo. Genus. Diuitie. Mores. Melius tamen est si in ea mores querantur·q̄m pulcritudo. Nunc autē ille queruntur quas aut diuicie· aut forma· non quas probitas morum commendat. Ideo autem femine sub viri potestate consistunt· quia leuitate animi plerumqꝫ decipiuntur. Vnde & equum erat eas viri auctoritate reprimi. Proinde & veteres voluerunt feminas innuptas q̄muis perfecte etatis essent propter ipam animi leuitatem in tutela consistere Finit nonus

Friuolum 9 · Vxor tribus de causis ducitur · In eligenda vxore 4

INCIPIT · LIBER · DECIMVS · DE · QVIBVSDAM NOMINIBVS · PER · ALPHABETVM · DISTINCTis

ORIGO · QVORVNDAM · NOMInū IDEST · VNDE · VENIANT · Nō PENE · OMNIBVS · PATET · Proinde quedam noscendi gratia huic operi interiecimus De· Quibusdam vocabulis hominū per denominationem

LIcet origo nominum vnde veniant·a philosophis eā teneat rationem·ut per denominationem vel deriuationem homo ab humanitate·sapiens a sapientia denominetur·qa prius sapientia·deinde sapiens·tamen claret alia

Sapiens

ſpecialis in origine quorũdam nominum cauſa·ſicut homo ab humo· vnde proprie homo eſt appellatus· ex quibus exempli gratia quedam in hoc opere poſuimus

Neros vir fortis et ſapiẽs Auctor ab augẽdo dictus Auctorem etiam feminino genere dici poſſe exiſtimãt. Nam quedam ſunt que in feminino flecti nõ poſſunt·ut curſor Actor ab agendo. Alumnus ab alendo vocatus·licet et qui alit et qui alitur alumnus dici poteſt·id eſt et qui nutrit·et q nutritur Amicus per deriuationem quaſi animi cuſtos.Dictus autem proprie amicus ab hamo id eſt catena caritatis.Vnde et hami ꝙ teneant Amator·turpitudinis q a amore torquetur libidinis. Amabilis autem ꝙ ſit amore dignus Amaſius eo ꝙ ſit pronus ad amorem Aſtutus ab aſtu vocatus·qui eſt callidi et cauti nomis· qui poſſit ſine periculo fortiter aliquid facere. Argutus quia argumentum cito inuenit in loquẽdo. Acer in vnamquamq; formam vegetus ac nimius Alacer a velocitate et curſu·quaſi diceret aliq̃ Armiger ꝙ arma gerat Alacris letus·alacriter geſtiẽs·et nullius rei nouitate turbatus Agilis ab agendo aliquid celeriter ſicut docilis Aemulus eiuſdẽ rei ſtudioſus· quaſi imitator et amabilis·alias inimicus inuenitur. Aequus eſt ſecundum naturã iuſtus·dictus ab equitate hoc eſt ab eo ꝙ ſit equalis. Vnde et equitas appellata·ab equalitate quadam ſcilicet Aequeuus ab eo ꝙ ſit alteri equalis euo·id eſt coetaneus Arrogãs eo ꝙ multum rogetur·et ille multum faſtidioſus ſit Audax proprie ꝓ arrogante ponitur Animoſus ꝙ ſit animis et viribus plenus Animatus ꝙ ſit aĩo auctus·quaſi animo firmatus Aelatus pro eo ꝙ ſeipm̃ ſuper menſuram ſuam eleuet·dum magnus ſibi videtur·de his quae agit. Attollens ꝙ ſe eleuet et erigat· Ambicioſus ꝙ honores ambiat Auidus dictus ab auẽdo· Auere enim cupere eſt Hinc et auarus.Nam quidem auarũ eſt progredi vltra q̃m ſufficit.Auarus ex eo dictus·ꝙ ſit auidus auri·et nunq̃m opibus expleatur· et quãtum plus habuerit·tãtum plus cupiat·flacci ſuper hoc concordante ſapientia·qui ait Semper auarus eget· Et. Saluſtius·ꝙ neq; auaricia copia neq; inopia minuatur Amarus a ſapore tranſlatum nomẽ habet· eſt enim inſuauis· nec nouit quemq̃m ad conſortium ſuum aliqua inuitare dulcedine. Adulter violator maritalis pudoris·

eo q alterius thorum polluit Anceps huc illucq; fluctuans· ac dubius·istud an illud capiat·& in qua parte declinet anxius·

Atrox q sit tetris moribꝰ Abstemius a temeto id est vino quasi abstinēs a vino Ablactatus q sit a lacte ablatus Aeger q agatur infirmitate vel tristicia ad tempus Aegrotus q sit eger frequentius·sicut iratus & iracundus. Aerumnosus a rumine dictus· q per inopiam miser factus· esuriat & sitiat.

Auspex eo q auium auspicia intēdat·sicut auceps q aues capiat Astrosus ab astro dictus·quasi malo sidere natus Aenormis eo q normam et mensuram excedat Abactor est fur iumentorum & pecorum·quem vulgo abiegium vocāt·ab abigendo scilicet Atramus & albatus·ille a veste nigra·iste ab alba Aduena eo q aliunde adueniat Alienigena eo q aliene regionis sit·& nō eius vbi est. Item alienigena qui ex alia gente genitus est·& non ex ea vbi est. Accola eo q veniens terram colat Agricola a colendo agros·sicut siluicola. Assecla eo q sequatur aliquem lucri causa. Assiduus dicebatur apud antiquos qui assibus ad erarium expensum conferendis preerat·& in negociis quoq; publicis frequens. Vnde & per ss non per d scribendum est Apparitor nominatus·q appareat & videat· & presto sit ad obsequium. Attentus ut aliquid audiens teneat Attonitus veluti furore quodam instinctus atq; stupefactus. Dictus autem attonitus a tonitrui strepitu·quasi tonitruo stupefactus·& vicino fulgore·aut attactu proximus Allectus q sit palam electus. Abactus q sit ab actu remotus.

Abortiuus eo q non oriatur·sed aboriatur & excidat Adoptiuus quia est adoptatus in filium Ambo ab eo q nomen de greco latinū factum·littera tercia demutata Alius de multis dicitur Alter vero e duobus dicitur Aeqmanus appellatus qui vtraq; manu gladio incunctanter vtitur

Beatus dictus quasi bene auctus· scilicet ab habendo quod velit·& nichil patiendo quod nolit.Ille autem vere beatus est· & qui habet omnia que vult bōa·& nichil vult mali·ex his enim duobus beatus homo efficit Bonus a venustate corporis creditur dictus·postea et ad animum translatum nomen.Eum autem dicimus bonum·cui non preualet malum.Eumq; optimū· qui peccat minimū Benignus est vir sponte ad benefaciendum paratus·& dulcis alloqo. Nō

autem multum distat benignus a bono· quia & ipe ad benefaciendum videtur expositus. Sed in eo differt· qa potest bonus esse & tristior· & bene quidem facere & prestare quod poscitur non tamē suauis esse nouit consortio. Benignus autē sua cūctos nouit inuitare dulcedine Beneficus a benefaciēdo alteri dict9 Vnde & beneficientia vocatur· que ꝓximo prodest Beniuolus quia bene vult· nō tamen dicimus beneuolus· sicut nec maleuolus. Sepe enim ex duabus partibus compositum nomen aut priorem· aut sequentem literam corrumpit. Nam beneuolētia absurdum sonat Blandus dulcis· & inuitas ad familiaritatem sui. Brutus quasi obrutus· quia sensu caret· est enim sine ratione· sine prudentia. Vnde & ille iunius brutus ex sorore tarquinii superbi genitus· cum eundem casum timeret· quē frater inciderat· qui ob diuitias et prudentiam ab auunculo fuerat occisus· vtilem temporis simulauit stulticiam. Vnde & iā brutus est cognominatus dum vocaretur iunius. Balbus a balando potius q̃m a loquendo dictus· verba enim non explicat Inde & blesus· quia verba frangit Buccogarrulus· ꝙ ceteros oris loquacitate non sensu exuperet Biliosus ꝙ semper sit tristis ab humore nigro qui bilis vocatur. Baburrus stultus· ineptus.

Biothonatus quod est bis mortuus. Thanatos enim graeco sermone mors dicitur

Clarus a celo ꝙ splendeat. Vnde & clara dies ꝓ splendore celi. Celsus a celo dictus· ꝙ sit sublimis & altus· quasi celestis Castus primum a castratiōe nūcupatus· postea placuit veteribus & iam eos sic nominari qui perpetuam libidinis abstinentiam pollicebātur Celes dictus quia iter sibi facit ad celum. Celeber connubii expers· qualia sunt nomina in celo· que absq; coniugiis sunt. Et celebs dicitur quasi celo beatus Celicola eo ꝙ celum colat· est enim angelus

Continens non solum in castitate dicitur· sed & iam in cibo & in potu· in ira quoq; & vexatione mentis· & detrahendi libidine. Et continens dicitur ꝙ se a multis malis abstineat Clemens misericors· ab eo ꝙ cluat id est ꝓtegat· & tueatur· sicut solet patronus clientem Concors a coniunctione cordis est appellatus. Nam sicut consors dicitur qui sortem iungit· ita ille cōcors dicitur· q corde iungitur Concionator· consolator· allocutor. Et inde dictus consolator· ꝙ soli se applicat cui loq̄tur·

& solitudinem leuat alloquo suo. Hinc & solaciũ Consultus est qui consulitur. Cui contrarius est inconsultus· q nõ accipit consilium. Constans dictus q̄ vndiq; stat· nec in aliquã partem potest declinari Confidens q̄ sit in cũctis fiducia plenꝰ Vnde & cecilius. Si confidentiã habes· tunc fide oĩa. Cautus a cauẽdo dictus. Callidus fraudulentus· quia callere nouit· & male peritus. Callidum autem veteres non pro astuto tantum· sed &iam ꝓ astute docto ponebant. Hinc & astutũ et versutũ ab eo q̄ animum cito vertat Cupidus a cupiendo multum· id est a capiendo vocatus Clamosus quasi calamosus· a calamo· scilicet q̄ sonet. Calumniator falsi crimĩs accusator· a caluendo id est frustrãdo & decipiendo dictus Calculator a calculis id est lapillis minutis quos antiqui in manu tenentes numeros componebant. Compilator qui aliena dicta suis permiscet· sicut solent pigmentarii in pila diuersa mixta cõtundere Hoc scelere quondam accusabatur mantuanus ille vates· cum quosdam versus homeri transferens suis permiscuisset· & cum compilator veterum ab emulis diceretur· ille respondit· magnarum esse virium· clauam herculi extorquere de manu Contumax ab eo q̄ contemnat Cromaticus quia non confunditur nec colorem mutat. Grece enim croma color vocatur Contumeliosus quia velox est & tumet verbis iniurie Contẽciosus ab intencione vocatus· qui non ratione aliquid· sed sola pertinacia vindicat. Contemptibilis vel quia contemptu habilis· vel quia cõtemptus & vilis· id est sine honore. Crudelis hoc est crudus· quem greci homon appellant per translationem· quasi non coctus· nec esui habilis est enim asper et durus· Carnifex q̄ carnẽ afficiat Cruciarius eo q̄ sit cruce dignus. Collega a colligatione societatis· & complexu amicicie dictus Coetaneus quasi compar etatis Complex quia vno peccato vel crimine alteri est applicatus ad malum. Ad bonum vero nunq̄m complicem dicimus Consors eo q̄ ad eum pars pertinet bonorum. Nam sortem veteres pro parte põebant. Consors ergo q̄ sit communis sorte. Sicut dissors dissimilis sorte Celer appellatus a celeritate· qa quod vsus eget vel exigit velocius facit·

Confinialis ab eo q̄ sit genere vel loco affinis. Colonus a colonia vel ab agro colendo dictus Curator q̄ curã ferat pueris· qa adhuc eius etatis sunt· ut negocia sua satis administrare

non possint. Cognitor a cognoscendo causam dictus. Cli entes prius colientes dicebantur a colendis patronis. Captus captiuus dicitur quasi capite deminutus ingenuitatis fortuna enim ab eo excidit. Vnde & a viris peritis capite diminutus di citur Colomis a colũna vocatus eo ꝙ erectus & firmissimus sit Comptus a coma dictus ꝙ sit formosus capillis vel quia comam nutrit. Calamistratus a calamistro id est acu ferrea in calami similitudine facta in qua crines obtorquent̃ ut crispi sint quam in cinere calefacere solent qui capillos crispant ut ca lamistrati sint. Corpulentus ꝙ sit corpore validus & lentis carnibus Crassus a sagina corporis a creando carnes Com messor a comedendo satis est enim gule ac ventri immoderate

Caupo deditus Caupo pessimus de vino aquã faciens. Candidus canus dictus a candore quasi candor datus studio enĩ accedit candor. Nam album vocari nature est. Cecus appellatus ꝙ careat visu est enim luminibus amissis. Cecus est q̃ vtroq; ocu

Caducus lo non videt. Caducus a cadendo dictus id est lunaticus eo ꝙ certo lune tempore patiatur Confusus a confessiõe sceleris appellatus. Inde & confusio Conuulsus dicitur cui sua vi ali qua adimuntur. Vnde & conuulsa nauis cuius eminentia vi tempestatis adimuntur. Vnde & virgilius. Vix septem cõuulse vndis quasi mutilate Consumptus totus sumptus et deuora tus Conciliatrix ob societatem flagiciose consensionis dicta eo ꝙ intercurrat alienumq; nundinet corpus. Hanc &ꝯiam & le nonem vocant Circumforanus qui vacationis causa circum forum & conuentum vagatur Colligiatus carpentatus

DOminus per deriuationem dictus ꝙ domui presit & cuncte familie dominetur. Dissertus doctus a differendo dictus disposite enim differit. Doctus a dicendo. Inde & dictor Docilis non ꝙ sit doctus sed quia doceri potest est enim ingeniosus et ad discendum aptus Di scipulus a disciplina dictus. Disciplina autem a discendo vocat̃

Dispensator vocatur cui creditur administratio pecũniarũ & ideo dispensator quia prius qui dabant pecuniam non nu merabant eam sed appendebãt. Diues ab ere vocatus vel diu vescens Decorus perfectus a decem Dulcis decens com po situs a numero decem dictus. Hinc & decorus et decibilis Di rectus eo ꝙ in directum vadit. Dilectus a diligẽtia. Hec sunt

enim ſigna diligendi   Delibutus de oleo vnctus·ut athlete ſo
lent·vel in certamine pueri.Hinc et delibutū gaudio id eſt per/
fuſum vel plenum   Delicatus ꝙ ſit delicus paſtus·viuēs in
epulis et nitore corporis   Defeſſus ſemper infirmus·quaſi diu
feſſus   Debilis ꝙ per bilem factus ſit fragilis.Bilis eñi humor
eſt afficiens corpus   Decolor ꝙ deſit illi color.   Deſperatus
vulgo vocatur malus ac perditus·nec iam vllius proſpere rei·di/
citur autem per ſimilitudinem egrorum·qui affecti· & ſine ſpe
deponuntur.Conſuetudo autem erat apud veteres·ut deſperati
ante ianuas ſuas collocarētur·vel ut extremum ſpiritū redderēt
terre·vel ut poſſent a tranſeuntibus forte curari·qui aliquando
ſimili laborauerunt morbo.   Degener aut ignobilis·aut ꝙ ſit
impari genere·aut ſi dum ſit optimo genere natus·inhoneſte ta
men viuit.   Decrepitus ꝙ morti ſit propior·quaſi ad mortis
tenebras crepat·ſicut crepuſculum tempus noctis. Alii dicunt
decrepitum·non qui ſenectute auulſus eſt·ſed qui iam crepare
deſierit·id eſt loq̄ ceſſauerit   Depreciatus ab eo ꝙ ſit vilis·nec
aliquo precio dignus.   Dirus preparcus & teter·quaſi diuina
ira in id actus. Nam dirum dicit̄ quod diuina infert̄ ira. Alias
dirus magnus.   Deſciens valde ſciens.Hic enim de augentis
eſt·ut terēcius.Deamo te ſire. Debiſcens vel deſciens.Hic enim
de augentis de amore deſidere   Deſpiciens eo ꝙ deorſum aſpi
ciat·vel cōtemptui habeat.   Doloſus inſidioſus·vel malignus·
ab eo ꝙ deludat·ut enim decipiat ocultam maliciā blandis ſer/
monibus ornat   Dubius·incertus·quaſi duarū viarum   De
lator dictus·eo ꝙ detegit quod latebat.   Dilator quia differt
ad proferēdum   Deſidioſus tardus·piger·a deſidendo vocatus·
id eſt valde ſedendo. Idem & reſidens a reſidendo·de enim hic
augentis eſt   Delirus mēte defectus per etatem·a potoyliram·
Vel ꝙ a recto ordine·& quaſi a lira aberret. Lira enim arationis
genus eſt·cū agricole facta ſemente dirigunt ſulcos·in quos oīs
ſeges decurrit.   Demens idem qui amens·id eſt ſine mēte·vel
ꝙ diminutionem habeat mentis.   Deſipiens eo ꝙ minus ſa/
pere incipit q̄̄m ꝙ ſolebat   Damnatus & damnabilis quorū
prior iam addictus eſt·ſequens poteſt addici.   Degulator ꝙ
gule ſit deditus

ELoquens profuſus eloquio   Exertus in loquendo
expeditus. Exerere enim proferre vel expedire eſt·vel

expendere Eruditus quia nõ rudis·sed iam doctus est Expertus multum peritus·ex enim hic pro valde ponit̃ Expers vero qui est extra peritiam & intellectum. Exornatus valde ornatus·ex enim hic ꝓ valde ponitur· sicut excelsus quasi valde celsus Eximius quasi valde eminens. Efficax dictus·quia nullam difficultatem habet in qualibet re facienda. Hinc & efficiens a faciendo dictus. Exspes q̄ꝛ sit sine spe. Expers q̄a extra partem·caret enim parte. Exsors quia extra sortem est·

Exsul quia extra solum est suum·quasi trans solum missus· aut extra solum vagus. Nam exulare dicuntur qui extra solum eunt· Extorris qui extra terram suam est·quasi exterris. Sed proprie extorris cũ vi expulsus·& cũ terrore solo patria eiectus. Et extorris ex terra sua pulsus. Extorris extra terram·aut extra terminos suos quia exterretur Exterminator nõ ille q̄ vulgo sed qui deicit & expellit a terminis ciuitatis·

Extermĩatus ab eo q̄ꝛ sit extra terminos suos eiectus. Sic & externus·eo q̄ꝛ sit aliene terre Egenus & egentes sine gente·& sine genere indigentes Exiguus multum egens·ex enim pro valde ponitur. Exilis tenuis q̄ꝛ possit q̄muis per angustum exire·siue sine ilo Exesus quasi percomesus·est enim aridus·tenuis·& exilis Exhaustus q̄a consumptꝰ est·et inanis effectꝰ

Exsanguis q̄ꝛ sit extra sanguinem Exanimis est mortuus Exanimis autẽ & exanimus dicimus· sicut vnanimus & vnanimis·inermis & inermꝰ·et hoc nostro arbitrio subiacet Exustus dicitur de quo nichil superest·quasi valde vstus·ex enim pro valde ponitur. Exosus ab odio dictus. Nam antiqui & odi dicebant & osussum· hinc est exosus quo vtimur·licet iam osus non dicamus Effractor q̄ꝛ sit expugnator claustrorum.

Exiciosus eo q̄ꝛ multis exitio sit. Executor ab exequendo. Idem & exactor Efferatus mente ferina effectus·& vltra humanum modum excedens Effrenatus ab eo q̄ꝛ sit preceps·& pronus·& sine freno rationis Eunuchus grecum nomen est· quod est spado. Horum quidam coeunt·sed tamen virtus in semine nulla est·liquorem enim habent· & emittunt·sed ad gignendum inanem atq; inualidum Effeta ab eo q̄ꝛ sit frequenti fetu exhausta. Partus enim eam assiduus debilem reddit

FAcundus dictus·quia facile fari potest Facetus q̄ iocos & lusus gestis et factis ꝯmẽdat·a faciẽdo dictꝰ

Frugalis a fruge nominatus·id est a fructu vel parsimonia siue ut alii volunt a modestia & temperantia. Fenerator qui pecuniam deponit apud debitorem·quasi fenoris auctor. Nam fenus pecunia est. Fenerator autem latine dicitur·q. dat mutuū & qui accipit Flamines pontifices idolorum. Foelix dicit̄ qui foelicitatem dat. Foelix qui accipit· Et foelix per quē datur foelicitas·ut foelix tempus·felix opus Fidelis pro eo ꝙ fit ab eo id quod dicit vel promittit bonum Facilis a faciendo nec tardus Firmus vnde & formosus Fortis quia fert aduersa vel quaecunqꝫ acciderint·siue a ferro ꝙ sit durus nec molliatur.

Formosus a forma dictus. Formum enim veteres calidum & feruens dixerūt·feruor enim sanguinem mouet·sanguis pul/critudinem. Foedus nomen habet ab hirco & hedo·f littera addita. Hunc veteres in graui significatione ponebant·ut. San/guine fedante quos ipe sacrauerat ignis Fragilis dictus·eo ꝙ facile frangi possit Fessus quasi fissus·nec iam integer salute· Est autem generale. Dicimus enim fessus animo· ut terencius· Fessus valde resēdit. Et fessus corpore·quod magis est propriū. Et fessus rerum a casu venientium Fatigatus quasi fatis agi/tatus. Formidolosus a formo id est sanguine dictus·cum se a cute vel a precordio fugiens contrahit sanguis. Nā timor san/guinem gelat·qui coactus gignit formidinem. Vnde est illud. Gelidusqꝫ coit formidine sanguis. Formidolosus autē cum sit timidus·& timendum significat Fatuus ideo estimat̄ dictus quia neqꝫ quod fatur ipe·neqꝫ quod alii dicūt intelligit. Fatuos originem ducere quidam putant a miratoribus fatue fauni vxo ris fatidice·eosqꝫ primum fatuos appellatos· ꝙ preter modum obstupefacti sunt vaticiniis illius vsqꝫ ad amentiam. Fautor ab eo ꝙ faueat & consentiat Fictor appellatus a fingendo et componendo aliquid·sicut capillos mulierū linit & pertractat· vnguit & nitidat. Fallax ꝙ fando id est loquendo decipiat.

Feruidus iracundus·ira enim inflammatur. Frendens ꝙ minando frangat dentes & comprimat Ferox ab eo ꝙ ferita/tem exerceat ut bestia Fur a furuo dictus est·id est fusco. Nā noctis vtitur tempore Factiosum inter obprobria cum sedi/ciosum accipi volumus·cū vero gratiosum·ac potentē·& quasi. magne factionis. Facinorosus a facti commisso nūcupatus facit enī quod alteri nocet Flagiciosus eo ꝙ freqn̄tius flagitet

Timor sanguinem gelat

atq; appetat libidinem Furcifer dicebatur olim q ob libidinis delictum cogebatur a dominis ignominie magis q̃m supplicii causa furcam circa viam ferre· predicans peccatum suum· & mo/nere ceteros· nequid simile peccarẽt Futilis vanus· superfluus loquax. Et est metaphora a vasis fictilibus· que cassa et rimosa non tenent que inieceris Fornicaria vel fornicatrix est cuius corpus publicum & vulgare est. Hec sub arcuatis prosternebãt quae loca fornices dicuntur. Vnde & fornicarie· virgilius. Atq; aduerso fornice Fecunda a fetu dicta· quasi fetu habunda· est enim partu frequens feta Flens quasi lachrimis fluens Fugitiuus nemo recte dicitẽ· nisi qui dominũ fugit. Nã si paruulus puer a nutrice vel ab scolis discesserit· fugitiuus non est

GLoriosus a frequentia claritatis dictus· pro c g littera commutata Gloriosus a laurea dictus· quae datur victoribus Gnarus sciens. Cui contrarius est ignarus nesciens Grauis venerabilis. Vnde & cõtemptibiles leues dicimus. Grauis pro consilio & constantia dictus· quia nõ leui motu dissilit· sed fixa constãtie grauitate consistit Grandeuus q; sit grandis euo Gratus gratiam seruans. Sed gratus tãtum animo. Gratissimus & animo & corpore dicitur. Gratificus ab eo q; gratis faciat bonum. Gratiosus q; plus vnicuiq; q̃m meretur tribuit. Garrulus ꝓprie dicitur qui vulgo verbosus dicitur· accedente leticia nec valens nec volens tacere· sumptum nomen a graculis auibus· quae importuna loquacitate semper strepunt· nec vnq̃m quiescunt. Ganeo luxuriosus & tanq̃m in ocultis locis et subterraneis· que ganea greci vocant Glutto a gula id est gulosus

HVmilis quasi humo acclinis Honorabilis quasi honore habilis· hoc est aptus Honestus q; nichil habeat turpitudinis. Nam q̃d est honestas nisi honor perpetuus· id est quasi honoris status. Humanus q; habeat circa homines amorem & miserationis affectum. Vnde & hu/manitas dicta· qua nos inuicem tuemur Habilis q; sit ad habendum commodus atq; aptus Honerosus plus est q̃m ho/noratus· sicut scelerosus plus est q̃m sceleratus Hirsutus ab eo q; sit hirtus & pilis horridus Hipocrita greco sermone in la/tinum simulator interpretatur· q dum intus malus sit· bonũ se palam ostendit. Hipo enim falsum crisin iudicium interꝓtatur

Nomen autem hipocritae tractum est ab specie eorum qui in spectaculis contexta facie incedunt· distinguentes vulto ceruleo nimioq; colore. & ceteris pigmentis·habentes simulachra oris lintea gipsata·& vario colore distincta·nonunquam & collum & manus creta perunguentes·ut ad persone colorem peruenirent· & populum dum in ludis agerent· falleret modo in specie viri· modo in femine·modo tonsi·modo criniti·anili & virginali· ceteraq; specie·etate·sexuq; diuerso ut fallant populum·dum in ludis agunt. Que species argumenti translata est in his·qui falso vultu incedunt & simulant quod nō sunt. Nam hipocrite dici non possunt·exquo foras exierint Humatus q sit humo tectus·id est sepultus

Ngeniosus q intus vim habeat gignendi quamlibet artē Inuentor dictus·q in ea que querit inuenit. Vnde & ipa que appellatur inuētio· si verbi originem retractemus quid aliud resonat·nisi quia inuenire est in id venire quod qritur. Interpres q inter partes medius sit duarum linguarū dum transfert. Sed & qui inter deum quem interpretatur & homines quibus diuina indicat misteria interpres vocatur iuridicus Indolis proprie est imago quedam future virtutis Iustus dictus·qa iura custodit· et secundum legem viuit Innox q non noceat Innocuus cui nocitum non sit. Sed apud veteres vtrunq; indifferens est. Ilaris grecum est nomen. Iocundus eo q sit iocis aptus & hilaritate·a frequentia·sicut iracundus Iocosū s iocis vsus. Inclitus grecū nomen est. Nam cliton greci gloriosum vocant Illustris nomen noticie est·q clareat multis splendore generis·vel sapientie· vel virtutis. Cui contrarius est obscure natus Idoneus quasi duplum habens donum. Incolomis a columna nomen habet·quasi erectus·fortis·& stabilis Immarcessibilis incorruptus·& sempiternus·q sit sine marcore et languore Intemeratus·incorruptus·et nulla temeritate violatus Infirmus quia sine forma Imbecillis quasi sine baculo·fragilis & inconstans. Inanis leuis. Inconstans quia non est stabilis·& quod placet ei rursus displicet Iactans vel arrogans est·qui maiorum institutis non acquiescit· sed propriam quandam viā iusticie & sanctitatis inquirit Iracūdus dictus qui accenso sanguine in furorem compellitur. Ir enim flamma dicitur·& ira inflammat. Incentor ab eo q incendat atq; in-

flammet. Incentor q̃a praua ſuggeſtione ad vicia cor aliorum ſuccendit & perſuadendo inflammat Inexpiabilis q̄ nūq̄m expietur· nunq̄m purgetur. Inlaudabilis· non quia laudatus non ſit· ſed quia laudari non meruerit Iratus ira actus Im/pius quia ſine pietate religionis eſt. Iniquus proprie dictus· quia non eſt equus· inequalis eſt. Inter impiū autem et iniquū hoc diſtare nonnunq̄m ſolet· quia omnis impius iniquus· non tamen omnis iniquus eſt impius. Impius nanq; ꝑ infideli po/nit· & dictus impius q̄ ſit a pietate religiōis alienus. Iniquus vero dicitur pro eo q̄ non eſt equus· ſed prauis operibus macu latur· ne xp̄iſtianitatis nomine cenſeatur Inimicus quia non eſt amicus· ſed aduerſarius. Due autem res inimicos faciūt· fraus· et terror. Terror q̄ timent. Fraudis malū quod paſſi ſunt

Inuidus dictus ab inuidendo felicitati alterius Inuidioſus eſt qui ab alio patitur inuidiam. Inuiſus odioſus· ab inuidia & zelo dictus. Inteſtabilis cuius teſtimonium non valet· & quod dixerit irritum improbatumq; ſit Infamis non bōe fa/me Improbus dictus q̄ inſtat & iam probibenti Importu nus inquietus· quia non habet quietem portum. Vnde & im/portuni quaſi naufragium cito feruntur. Infrenis hoc eſt q̄ frenis nō regitur· ut. Numide infreni. Infrendens proprie eſt inter ſe comprimēs dentes. Nam & frendere ſignificat dentibus frangere. Vnde nefrendes infantes qui nec dum dentes habent·

Ingluuioſus a gula & voracitate dictus Inglorioſus q̄ ſit ſine gloria· id eſt triumphis Item inglorius immemor glorie

Informis· ingens· nō q̄ non habeat formam· ſed q̄ vltra for/mam magnitudinem habeat Inueterator eo q̄ ſit multi vete/riſq; vſus in malicia Inmanis quia nō bonus ſed crudelis & terribilis Manim enim bonum dicitur. Vnde & cata antifraſin dii manes· minime boni Immunis minime munificus eſt· ut eſt in prouerbio veteri. Immunem ciues odere ſui. Itē immunis qui non facit munia· id eſt officio nō fungitur· eſt enim omni priuilegio vacuus. Indemnis eo q̄ ſine damno viuat· & ſine vlla culpa atq; periculo Iners ſine arte· & ob hoc ne operis q̄/dem vllius. Inermis vel ſine armis· vel ſine viribus. Nā ſemꝑ arma pro viribus accipiuntur Ignauus ignarus vie· id eſt ra/tiōis et vite. Ignarus non gnarus· id eſt inſcius· vel ſine naribus Olfeciſſe enim veteres ſciſſe dicebāt. Ignarus aūt duo ſignificat·

vel qui ignorat·vel qui ignoratur Immemor qui oblitus est perdit enim memoriam Inscius quia sine scientia est Idiota imperitus grecum est. Imperitus sine peritia. Inconsultus ab eo ꝙ non accipiat consilium. Item inconsultus qui est sine consilio· & inscius rerum atq; ignarus Ineptus apto cōtrarius est·quasi inaptus Inops qui sine terra est·opem enim terram intelligimus·quia opem fert fructificando. Alii inopem intelligunt non sepultum·inhumatum·cui nec animam habenti sur/rexit tumulus. Ignobilis eo ꝙ sit ignotus & vilis & obscuri generis·cuius nec nomen quidem scitur Ircosus quia sudore corporis fetido putet Ignotus ignobilis·vel ex improuiso ve/niens. Improuisus dictus·eo ꝙ subito sit· & non porro ante visus. Index ꝓditor ab indicādo. Indigena vocatus·ꝙ inde sit genitus·id est in eodem loco natus. Impudens eo ꝙ ab eo pudor & pudicicia procul sint Impudicus a pudore vocatus pudorem enim fetorem dicunt Incestus propter illicitā com/mixtionem vocatus· quasi incastus·sicut qui virginem sacram vel affinitatis sue proximam violauerit vel stuprauerit. Inter/necida est qui falsum testimonium fecit·& ob id hominem oc/cidit Inficiator negator·quia non fatetur·sed contra veritatem mendacium nititur. Interceptor ꝓprie dicitur·qui inter duos de medio tollitur Insidiosus ꝙ insidiat. Nam proprie insidere est dolose aliquem expectare. Vnde & insidie nominate sunt. Incincta id est sine cinctu·quia precingi fortiter vterus nō per/mittit Inuestis id est sine veste·nondum enim habet stolam· quod est signum maritalis virginitatis Iscurra vocatur·quia causa esce quemlibet consectatur

Atholicus vniuersalis·grecū enim nomen est· karus graecum nomen est·sicut & karitas. Vnde & eukari/stia sacrificium·id est bona gratia

Vculentus ab eo ꝙ sit lingua clarus·et sermōe splen didus Lector dicitur a legendo id est percurrendo Vnde & nauis dicitur legere quicquid transit. Nam legit transit preterita·ut. Crebris legimus freta concita terris. Itē lector a colligendo animo que legit· quasi collector· sicut illud. Qui legitis flores Loquax non est eloquens. Laetus a lati/tudine Locuples quasi locis plenus·& possessionum plurima/rum possessor·quēadmodum docet tulius de republica in libro

ſecundo. Multaq; ditione ouium & boum· q̄ tunc erat res in pecoribus & in locorum poſſeſſionibus· ex quo pecunioſi et locupletes vocabantur Liberalis dictus ab eo q̄ libenter donet· nec murmuret largus Longus a linea dictus· ꝓpter q̄ ſit por rectus Longeuus quaſi longi eui et longi temporis Longanimis ſiue magnanimis· eo q̄ nullis paſſionibus perturbat̄·ſed ad vniuerſa ſuſtinenda patiens eſt. Cui contrarius eſt puſillanimis· anguſtus· & in nulla tribulatiōe ſubſiſtens· de quo ſcribit̄. Puſillanimis vehementer inſipiens Leuis ob inconſtantiam vagationis appellatur· quia leui motu mentis nunc iſta· nunc illa deſiderat. Lubricus ab eo q̄ labitur. Labens interdum velox· ut. Labere nīpha polo· & labere pēnis. Curſu enim lapſus celerior eſt Latro inſeſſor eſt viarum· a latendo dictus. Laniſta gladiator· id eſt carnifex tuſca lingua appellatus· a laniēdo ſcilicet corpora Laceſſitor per tranſlationem dictus a canibus vel a feris· que ſolent lacerando prouocare Lenon conciliator ſtupri· eo q̄ mentes miſerorum blandiat· & deliniendo ſeducat· Libinoſus ab eo q̄ faciat quod libet. Libidinoſus a libero· quia puellarum corpore pingitur. Luxurioſus quaſi ſolutus in voluptates. Vnde & membra loco mota luxa dicunt̄ Laſciuus q̄ ſit laxus id eſt ſolutus et vanus Limphaticus q̄ aquā timeat· quem greci ydrophobam vocant. Limphaticus proprie dicitur qui vicium ex aqua contrahit· cuius vicium eſt huc atq; illuc currere· a fluore aque ſumpto vicio. Sed poete iam hoc genus nominis pro furioſis vſurpant. Luridus q̄ ſit pallidus· a loro dictus· q̄ huiuſmodi habeat cutem Leproſus a pruritu nimio ipius ſcabiei dictus. Vnde & per p ſcribi debet Luſcus q̄ lucem ex parte ſciat· ſicut luſcioſus· qui veſperi nichil videt. Luſcos coclites dixerunt antiqui. Vnde & ciclopas coclites legimus dictos· qui vnum oculum habuiſſe perhibentur Lotus lautus id eſt mundus. Lupa meretrix· a rapacitate vocata· q̄ ad ſe rapiat miſeros & apprehendat

Iſericors a compatiendo aliene miſerie vocabulum ē ſortitus· & hinc appellata miſericordia· q̄ miſerū cor faciat dolentis aliena miſeria. Non aūt occurrit vbiq; haec ethimologia. Nam eſt in deo miſericordia ſine vlla cordis miſeria. Mactus magis auctus gloria· & eſt nomē tractum a ſacris· quotiēs enim thus aut vinum ſuper victimā fundebat̄

dicebant· mactus est thaurus vino vel thure· hoc est cumulata est hostia & magis aucta. Munificus dictus·vel quia alicui munera multa dat·vel quia munus suum id est officium quod debet adimplet. Sic & munifex quia munera fert Magnanimis ab eo q̄ sit magni animi· & magne virtutis. Cui cōtrarius est pusillanimis Magnificus autem a magna faciendo vocabulū traxit Mansuetus mitis vel domitus·quasi manu assuetus. Modestus dictus a modo & tempore·nec plus quicq̄m nec minus agens Mitis lenis & mansuetus·& cedens improbitatibus·& ad sustinendam iniuriā tacens quasi mutus Mutus quia vox eius non est sermo·sed mugitus·vocalem enī spiritum per nares quasi mugiēs emittit Memor vel quia memoriam tenet·vel q̄ memoria tenetur Magister maior in statiōe Nam steron grece statio dicitur Minister minor in statione· siue quia officium debitum manibus exequitur Maior mior minimus·a numero monadis·q̄ post eum nō sit alter Maximus aut meritis·aut etate·aut honore· aut facundia·aut virtute· aut omnibus magis eximius. Modicus·paruus·sed abusiue. ceterum rationabilis Moderatus a modo scilicet & temperamento Mediocris q̄ modicum illi sufficiat. Miser proprie eo q̄ omnem foelicitatem amiserit. Secundum autem ciceronē ꝓprie mortuus· q̄ in tusculanis miseros mortuos vocat· ꝓpter q̄ iam amiserint vitā Miserabilis q̄ sit miserie habilis Mestus naturaliter·tristis nō casu· est enim a natura mentis & animi. Vnde & mestus Mendicus dictus·quia minus habet vitam vnde degat. Siue q̄a mos erat apud antiquos· os claudere egeno· & manum extendere· quasi manu dicere. Mendax q̄a mentem alterius fallat Malignus quia malicie votū vel opus peragit Malus appellatus a nigro felle· quod greci melan dicunt. Vnde et melancolici appellantur homines q̄ cōuersatiōē humanam refugiunt & amicorū carorum suspecti sunt Maliciosus deterior malo·quia frequenter malus·a malo aūt peior dicit·a bono melior Melior dictus quasi mollior·nō durus· aut ferreus. Nam melius quasi mollius Minax a facie oculoꝝ quando furiose ardescunt·ut videns amplius pertimescat Minator est monitor· sed monitor dicitur cum pronunciat bona· Minator autem cum pronunciat aduersā Mulcator eo q̄ blādis verbis mulceat ad declinādum animum·translatio a mulso

Magister

Melancolicus

id est q acceptum lenire solet fauces dolentis· aut oppletum sor dibus stomachum Metatores appellantur q castra designāt· a metiēdo scilicet. Lucanus. Hesperios audax veniat metator in agros Mollis q vigorem sexus eneruati corporis dedecore & quasi mulier emolliatur Macer a macie· & macies a macia· eo q immoderata libido macros faciat. Mancus manu ancus.
Moribundus morienti similis. Sicut vitabundus viuenti similis. Quando enim dicimus mortiurus est· vere moriturus ē· moribundus autē non vere· sed similis morienti est Meretrix dicta· eo q precium libidinis mereatur. Inde & meritorie taberne. Nam & milites cum stipendia accipiunt· mereri dicuntur.
Morio a morte vocatus· eo q nō vigeat intellectu. Mulio dictus a mulis· eo q presit eisdem vehiculis
NObilis non vilis· cuius & nomē· & genus sit Nubilis ad nubendum habilis Nemo ab hoīe tractū est· id est ne homo· quod est pro nullo Nullus autē quasi ne vllus. Nihili compositum est ex nil & hilo. Hilum autem varro ait significare medullam eius ferule quam graeci vocant· et sic dici apud nos nihilum· quemadmodum apud grecos videtote Neqm a malo distinguūt· alii perniciosum· alii nugam existimātes· ut ait monacius· hic adolescēs neqm· non malus· id est nugax· perniciosus. Alii confundunt quasi vtrunq vnum idemq significet. Neqm q nec quicqm sit id est ex eo q nihil sit veteres dictum esse voluerunt. Neuter neq iste· neq ille· quasi diceret nec vter. Nefarius non dignus farre· quo primo cibi genere vita hominum sustentabat. Nefandus id est nec nominandus quidem Nuncius est q nunciat· & quod nunciat· id est angelus kaiaggelia· sed nuncius ipe homo· genere masculino· id vero quod nūciatur· genere neutro· ut hoc nunciū· et hec nuncia Nazareus id est sanctus dei. Nazareus olim dicebatur qui sanctam comam nutriebat· & nihil contaminatum conspiciebat· abstinens se a vino omniq sicera· que mentem ab integra sanitate peruertit Nugas autē hebreū nomen est. Ita enim in prophetis est expositum· vbi dicit sophonias. Nugas qui a lege recesserunt· ut nosse possimus linguam hebraicam· omnium linguarum esse matrem. Nugigerulus appellatus ab eo q sit garrulus· turpis nuncius. Negligens quasi nec legens Nepos dictus a genere quodam scorpionū·

qui natos ſuos conſumit· excepto eo qui dorſo eius inſederit·nã rurſus ipſe qui ſeruatus fuerit conſumit patrem. Vnde & hoĩes qui bona parentum per luxuriam conſumunt nepotes dicũtur Hinc quoq; nepotatio pro luxuria ponitur· qua certe queq; res conſumuntur. Niger quaſi nubiger·q̃a non ſerenus·ſed fuſco coopertus eſt. Vnde & nubilum diem tetrum dicimus

ORthodoxus recte gloriae Orator ab ore vocatus a perorando nominatus·id eſt dicendo.Nam orare di cere eſt Obaudiens ab aure·eo q̃ audiat imperan/ tem Oſpes q̃ inferat oſtiis pedes.Oſpes facilis·aptus·& oſtio patens.Vnde et oſpitalis homo dicĩt Oſor inimicus·ab odio dictus·ſicut amator ab amore·& eſt generis cõmunis Odibi/ lis odio habilis Oblitus obſeſſus·id eſt vndiq; inſidiis cõual/ latus Obſcenus impure libidis·a vicio obſcuro dictus Ob/ tunſus hebetior & obcluſior·quaſi ex omni parte tunſus Ob nixus contra niſus & conabundus Obnoxius q̃a obligatus eſt nexibus culpae. Oblectator malignus·& qui obſtrangu/ lando officiendoq; non ſinat quempiam progredi & augeſcere. Orbus q̃ liberos non habeat·quaſi oculis amiſſis. Opifex q̃ opus faciat aliquod Opilio cuſtos ouium·quaſi ouilio

orbus

PRudens quaſi porro videns· perſpicax eſt eñi & in/ certorum preuidet caſus Patiens dictus a pauẽdo· pauere enim ferire eſt·percutĩt enim & tolerat Per fectus cui nihil iam adici poteſt.Huic nomini apud gramma/ ticos comparatio nõ adiicitur· quia ſi dixeris ille perfectior eſt· iſte perfectus non erit Pulcer ab ſpecie cutis dictus·q̃ eſt ru bens pellis·poſtea tranſit hoc nomẽ in genus.Nam pulcritudo hominis aut in vultu eſt·ut. Os humeroſq; deo ſimilis· aut in capillis·ut.Nanq; ipſe decoram ceſariem· aut in oculis·ut. Letus oculis afflarat honores· aut in cãdore·ut. Quale manus addũt ebori decus·aut in liniamentis·ut. Te multo plus figuram & li niamenta hoſpicus delectabant·aut in ꝓceritate·ut. Turnus ver titur in mediis & toto vertice ſupra eſt. Pellex a pelliciendo. Perſpicax ſplendidus·eo q̃ perluceat Perpetuus perennis. Perennis ab eo q̃ ſit perpetuus annis Preſul vocatus·quia preeſt ſollicitudine Prepoſitus appellatus·eo q̃ ſit ſubiectoꝝ ac famulantiũ ordinator vel rector. Patroni a patribus dicti ſunt· q̃ huiuſmodi affectum cliẽtibus exhibeãt· ut quaſi patres

illos regant Pedagogus cui paruuli assignantur· grecũ nomẽ est· & est compositum ab eo ꝙ pueros agat id est doceat· et lasci uientem refrenat etatem. Presens dictus· ꝙ sit pre sensibus· id est coram oculis· qui sensus est corporis. Prior ꝙ sit primus in ordine Et primus quasi preminens Potens rebus late pa tens. Vnde & potestas· ꝙ pateant illi queq; velit· et nemo inter/ cludat· nullus obsistere valeat. Preopimus pre ceteris opibus copiosus. Pecuniosos tullius primum eos dictos refert qui plurimam babuissent pecuniam· id est pecora. Ita enim et antiq̄ eos appellabant. Paulatim autem per abusionem nomen aliud deuolutum est Peruicax quasi per vicium audax· proprie di/ citur qui in ꝓposito suo ad victoriam perseuerat. Antiq̄ enim viciam dicebant quam nos victoriam· credo ꝙ inde dicat̃ her/ ba vicia· id est victorialis Pernix a pernitendo tractum est· id est in conatibus perseuerãdo. Alii pernicem velocem intelligũt pedibus. Nam pernicitas pedum est· ut. Pernicibus ignea plãtis sicut celeritas pennarũ est· ut. Celeriq; fuga sub sidera lapse Pi/ ger quasi pedibus eger· est enim tardus ad incedendum· quod nomen per vsum transit & ad animum Pernox peruigilans nocte perseuerãs Pertinax impudenter tenens· quasi pertinẽs

Petulans nunc quidem pro audace & improbo ponit̃· olim autem acerbi flagitatores· & proprie argẽtariorum coactorum pueri· ꝙ precia rerum crebrius & asperius exigebant· a petendo petulantes vocati Procax proprie idem ꝙ petax. Nam ꝓcare est petere. Vnde & nuptiarum petitores proci dicuntur Pro/ digus sumptuosus atq; consumptor· qui omnia porro agit· & quasi proicit Profugus proprie dicitur· qui procul a sedibus suis vagatur· quasi porro fugatus. Peregrinus longe a patria positus· sicut alienigena Proiectus quasi longe & ꝓcul iacta/ tus. Sicut & produxit· quasi porro illum duxit. Et prouocauit· quasi porro illum vocauit. Proiectus quasi porro eiectus ac periactatus. Vnde et ꝓiecta saxa· id est porro iactata Proscrip tus cuius bõa palam & aperte describuntur· boniſq; fisci agglo merantur Prescriptus ordinẽ significat· sicut & prescriptiões apud iurisconsultos Procinctus expeditus & armatus. Vnde & in ꝓcinctu· id est cũ belli causa arma sumebãt Precinctus eo ꝙ ante se ponat aliquid quo precingitur. Vnde & de domio dictũ est. Precinctus est linteo· & lauit pedes discipulorũ suorũ

Predo est qui populando alienam inuadit prouinciã. Predo ab abigendo predas dictus. & predo q predam habet. Predator hoc est cui de preda debetur aliquid Plagiator a potu plagio id est obliquo. q̃ nõ certa via gradiat̃. sed pelliciendo dolis.
Pirate sunt predones maritimi ab incendio nauiũ transeuntium. quas capiebant dicti. Nam piron ignis est. Pugillator qui de manu in manum numerorum aliquid subtrahit. Peculiator pro eo q̃ sit pecunie publice defraudator. Proditor ꝓ eo q̃ detegit. Item proditor perditor. ut. Vnius ob irã ꝓdimur.
Perfidus quia fraudulentus est. & sine fide. quasi perdens fide Periurus quia perpere iurat. id est male iurat. Periurus autem in verbo r nõ habet. Nã peiero & deiero dicimus Preuaricator male fidei aduocatus. et qui vel in acusando nocitura vel in defendendo profutura pretereat. aut inutiliter dubieq; ponat. mercede non gratia licet corruptus. Cicero. Quid enim tam preuarum est. id est valide varum. Pellax dolosus & fallax. a pelle id est vultu. foris enim ut fallat arridet. sed nequiciam intus gerit. Profanus quasi porro a fano. sacris enim illi non licet interesse. Parricida ꝓprie dicit̃ interfector parẽtis. q̃muis quidam veteres hunc parenticidam dixerint. qui hominem occiderat. quoniam parricidium et homicidiũ quocunq; intelligi possit. cum sint homines hominibus pares Persecutor nõ semper pro malo intelligitur. Vnde & persecutor perfecte secutus.
Publicanus est qui vectigalia publica exigit. vel qui per publica negocia seculi lucra sectat̃. vnde & cognominatus est Peccator a pelice id est meretrice vocatus. quasi pelicator. quod nomen apud antiquos tantũ flagiciosum significabat. postea transiit hoc nomẽ in appellationem omnium iniquorum. Peccator item a pectoris caterua cognominatus. pro eo q̃ inibi oculta delictorum conduntur. Prostitute meretrices a prosidendo in meritoriis. vel in fornicibus Pelex apud grecos proprie dicit̃ a latinis concuba. dicta autẽ a fallacia. id est versucia. sub dolositate vel mendacio Procuruus quasi per longũ curuus Pauidus est quem vexat trepidatio mentis. habet cordis pulsationem. cordis motum. Nam pauere ferire est. Vnde & pauimentum Petre autem & rupes a duricia saxorũ nominant̃. Pusillanimis a pusillo animo Petulcus dictus ab appetẽdo. Vñ et meretrices petulcas vocamus. Pusinnus productus Pelli

catus vir sanctus·solitudini deditus

QVestor a querendo dictus·quasi quesitor Questuosus querimoniosus Querulus qa querelam infert Quietus q sit ipe sibi anio securus·neminé tangés

REligiosos ait cicero a relégédo appellatos·q retractát & quasi relégunt·ea que ad cultum diuinū pertineát Hi sunt dicti religiosi ex relegendo·tanqm ex eligendo eligentes·ex diligendo diligentes· ex intelligendo intelligentess Ratiocinator dictus·vir magnus·quia de omnibus rebus quas esse mirabiles constat·possit reddere rationé Retractator repetitor.Nā retractare est repetere quod omiseras. Resipiscés eo q mentem quasi post insaniam recipiat· aut quia resipit· qui sapere desierat·castigat enim seipm dementie·& confirmat animum suum ad rectius viuendum·cauens ne iterū corruat Repentinus a repente Repente autem aduerbium & nomen potest esse Robustus fortis·validus·a fortitudine robore arboris appellatus Rapidus velox pedibus Raptor eo q corruptor Inde & rapta·eo q corrupta est Reus a re·de qua obnoxius é· Et reatus a reo est nūcupatus Reus maiestatis primū dictus qui aduersus rempublicā aliquid egisset·aut quicunq hostibus consensisset. Dictus autem reus maiestatis· quia maius é ledere patriam·qm ciuem vnum.Postea auté et hi rei maiestatis dicti sunt·qui aduersus maiestatem principis egisse viderétur· vel q leges inutiles reipublice detulerát·vel vtiles abrogauerát Rixosus a ritu canino dictus·semper enim ad contradicendum paratus est·& iurgio delectat·& prouocat contédentem Rusticus dictus·q rus operetur·id est terram

SApiens dictus a sapore· quia sicut gustus aptus est ad discretionem saporis ciborum·sic sapiens ad dinoscentiam rerum atq causarū·q vnūquodq dinoscat· atq sensū veritatem discernat.Cui contrarius est insipiens·q sit sine sapore·nec alicuius discretiōis vel sensūs Studiosus quasi studiis curiosus. Sanctus a veteri consuetudine appellatus· eo q hi qui purificari volebant·sanguine hostie tangebátur· & ex hoc sancti nomen acceperunt Sincerus quasi sine corruptione.Cui cōtrarius est insincerus·viciatus·corruptus Supremus summus·ab eo q superemineat.Vnde & supremas partes dicimus Sublimis ab altitudine vocatus honoris.Nā ꝓprie

ſublime dicitur quod in alto eſt·ut. Sublimemq; ferẽs ad ſidera celi. Specioſus ab ſpecie vel aſpectu·ſicut formoſus a forma.
Sollers ꝙ ſit ſolicitus in arte & vtilis. Sollers enim apud antiquos dicebatur·q erat omni bona arte inſtructus. Terencius. Adoleſcentem ſollertem dabo Superſticioſos ait cicero appellatos qui totos dies precabantur & immolabãt·ut ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent Sollicitus quia ſollers·& citus atq; inqetus
Sedulus familiare verbũ terencii·hoc eſt ſine dolo·alias aſſiduus Sodales dicuntur·qui ad ſimbolum conuenire conſueuerunt·quaſi ſuadentes·ipi & ſocii dicuntur·propter periculi et operis ſocietatem·quaſi in vna caliga·& in vno veſtigio manẽtes. Stultus ebetior corde·ſicut quidam ait. Ego me ſtultum eſſe exiſtimo·fatuum eſſe non oppinor·id eſt obtunſis quidem ſenſibus·non tamen nullis. Stultus eſt qui per ſtuporem non mouet̃ iniuria·ſeuiciã enim perfert·nec vltus eſt· nec vlla ignominia commouetur ad dolorem Segnis id eſt ſine igne·ingenio carens. Se autem ſine ſignificat·ut ſedulus ſine dolo Securus quaſi ſine cura·id eſt frigidus·per quod inutiles accipimus
Stupendus ſepius ſtupens Superbus dictus·quia vult ſuper videri q̃m eſt· qui enim vult ſupergredi quod eſt·ſuperbus eſt. Suſurro de ſono locutionis appellatus·quia non in facie alicuius·ſed in aure loquitur de altero detrahẽdo. Sedicioſus qui diſſenſionem animorum facit· & diſcordias gignit· quam greci diaſtaſin dicunt Seuerus quaſi ſatis verus·tenet enĩ ſine pietate iuſticiã. Simulator dicitur a ſimulachro·geſtat enim ſimilitudinem eius qui non eſt ipe. Suaſor decipiẽs·id eſt in ſua ſorte trahẽs Scrupuloſus animi minuti & aſperi Scrupor eſt enim arena durior Sacrilegus dicitur ab eo ꝙ ſacra legit·id eſt furatur Sicarius vocatur quia ad perpetrandum ſcelus telis armatus eſt. Sica enim gladius eſt·a ſecando vocatus.
Sceuus ſiniſter atq; peruerſus·eſt enĩ peſſimi & crudelis animi Scenicus q in theatro agit. Theatrũ enim ſcena ẽ Scorta que a grecis quoq; ſcite vocabant̃·quo defricant̃ pelles·q̈bus corrũptela fit Spurcus ꝙ ſit impurus Sceleroſus ſceleribus plenus· ut lapidoſus locus & arenoſus. Plus eſt autẽ ſceleroſus q̃m ſceleratus. Sator ſeminator·vel pater a ſemine. Scurra qui ſectari quempiam ſolet cibi gratia· a ſequendo. Igitur inde curras conſtat appellatos·idem aſſecla a ſequẽdo. Satelles ꝙ

adhereat alteri·siue a lateris custodia Suffectus in loco altius suppositus· quasi suffactus. Vnde & consulem suffectum dici/ mus eum qui pro alio substituitur. Secundus qui secus pedes est·& tractus est sermo a sequentibus seruis pedissequis. Vnde & secunda fortuna dicitur·quod secundum nos est·id est prope nos Inde & res secunde·id est prospere. Secunde autem a sequendo sunt dicte Stipulator promissor.Stipulari enim promittere est ex verbis iurisperitorum Sanus a sanguine·quia sine pallore est Subtilis ab extenuatione dictus Sequester dicitur qui certantibus medius interuenit·qui apud grecos omesus dicitur apud quem pignera deponi solent·quod vocabulum ab obsequen/ do factum est·quod eius qui electus sit vtraque pars fidem sequatur

Sessilis quod non videtur stare·sed sedere. Surdus a sordibus humoris aure conceptis·& quamuis multis casibus accidat nomen tamen eger ex predicto vicio retinet. Siccus quod sit exsuccatus· siue per antifrasin·quod sit sine succo Sepultus dictus est·eo quod sit sine palpatione vel sine pulsu·id est sine motu Sagio ab exigen do dictus Sutor a suendis pedibus nominatur Subulcus porcorum pastor·sicut bubulcus a cura boum

T

Vtor qui pupillum tuetur·hoc est intuetur· de quo in consuetudine vulgari dicitur.Quid me mones?& tutorem et pedagogum olim obrui Testes dicti quod testamento adhiberi solent.Sicut signatores quod testamentum sig/ nent. Tetricus mons in samnis asperrimus. Vnde & tristes homines tetricos dicimus Taciturnus in tacendo diuturnus

Trutinator examiator·ex iudicii libra perpendens recta trans/ latione a trutina·que est gemina ponderum lanx Tenax ani/ mi cupidior·quod teneat interdum·et pertinax Truculentus toruus terribilis·eo quod sit toruo vultu·& turbulento aspectu·ut torua le ena·&.Cernimus astantes ne quicquam lumine toruo Turbidus terribilis Teter ab obscura tenebrosaque vita Teterrimus pro fero nimium.Tetrum enim veteres pro fero dixerunt·ut ennius Tetrosque elefantes Terribilis quia timorem habet & timetur·

Tergiuersator quod animum quasi tergum vertat huc & illuc· nec facile qualis sit intelligitur Temelentus a temeto id est vi no dictus. Timidus quod timeat diu·id est a sanguine.Nam ti/ mor sanguinem gelat· qui coactus gignit timorem. Turpis quod sit informis & torpeat

VIr a virtute. Vtilis ab vtendo bene sua·vel q͞ bene quid vti possit·sicut docilis q͞ doceri possit Verus a veritate.Hinc & verax·maior est veritas q̃m verus quia non est veritas a vero·sed verus a veritate descendit Veridicus quia verum dicit·& veritatis assertor est Verecundus quia verum factum erubescit Viridis vi et suco plenus Venustus pulcer·a venis· id est sanguine. Viuens id est viuus.

Varius quasi non vnius viae·sed incerte mixteq; sententiae.

Versutus eo q͞ eius mens in quolibet actu ad quamlibet artem vel fraudem facile vertitur. Vnde et versucia dicit̃ contorta sententia.Plautus. Versutior est q̃m rota figuralis Vilis a villa·nullius eni urbanitatis est Versipellis eo q͞ in diuersa vultum & menté vertat.Inde & versutus & callidus Violentus quia vim infert Vecors mali cordis·& male conscientie Vagus quia sine via Vanus a venere ethimologiam trahit.Item vanus· inanis·falsus·eo q͞ sine memoria euanescat. Vesanus porro sanus Vinolentus quia & satis bibit·& difficile inebriatur Vexatus id est portatus·ab eo quod est veho·vexo·vecto ut vexasse sit et portasse Veneficus eo q͞ venenũ mortis causa parauit· aut prestitit·aut vendidit. Vector quasi vehitor.Est autem vector & qui vehit·& qui vehitur. Venator quasi venabulator a venatione scilicet qua bestias premit.Quatuor autem sunt venatorum officia·vestigatores·indagatores·alatores·pressores Finit liber.Decimus

INCIPIT · LIBER · VNDECIMVS DE · HOMINE · ET · PARTIBVS · EIVS

NATVRA · DICTA · EST · AB· EO q͞ · NASCI · ALIQVID · FACIAT GIGNENDI · ENIM · ET · FACIendi potens est. Hanc quidam deum esse dixerunt·a quo oĩa creata sunt & existunt Genus a gignendo dictum·cui deriuatum est nomẽ a terra·ex qua oĩa gignunt̃. Ge enim grece terra dicitur Vita dicta propter vigorem·vel q͞ vim teneat nascendi atq; crescendi.Vnde & arbores vitã habere dicunt̃· q͞a gignunt̃ & crescũt Hõ dictus·q͞a ex hũo factus ẽ

ſicut in geneſi dicitur. Et creauit deus hominem de limo terre. Abuſiue autem pronunciatur ex vtraq; ſubſtantia totus homo id eſt ex ſocietate anime et corporis. Nam proprie homo ab humo. Greci autem hominem antropũ appellauerũt eo ꝙ ſurſum ſpectet ſubleuatus ab humo ad contemplationem artificis ſui. quod ouidius poeta deſignat cum dicit. Pronaq; cum ſpectent animalia cetera terrã. Os homini ſublime dedit celumq; videre. Iuſſit & erectos ad ſidera tollere vultus. Qui ideo erectus celum aſpicit ut deum querat non ut terram intendat veluti pecora q natura prona & ventri obedientia finxit. Duplex eſt autem homo interior & exterior. Interior homo anĩa. Et exterior homo corpus. Anima autem a gentilibus nomen accepit eo ꝙ ventus ſit. Vnde & grece ventus animus dicitur ꝙ ore trahentes aerem viuere videamur ſed apertiſſime falſum eſt qa multo prius gignitur anima q̃m concipi aer ore poſſit quia iam in genitricis vtero viuit. Non eſt igitur aer anima quod putauerunt quidam qui non potuerunt incorpoream eius cogitare naturã

Spiritum idem eſſe ꝙ animam euãgeliſta pronunciat dicẽs. Poteſtatem habeo ponendi animam meam & rurſus poteſtatẽ habeo ſumendi eam. De hac quoq; ip̃a domini anima paſſiõis tempore memoratus euãgeliſta pronunciat ita dicens. Et inclinato capite emiſit ſpiritum. Quid eſt enim emittere ſpiritũ niſi ꝙ animam ponere. Sed anima dicta propter ꝙ viuit. Spiritus autem vel pro ſpãli natura vel pro eo ꝙ ſpiret in corpore. Item animum idem eſſe ꝙ animã. Sed anima vite eſt. Animus ꝯſilii. Vnde dicunt philoſophi & iam ſine animo vitam manere et ſine mente animam durare. Vnde & amentes. Nam mentem vocari volunt ut ſciat. Animum ut velit Mens autem vocata ꝙ emineat in anima vel ꝙ meminit in anima. Vnde et immẽores amentes. Quapropter non anima ſed quod excellit in aĩa mens vocatur tanq̃m caput eius vel oculus. Vnde & ip̃e homo ſecundum mentem imago dei dicitur. Ita autem haec om̃ia adiuncta ſunt anime ut vna res ſit. Pro efficienciis enim cauſarũ diuerſa nomina ſortita eſt anima. Nam & memoria mens eſt. Vnde et immemores amentes. Dum ergo viuificat corpus anima ẽ. Dũ ſcit mens eſt. Dum vult animus eſt. Dum recolit memoria eſt Dum rectum iudicat ratio eſt. Dum ſpirat ſpiritus eſt. Dum aliquid ſentit ſenſus eſt. Nam inde animus ſenſus dicit̃ pro his

que ſentit. Vnde et ſententia nomen accepit Corpus dictum eſt·eo ꝙ corruptum perit·ſolubile enim atq; mortale eſt· & aliquando ſoluendum Caro autem a creando eſt appellata·crementum enim eſt ſemen maſculi·vnde animalium et hominū corpora concipiuntur. Hinc & parentes creatores vocant. Caro autem ex quatuor elementis compacta eſt. Nam terra in carne eſt. Aer in alitu. Humor in ſanguine. Ignis in calore vitali. Habent enim in nobis elementa ſua queq; partem·qbus qd debet compage reſoluta. Caro autem & corpus diuerſa ſignificat. In carne ſemper corpus eſt·non ſemper in corpore caro. Nam caro eſt que viuit·idem et corpus. Corpus quod non viuit idem nō caro. Nam corpus dicitur aut quod poſt vitam mortuum eſt. aut ſine vita eſt conditum. Interdum & cum vita corpus & nō caro·ut herba & lignum Senſus corporis quinq; ſunt·viſus· auditus·guſtus·odoratus·& tactus. Ex quibus duo aperiunt et clauduntur. Duo vel tres ſemper patētes ſunt Senſus dicti quia per eos anima ſubtiliſſime totū corpus agitat·vigore ſentiendi. Vnde & preſentia nuncupatur ꝙ ſint pre ſenſibus· ſicut ꝑ oculis·que preſto ſunt oculis Viſus eſt qui a philoſophis humor vitreus appellatur. Viſum autem fieri quidam aſſeuerant· aut terra extrema & etherea luce· aut interno ſpiritu lucido· per tenues venas a cerebro venientes· atq; penetratis tunicis in aerē exeuntes·& tunc commixtionem ſimilis materie viſum dantes

Viſus dictus·ꝙ viuatior ſit ceteris ſenſibus ac preſtantior·ſiue velocior·ampliuſq; vigeat· quantum mēoria inter cetera mētis officia·vicinior eſt enim cerebro·vnde oīa manāt·ex quo fit ut ea quae ad alios pertinent ſenſus videre dicamus·veluti cum dicimus. Vide quomodo ſonat·vide quomodo ſapit·ſic & cetera. Auditus appellatus·ꝙ voces hauriat·hoc ē aere verberato ſonos ſuſcipiat Odoratus quaſi aeris odore attactus·tacto enī aere ſentitur Sic & olfactus·ꝙ odoribus afficiatur Guſtus a gutture dictus Tactus eo ꝙ pertractet & tangat·et per oīa membra vigorē ſenſus aſpergat. Nam & tactu ꝓbamus qcqd ceteris ſenſibus iudicare non poſſumus. Duo autē tactus genera ſunt. Nā aut extrinſecus venit ꝙ feriat. Aut intus in ipo corpore oritur ꝙ ſentiatur. Vnicuiq; autem ſenſui propria natura data eſt. Nam quod videndum eſt·oculis capitur. Quod audiendum ē·auribus. Mollia & dura tactu eſtimanī. Sapor guſtu

Odor naribus ducitur Prima pars caput·datumq; illi hoc nomen· eo q sensus omnes & nerui inde initium capiant· atq; ex eo omnis vigendi causa oriatur. Ibi enim omnes sensus apparét Vnde & ipius anime que consulit corpori·quodámodo personam gerit Vertex est ea pars qua capilli capitis colligútur·& in qua cesaries vertitur·vnde & núcupatur Caluaria ab ossibus caluis dicta·per defectioné·& neutraliter pronunciat̃ Occipicium capitis pars posterior·quasi contra capicium· vel q sit capitis retrorsum Capilli vocati· quasi capitis pili·facti ut decorem prestent·& cerebrum aduersus frigus muniát·atq; a sole defendant Pili auté dicti a pelle qua prodeunt·sicut & pilum dicitur a pila·vbi pigmentum contúditur Cesaries a cedendo vocata·ideoq; tantum virorum est·virum enim tonsum esse decet·mulierem non decet. Come sunt proprie non cesi capilli· & est grecus sermo. Nam comas greci comos a secando nominant. Vnde & cirin tondere dicunt. Inde & cirri vocant̃·quod &iam idem greci mallonem vocant Crines proprie mulierū sunt. Dicti autem crines·eo q vittis discernátur. Vnde & discriminalia dicuntur·a quibus diuisi religantur Tempora sunt q̄ caluarie dextra leuaq; subiacent. Quae ideo sic nuncupant̃· quia mouentur· ipaq; mobilitate quasi tempora quibusdam interuallis mutantur Facies dicta ab effigie·ibi est enim tota figura hominis·& vniuscuiusq; persone cognitio Vultus vero dictus·eo q per eum voluntas ostenditur animi. Secūdum voluntatem enim in varios motus mutatur. Vnde & differūt sibi vtraq; Nam facies simpliciter accipitur de vniu cuiusq; naturali aspectu. Vultus autem animorum qualitates significat Frós ab oculorum foraminibus nominata est. Haec imago quedam animi mentis motū specie sua exprimit·dum vel leta· vel tristis est Oculi vocati·siue quia eos superciliorum tegmina oculūt ne qua incidentis iniurie offensione ledantur· siue quia lumen ocultum habent·id est secretum vel intus positum. Hi inter oēs sensus viciniores anime existunt. In oculis enim omne mentis iudicium est. Vnde et animi perturbatio·vel hilaritas·in oculis apparet. Oculi autem idem & lumina. Et dicta lumia· q ex eis lumen manat·vel q ex initio sui clausam teneant lucem·aut extrinsecus acceptam visui preponendo refundant. Pupilla est medius punctus oculi·in quo vis est videndi. Vbi quia parus

imagines nobis videntur· propterea pupille appellantur. Hanc pleriq; pupulam vocant. Vocatur autem pupilla q᷑ sit pura atq; impolluta· ut sunt puelle. Phisici dicunt easdem pupillas quas videmus in oculis morituros ante triduum non habere· quibus nō visis certa est desperatio. Circulus vero quo a pupilla partes albe oculi separantur· discreta nigredine corona dicitur· q᷑ rotū/ditate sui ornet ambitum pupille. Voluos autem quidam appel lant ipos vertices oculorū ex similitudine voluorū Palpebre sunt sinus oculorum· a palpatione dicte· quia semper mouētur. Concurrunt enim inuicem· ut assiduo motu reficiāt obtutum· Munite sunt autem vallo capillorum· ut & apertis oculis siq̄d inciderit repellatur· & somno cohibētibus tanq̄m inuoluti q̄ e/scant latētes. In summitate autem palpebrarum locis quibus se vtraq; clausa contingunt extant admoti ordine seruato· capilli tutelam oculis ministrantes· ne irruente sorde facile iniurias ex cipiant· & ex eo noceātur· ut pulueris vel cuiusquam crassioris materie arceant contactum· aut ipm quoq; aerem concedendo mitificent· quo tenuem atq; serenū faciant visum. Lachrimas quidam a laceratione mentis putant dictas. Alii existimāt ideo quod greci darsiria vocant. Cilia sunt tegmina quibus coope riuntur oculi. Et dicta cilia· q᷑ celent oculos· tegātq; tutā custo/dia Supercilia dicta· quia superposita sunt ciliis. Que idcirco pilis vestita sunt· ut oculis munimenta pretendant· & sudorem a capite defluentem depellant. Intercilium vero est medium illud inter supercilia· quod sine pilis est. Gene sunt inferiores oculorū partes· vnde barbe incohoant. Nam graece genos barbe Hinc & gene· q᷑ inde incipiant gigni barbe Male sunt eminē tes sub oculis partes· ad protectionem eorum supposite. Vocate autem male· siue q᷑ infra oculos promineant in rotunditatem· que greci mala appellāt· siue q᷑ sint super maxillas. Maxille per diminutionē a malis· sicut paxillus a palo· taxillus a talo Mā dibule sunt maxillarū partes· ex quibus & nomen factū Bar bam veteres vocauerunt· q᷑ virorum sit· non mulierum Au/rium inde dictum nomen· a vocibus hauriendis. Vnde et virgi lius. Vocemq; his auribus hausi. Aut quia vocem ipam graeci audenliden vocant ab auditu. Per immutationem enim litterae aures quasi audes nuncupate sunt. Vox enim repercussa per an/fractus earum sonum faciunt· quo sensum excipiant audiendi.

Pinnula summa pars auris ab acumie dicta. Pinnum enim antiqui acutum dicebant. Vnde & bipennis & pinna Nares idcirco nominantur· quia per eas vel odor vel spiritus manare non desinit· siue quia nos odore admonent· ut odoremus aliqd ac sciamus. Vnde et cōtra inscii ac rudes ignari dicunt̄. Olfecisse enim veteres scisse dicebant. Terencius. Ac non notis ex mensi/bus prius olfecissent· q̃m ille quicq̃m ceperit. Nariū recta pars propter q̄ equaliter sit in longitudine & rotunditate porrecta· columna vocat̄ extremitas eius· pirula a formula pomi & piri· Que vero dextra leuaq; sunt pinnule ab alarū similitudine· me/dium autem interfinium Os dictum· q̄ per ipsum quasi per ostium & cibum intus mittimus· & sputum vel spiritum foris proicimus. Vel quia ibi ingrediuntur cibi· inde egrediuntur ser/mones. Labia a labendo nominata· quod autem superius est labium dicimus. Quod inferius(eo q̄ grossius sit)labrum. Alii virorum labra. Mulierum labia dicunt Lingue a lingendo ci/bum putat varro nomen impositum. Alii q̄ per articulatos so/nos verba ligat. Sicut enim plectrum cordis· ita lingua illidit̄ dentibus· & vocalem efficit sonum Dentes greci odontes vo/cant· & inde in latinum nomen trahere videntur. Horū primi precisores dicuntur· quia omne quod accipit̄· ipi prius incidūt. Sequentes canini vocantur· quorum duo in dextra maxilla· & duo in sinistra sunt. Et dicti canini· qa ad similitudinem cani/norum existunt· & canis ex ipis ossa frangit· sicut & homo· ut quod non possunt priores precidere illis tradunt ut confringāt Hos vulgus pro longitudine et rotunditate colomellos vocat· Vltimi sunt molares· q concisa a prioribus atq; confracta subi/gunt· & molant· atq; immassant. Vnde & molares vocati sunt.

Dentium autē numerum discernit qualitas sexus. Nam in viris plures· in feminis pauciores existunt Gingiue a gignen/dis dentibus nominate. Facte sunt autem &iam ad decorē den/tium· ne nudi horrori potius q̃m ornamento existerent Pala/tum nostrum sicut caelum sursum est positum· & inde palatū a polo per deriuationem. Sed & graeci similiter palatū vranon appellant· eo q̄ ꝑ sui concauitate celi similitudinē habeat Fau/ces a fundendis vocibus nominate· vel q̄ per eas effamur voces

Arterie vocate· siue q̄ per eas a pulmone aer hoc est spiritus fertur· seu q̄ artis & angustis meatibus spiritū vitalem retineā

vnde vocis sonos emittunt· qui soni vno modo sonarent·nisi
lingue motus distantias vocis efficeret. Toles gallica lingua
dicuntur· quas vulgo per diminutionem tusillas vocant· quae
in faucibus turgescere solent Mentum dictum· q inde man/
dibule ornantur··vel q ibi iungantur Gurgilio a gutture no/
men trahit· cuius meatus ad os & nares pertendit. Habens viā
qua vox ad linguā transmittit· ut possit verba collidere. Vnde
& garrire dicimus Rumen proximum gurgilioni·quo cibus
& potio deuoratur. Hinc bestie q̄ cibos reuocant·ac remandūt
ruminare dicuntur. Sublinguium operculum gurgulionis·
quasi parua lingua·quod foramē lingue recludit operit ve Col
lum dictum· q sit rigidum et rotundum·ut columna·baiolans
caput & sustentans·quasi capitolium. Cuius anterior pars gula
vocatur·posterior ceruix Ceruix autem vocata· q per eā partē
cerebrum ad medullam spine dirigit· quasi cerebri via. Veteres
autem plurali tantū numero ceruices dicebāt. Primus ortensius
ceruicem singulariter dixit. Ceruix autem numero singulari mē
brum ipm significat. Nam pluraliter contumaciam sepe demō/
strat. Cicero in verrinis. Pretorē tu accuses·frange ceruices Hu
meri dicti··quasi armi·ad distinctionem hominis a pecudibus
mutis: ut hi humeros· illi armos habere dicuntur. Nam propriē
armi quadrupedum sunt Ala summi humeri pars posterior
Brachia a fortitudine nomīata. Bari enim greci graue et forte
significat. In brachiis enī thori lacertorū sunt·et insigne muscu/
lorū robur existit. Hi sunt thori·id est musculi. Et dicti thori·
q illic viscera torta videantur Cubitus dictus· q ad cibos su/
mendos in ipo cubamus Vlna secundum quosdam vtriusq;
manus extensio est. Secundum alios cubitus q magis verum est·
quia grece oelenos cubitus dicitur Ale subbrachia sunt appel
late·eo q ex eis in modum alarum motus brachiorum inchoet
quas quidam ascellas vocant· q ex eis brachia cilluntur·id est
vouentur. Vnde & oscilla dicta·ab eo q scillantur·id est moue
antur ora. Nam cillere est mouere. Hos quidam subhircos vo/
cant·propter q in plerisq; hominibus hircorum fetorē reddant
Manus dicta· q sit tocius corporis munus. Ipa enim cibum
ori ministrat·ipa operatur omnia atq; dispensat·per eam accipi/
mus & damus. Abusiue autem &iam ars vel artifex. Vnde &
manus precium dicimus Dextera vocatur a dando·Ipa enim

pignus pacis datur·ipa fidei testis atq; salutis adhibetur·& hoc est illud apud tullium. Fidem publicam iussu senatus dedi·id ē dextram. Vnde & apostolus dicit. Iacobus & iohānes dextras dederūt michi·& reliqua Leua q aptior sit ad leuādum Sinistra autem vocata· quasi sine dextra·siue q rem fieri sinat·a sinendo enim sinistra est nūcupata Palma est manus expassis digitis·sicut contractis pugnus Pugnus autem a pugillo dictus·sicut palma ab expassis palme ramis Digiti nūcupati·vel quia decem sunt· vel quia decenter iuncti existut. Nam habent in se & numerum perfectum·et ordinem decentissimum Primus pollex vocat· eo q inter ceteros virtute polleat & potestate. Secundus index & salutaris seu demonstratorius·quia eo fere salutamus atq; ostēdimus Tercius impudicus·qa plerūq; per eum ꝓbri insectatio exprimitur. Quartus anularis·eo q in ipo anulus geritur. Idem & medicinalis· q eo trita collíria a medicis colliguntur Quintus auricularis·pro eo q eo aurem scalpimus. Vngulas ex graeco vocamus·illi enim has onices dicunt. Truncus media pars corporis·a collo ad inguina·de quo nigidius. Caput collo vehitur·truncus sustinetur coxis & genibus crur busq; Torax a grecis dicitur anterior pars trūci a collo vsq; ad stomachum·qua nos dicimus archam· eo q ibi archanum sit·id est secretum·quo ceteri arcentur. Vnde et archa & ara dicta·quasi res secrete·cuius eminentes palpe mamille·inter quas pars illa ossea pectus dicit·dextra leuaq; coste Pectus vocatum· q sit pexum inter eminentes mamillarū partes. Vnde et pectinen dicimus·q pexos capillos faciat Mamille vocate quia rotunde sunt quasi male per diminutionem scilicet. Papille capita mammarum sunt· quas infantes sugentes cōprehendunt. Et dicte papille·q eas infantes quasi papant·dum lac sugunt. Proinde mamilla est omnis eminentia vberis. Papilla vero breue est illud vnde lac trahit. Vbera dicta·vel quia lacte vberta· vel qa vuida humore scilicet lactis· in morem vuarum plena Lac vim nomis a colore trahit q sit albus liquor. Leucus enim grece album dicunt cuius natura ex sanguine cōmutatur. Nam post partum siquid sanguinis nondum fuerit vteri nutrimentum consumptum·naturali meatu fluit in mammas et earum virtute albescens lactis accipit qualitatem Cutis est que in corpore prima est appellata· q ipsa corpori superposita·

incisionem prima patitur·cutis enim grece incisio dicit. Eadem & pellis· q᷑ externas iniurias corporis tegendo pellat· pluuiasq̃ et ventos solisq̃ ardores perferat Pellis aũt est mox detracta· subacta iam corium dicitur. Corium autem per deriuationẽ caro appellatur·q᷑ eo tegatur· sed hoc in brutis animalibus pro/prium est Pori corporis greco nomine appellantur·q latine proprie spiramenta dicunt·eo q᷑ per eos viuificus spũs exterius ministratur Aruina est pinguedo cuti adherens Pulpa est caro sine piguedine· dicta q᷑ palpitet·resilit enĩ sepe. Hãc pleriq̃ & viscum vocant·ꝓpter q᷑ glutinosa sit Membra sunt partes corporis Artus quibus colligunt membra·ab artando dicti

Nerui greca appellati deriuatione·quos illi neura vocãt. Alii latine vocatos neruos putant·eo q᷑ artuum coniunctiones inui cem his inhereant. Maximam autem virium substantiã neruos facere certissimum est. Nam quanto fuerint densiores·tanto ꝓ/pensius augescere firmitatẽ. Artus dicti· q᷑ colligati inuicem neruis artentur·id est stringantur·quorum diminutiua sunt ar ticuli. Nam artus dicimus membra maiora·ut brachia. Articu/los minora membra·ut digiti Compagia capita sunt ossium· dicta·eo q᷑ sibi compacta neruis·veluti glutino quodam adhe/reant Ossa sunt corporis solidamenta. In his enim positio oĩs robu*rq̃ subsistit. Ossa autem sunt a busto dicta· propter q᷑ cre/mantur·ab antiquis·siue ut alii putant ab ore· eo q᷑ ibi pateant· Nam vbiq̃ cute visceribusq̃ obtecta celantur Medulle appel/late·q᷑ madefaciant ossa·irrigãt enim & confortant Vertibule· sunt summe ossium partes·nodis crassioribus conglobate·dicte ita·eo q᷑ ad inflexionem membrorum illa vertant Cartilagi/nes ossa mollia & sine medulla. Quod genus auricule & nariũ discrimen & costarum extremitates habent·siue opercula ossiũ que mouẽtur. Et dicte cartilagines·q᷑ leni ac tritu carẽt dolore dum flectuntur Costas appellari quidam putant·q᷑ ab ipsis interiora custodiantur·et tota mollicies ventris vallata seruetur

Latus quia iacẽtibus nobis latet·est enim leua pars corporis Dextro autem lateri habilior motus ẽ·leuo fortior· & oneri fe/rendo accommodatior. Vnde & leua nũcupata·q᷑ aptior sit ad leuandum aliquid & portãdum. Ipa enim gestat clipeũ ensẽm· pharetram·& reliqua onera·ut expedita sit dextra ad agendum·

Dorsum est a ceruice vsq̃ ad renes. Dictum autem dorsum·

ꝙ ſit ſuperficies durior corporis·ĩ modum ſaxi fortis·& ad portandum & ad perpetiẽdum Terga quia in eo ſupini iacemus in terra·quod ſolus homo poteſt.Nam muta animalia tantum aut in ventre· aut in latere iacent. Vnde & in animalibus terga abuſiue dicunt̃. Scapula a ſcandendo dicitur. Interſcapiliũ ſpacium quod inter ſcapulas eſt.Vnde & nominatum. Pale ſunt dorſi dextra leuaq; eminentia membra dicta·ꝙ in luctãdo eas premimus·quod greci palin dicũt luctatio Spina ẽ iuctura dorſi dicta·eo ꝙ habeat radiolos acutos·cuius iuncture ſpondilia appellantur·propter partem cerebri· que fertur per eos longo tractu ad ceteras corporis partes. Sacra ſpina eſt vna perpetue ſpine·quam greci yronoſtoin vocant·quõm primo infante concepto naſcitur.Ideoq; et hoſtia id primum a gẽtilibus diis ſuis dabatur.Vnde & ſpina ſacra dicit̃ Renes ait varro dictos ꝙ riui ab his obſceni humoris naſcãtur. Nam vene & medulle tenuem liquorem deſudant in renibus·qui liquor rurſus a renibus calore venerio reſolutus decurrit. Lũbi ob libidinis laſciuiam dicti·quia in viris cauſa corporee voluptatis·in ipis eſt·ſicut in vmbilico foeminis. Vnde & ad iob in exordio ſermonis dictum eſt. Accinge ſicut vir lumbos tuos· ut in his reſiſtendi eſſet preparatio·in q̃bus libidinis eſt vſitata dominandi occaſio

Vmbilicus eſt medius locus corporis· dictus· ꝙ ſit vmbus iliorum.Vnde et vmbo appellatur locus in medio clipei·a quo pendet. Ex eo enim infans in vtero pendet·ex eo &iã & nutrit̃.

Ilium greco ſermone appellatũ·ꝙ ibi obuoluamus nos·grece enim ilios obuoluere dicitur. Clunes vocate·ꝙ ſint iuxta colum·quod eſt longa Nates ꝙ in ipis innitimur dum ſedemus.Vnde & conglobata eſt in eis caro·ne premente corporis mole oſſa dolerent. Genitalia corporis partes ſunt·ut nomen ipm docet gignende ſobolis acceperunt vocabulum·ꝙ his procreatur & gignitur. Haec & pudenda pro verecundia·ſiue a pube.Vnde & indumento operiuntur.Dicuntur autem iſta & inhoneſta·quia non habent eam ſpeciem decoris·ſicut membra que in promptu locata ſunt. Idem & veretrum·quia viri eſt tãtum·ſiue ꝙ eo virus emittitur. Nam virus ꝓprie dicit̃ humor fluens a natura viri. Teſticuli per diminutionem a teſtibus dicti·quorum numerus incipit a duobus.Hi enim ſemen calamo miniſtrant· quod ab ſpinae medulla et renibus & lumbis

ſuſcipiunt ad gratiam procreandi. Viſcus eſt pellis·in qua te
ſticuli ſunt. Poſteriora vero vocata· ꝙ retro ſunt & a vultu
auerſa·ne dum aluum purgamus·inq̄naremus aſpectū Mea
tus inde appellatus·quia per eum manant id eſt egerunt̄ ſterco
ra Femora dicta ſunt·ꝙ ea parte a femina ſexus viri diſcrepet
Sunt autem ab inguinibus vſq; ad genua. Femia autem per
deriuationem ſemorum partes ſunt· quibus in equitãdo tergis
equorum adheremus. Vnde & preliatores olim ſub feminibus
equos amiſiſſe dicebantur Coxe quaſi coniuncte axes·in ipis
enim femora mouentur· quorum concaua vertebra vocant̄·q̄a
in eis capita femorum vertuntur Suffragines·q̄a ſubtus fra/
guntur·id eſt flectuntur·non ſupra ſicut in brachiis. Genua
ſunt commiſſiones femorum & crurium. Et dicta genua·eo ꝙ
in vtero ſint genis oppoſita· coherẽt enĩ ibi ſibi·& cognata ſunt
oculis·lacbrimarum indicibus & miſericordie. Nam a genis ge
nua dicũtur. Deniq; complicatum gigni formariq; hominem
dicunt ita·ut genua ſurſum ſint· quibus oculi formant̄ & caui
ac reconditi fiant. Ennius. Atq; genua comprimi·& arta gena.
Inde eſt ꝙ homines dum ad genua ſe proſternũt ſtatim lacbri
mantur·voluit enim eos natura vterum maternũ rememorari·
vbi quaſi in tenebris conſedebãt·anteq̄m ad lucẽ venirẽt Cru
ra dicta· quia in his currimus et greſſum facimus. Sunt autem
ſub genibus vſq; ad ſuras Tibie vocate·quaſi tube. Sunt autẽ
& longitudine & ſpecie ſimiles Talus dictus a tolo. Nã tolus
eſt eminens rotunditas. Vnde et faſtigium templi rotũdi tolus
vocatur. Talus autem ſub crure eſt ſub talo calcanei Pedes ex
greca ethimologia nomen ſortiti ſunt. Hos enim graeci podas
dicunt·quia alternis motibus ſolo fixi incedunt Plante a pla
nicie nuncupate·q̄a non rotunde ut in quadrupedibus ut ſtare
nõ poſſit bipes homo·ſed plane atq; longiores formate ſunt· ut
ſtabile corpus efficerent. Sunt autem plante anteriores partes·q̄
& iam ex multis oſſibus conſtant. Calcis prima pars plante·
a callo illi nomẽ impoſitum·quo terram calcamus. Hinc & cal
caneus Solum interior pars pedis dictum·quia eo terre veſti
gia imprimimus. Sed & ſolum dicitur omne quod aliquid ſu/
ſtinet·quaſi ſolidum. Vnde & terra ſolum·ꝙ cuncta ſuſtineat·
& ſolum pedis·quod totam corporis molem portat. Viſcera
non tantum inteſtina dicimus· ſed quicquid ſub corio ẽ a viſco

quod eſt inter cutē & carnē. Item viſcera vitalia·id ē circumfuſa cordis loca·quaſi viſcora· eo ꝙ ibi vita id eſt anima continetur. Item viſcera capita neruorum· ex ſanguine & neruis copulata. Eadem lacerti ſiue mures· quia ſic in ſingulis membris cordis loco ſunt·ut cor in media parte·tocius corporis·appellanturq; a nomine ſimilium animaliū ſub terrā deliteſcentium. Nam inde muſculi a murium ſimilitudine. Idem & tori·ꝙ illic viſcera torta videantur. Cor a greca appellatione deriuatum·quod illi cardian dicunt·ſiue a cura. In eo oīs ſollicitudo & ſcientie cauſa manet. Quod ideo pulmoni vicinum eſt·ut cum ira accenditur pulmonis humore temperetur. Huius due arterie ſunt· e q̇bus ſiniſtra plus ſanguinem habet·dextra plus ſpiritum. Vnde et in dextro brachio pulſum inſpicimus Precordia ſunt loca cordis vicina·quibus ſenſus percipitur. Et dicta precordia·eo ꝙ ibi ſit principium cordis & cogitationis Pulſus vocatus·ꝙ palpitet Cuius inditio aut infirmitatem intelligimus·aut ſalutē. Huius duplex eſt motus·aut ſimplex·aut compoſitus. Simplex eſt q̇ a ex vno ſaltu conſtat. Compoſitus eſt·q̇ a ex pluribus motibus inordinatus & inequalis exiſtit. Qui motus certa habēt ſpacia· dactilum percuſſum q̄mdiu ſine vicio ſunt. Si quando vero citatiores ſunt·ut torca dazantes·aut leniores·ut mirmizontes·mortis ſigna ſunt. Vene dicte·eo ꝙ vie ſint natātis ſanguinis atq; riui per corpus omne diuiſi·quibus vniuerſa membra irrigant·

Sanguis ex greca ethimologia nomen duxit·ꝙ vegetetur·et ſuſtētetur·& viuat. Sanguis autē eſt·dum in corpore eſt·effuſus vero cruor dicitur. Nam cruor vocat̄·eo ꝙ effuſus decurrit· vel ab eo ꝙ currendo corruat. Alii autem cruorē interpretant̄ ſanguinem corruptum qui emittitur. Alii autem vocatū ſanguinē ꝙ ſuauis ſit. Sanguis autem non eſt integer niſi in iuuenibus. Nam dicunt phiſici minui ſanguinem per etatem. Vnde in ſenibus tremor eſt. Proprie autē ſanguis anime poſſeſſio eſt. Inde genas lacerare in luctu mulieres ſolēt. Vnde & purpuree veſtes & flores purpurei mortuis prebentur Pulmo ex greco trahit vocabulum·greci enim pulmonem pleomon vocant· eo ꝙ cordis flabellum ſit·in quo pneuma id eſt ſpiritus ineſt· per quod & agitantur & mouentur. Vnde & pulmones vocati ſunt. Nā grece pneuma latine ſpiritus dicitur·qui flando et agitando aerem admittit & recipit·a quo mouentur pulmones et palpitāt·

& adapperiendo se ut flatum capiant· & stringendo ut eiciant est enim organum corporis. Iecur nomen habet· eo ꝙ ignis ibi habeat sedem· q in cerebro subuolat· inde ad oculos ceterosq; sensus & membra diffunditur· & calore suo ad se sucũ ex cibo tractum vertit in sanguinem· quem ad vsum pascendi nutriendiq; singulis membris prebet. In iecore autem persistit voluptas et concupiscentia· iuxta eos qui de phisicis disputant Fibre iecoris sunt extremitates· sicut extreme partes filorũ in tibiis· siue quasi lingue eminentes. Dicte auté fibre ꝙ apud gentiles in sacris ad phebi aras ferebantur ab ariolis· quibus oblatis atq; succensis responsa acceperunt. Splen dictum a supplemento ex contraria parte iecoris· ne vacua existerent. Quem quidam & iã risus causa factum existimant. Nam splene ridemus· felle irascimur· corde sapimus· iecore amamus. Quibus quatuor elemẽtis constantibus integrum est animal. Fel appellatũ· ꝙ sit folliculum· gestans humorem q vocatur bilis. Stomachus grece os vocatur· eo ꝙ ostium ventris sit· & cibum excipiat· atq; in intestina transmittat. Intestina dicũtur· eo ꝙ corporis interiore parte cohibentur. Que idcirco longis nexibus in circulorũ ordinata sunt modum· ut susceptas escas paulatim digerant· & superadditis cibis non impediantur Omentum membranũ quod continet intestinorũ maiorem partem· quod epitolin greci vocant Disceptum intestinum· quod discernit ventrem et cetera intestina a pulmone vel a corde Cecum intestinum· ꝙ sit sine foramĩe & exitu· quod greci tilonenticon dicũt Ieiuna tenue intestinum. Vnde & ieiunium dicitur. Vẽter autem et aluus & vterus inter se differũt. Venter est qui acceptos cibos digerit· & apparet extrinsecus· ꝑtinetq; a pectore ad inguina. Et dictus venter· ꝙ per totum corpus vite alimenta transmittat Aluus est qui cibum recipit· et purgari solet. Salustius. Simulans sibi aluum purgari. Et vocatur aluus· ꝙ abluatur· id est purget· ex ipsa enim sordes stercorum defluunt. Vterum sole mulieres habent· in quo concipiunt ad similitudinem cauliculi. Tamen auctores vterum pro vtriusq; sexus ventre plerumq; ponũt· nec poete tantũmodo sed et ceteri. Vocatus autem vterus· ꝙ duplex sit· & ab vtraq; ĩ duas se diuidat partes· que ĩ diuersum indiffuse ac replexe circumplicantur in modum cornuum arietis· vel ꝙ interius impleaẽ fetu. Hinc et vter ꝙ aliq̃d intrĩsecus habuerit·

No

ut membra & viscera. Aqualiculus autem proprie porci est. Hinc ad ventrem translatio Matrix dicitur q fetus in eo generetur. semen enim receptū confouet. confotum corporat. corporatum i membra distinguit. Vulua vocata. quasi valua. id est ianua. vel q semē recipiat. vel q ex ea fetus pcedat Vesica quasi vas aque. qa sicut vas aqua. ita de renibus vrina collecta completur. & humore distēditur. Cuius vsus in volucribus nō habetur. Vrina autem dicta. siue q vrat. siue quia ex renibus egeritur. Cuius inditio & salus & egritudo monstratr. Qui humor vulgo lotium dicitur. q eo lota id est munda vestimenta efficiantur Semen ē quod iactum sumitur. aut a terra. aut ab vtero ad gignendum. vel fructus vel fetus. Est enim liquor ex cibi et corporis decoctiōe factus. ac diffusus per venas atq medullas. qui inde desudatus. in modum sentine concrescit in renibus. iactusq per coitū. & i vtero mulieris susceptus. calore quodammodo viscerum. & menstrualis sanguinis irrigatione formatur in corpore Menstrua superuacuus mulierum sanguis Dicta autem menstrua. propter circuitum lunaris lumis. quo solet hoc venire profluuium. Luna enim grece mene dicit. Hec & muliebria nuncupantur. Nam mulier solum animal menstruale est. Cuius cruoris contactu fruges non germinant. acescunt musta. moriuntur herbe. amittūt arbores fructus. rubigo ferrum corrumpit. nigrescunt erameta. Siqui canes inde ederint in rabiem efferūtur. Glutinum asphalti quod nec ferro nec aqs dissoluitur. cruore ipo polluto sponte dispgitur. Post plurimos autem dies menstruos ideo semen non est germinabile. qa iam non est menstrualis sanguis a quo perfusum irrigetur. Tenue semen locis muliebribus non potest adherere. labitur enim nec habet vim adherendi. Similiter & crassum vim non habet gignendi. quia muliebri sanguini miscere se non potest. propter nimiam sui spissitudinem. Hinc & steriles mares & feminas fieri dicunt. vel per nimiam seminis vel sanguinis crassitudinem. vel propter nimiam raritatem Primum autem aiunt cor hois fingi. q in eo sit & vita hominis & sapientia. deinde quadragesimo die totum corpus expleri. quod ex abortionibus ut ferunt collecta sunt. Alii fetus a capite sumere dicunt exordium. Vnde & in auium fetibus primū oculos fingi in ouis videmus Fetus autem nominatus q adhuc in vtero foueatur. Cuius secude

dicuntur folliculus· qui ſimul cum infante naſcitur continetq; eum. Dictus ita· quia eum cum editur ſequitur. Naſci autem patribus ſimiles aiunt· ſi paternum ſemē validius ſit· matribus ſi matris hac ratiōe ſimiles exprimi vultus. Qui autem vtriuſq; parētis figuram reddunt· equaliter mixto paterno maternoq; ſemine concipiūtur. Auorum proauorumq; ſimiles fieri· q̄a ſicut in terra multa ſemina oculta· ita et in hominibus ſemina celant̄ figuras parentum reddituri. Ex paterno autem ſemīe puellas naſci· et ex materno pueros· quia omnis partus conſtat duplici ſemine· cuius pars maior cum inualuerit· occupat ſimilitudinē ſexus. In corpore noſtro quedam tātum vtilitatis cauſa facta ſunt· ut viſcera. Quedam & vtilitatis & decoris· ut ſenſus ī facie & in corpore manus ac pedes· quorum membrorū & vtilitas magna eſt· & ſpecies decentiſſima. Quedam tantum decoris· ut mamille in viris· & in vtroq; ſexu vmbilicus. Quedā diſcretiōis ut in viris genitalia· barba prolixa· pectus amplū· in mulieribus leues gene· et anguſtum pectus. Ad cōcipiendos autem et portandos fetus renes & latera dilatata. Quod ad hominem et ad partes attinet corporis ex parte dictum eſt· nunc etates eius ſubiungimus.

De. Etatibus hominis Ca· ii

Gradus etatis· vi· ſunt. Infantia. Puericia. Adoleſcentia. Iuuētus. Grauitas atq;. Senectus. Prima etas infantia eſt· pueri naſcētis ad lucem· que porrigitur in ſeptem annis. Secunda etas puericia· id eſt pura· & nec dum ad generandum apta· tendens vſq; ad· xiiii· annū. Tercia adoleſcētia ad gignendum adulta· que porrigitur vſq; ad· xxviii· annos.

Quarta iuuentus· firmiſſima omniū etatum· finiens in quinquageſimo anno· in quo partus ſeminis deficit. Quinta etas ſenioris· id eſt grauitas· que eſt declinatio a iuuētute in ſenectutem· non dum ſenectus· ſed iam non dum iuuentus· q̄a ſenioris etas eſt· quam greci preſbiten vocant. Nam ſenex apud graecos non preſbiter ſed geron dicit̄. Que etas a quinquageſimo anno incipiens ſeptuageſimo terminatur. Sexta etas eſt ſenectus· q̄ nullo annorū tempore finit̄. Sed poſt quinq; illas etates quantumcunq; eſt ſenectuti deputatur. Senium autem pars eſt vltima ſenectutis· dicta q᷑ ſit terminus ſexte etatis. In his igit̄ ſex ſpaciis philoſophi vitam deſcripſerunt humanā· in quibus mutatur & currit· & ad mortis terminum peruenit. Pergamus

igitur breuiter per predictos gradus etatum·ethimologias earū in homine demonstrantes Infans dicitur homo prime etatis Dictus autem infans·quia adhuc fari nescit· id est loqui nō potest·non dum enim bene ordinatis dentibus·minus ē sermonis expressio Puer a puritate vocatus·quia purus est·& necdum lanuginem floremq; genarum habens. Hi sunt ephebi·id est a phebo dicti·necdum pro natiuitate viri·sed adolescentuli lenes· Puer autem tribus modis dicitur. Pro natiuitate·ut esaias.Puer natus est nobis.Pro etate·ut octennis.decennis. Vnde est illud. Iam puer.le iugum tenera ceruice regebat.Pro obsequio et fidei puritate·ut dominus ad prophetā.Puer meus es tu·noli timere· dum iam hieremias longe puericie excessisset annos Puella ē paruula·quasi pulla. Vnde & pupillos non pro conditione·sed pro etate puerili vocamus.Pupilli autem dicti·quasi sine oculis hoc est a parentibus orbi.Hi autem vere pupilli dicunt̄·quorū parentes ante discesserunt·q̄m ab eis nomen acciperent. Ceteri orbi vocantur.Orphani idem qui et pupilli.Illud enim grecum est nomen·hoc latinum. Nam & in psa lmo vbi legit̄. Pupillo tu eris adiutor·grecus habet orphano Puberes a pube·id est a pudendis corporis nūcupati·q̧ haec loca tunc primū lanuginē ducunt.Quidam autem ex annis pubertatem existimant·id est eum puberem esse·qui·xiiii·annos expleuerit·q̄muis tardissime pubescat.Certissimum autem puberē esse·qui & ex habitu corporis pubertatem ostendit·et generare iā possit Puerpere sunt que annis puerilibus pariunt.Vnde & oracius.Laudat̄ primo prole puerpera nato.Et dicte puerpere vel q̧ primo partu grauantur·vel q̧ primum pueros pariant Adolescens dictus·eo q̧ sit ad gignendum adultus·siue a crescere & augeri Iuuenis vocatus·q̧ iuuare posse incipiat·ut in bubus iuueci· cū a vitulis discesserint. Est enim iuuenis in ipo etatis incremento positus· & ad auxilium preparatus. Nam iuuare hoīs est opus aliquod conferentis.Sicut autem·xxx·perfecte etatis est annus in hominibus·ita in pecudibus ac iumentis tercius robustissimus Vir nuncupatus·q̧ maior in eo vis est q̄m in feminis.Vnde et virtus nomē accepit·siue q̧ vi agat feminam Mulier vero a mollicie·tanq̄m mollier· detracta littera u vel mutata· appellata est mulier·vtriq; enim fortitudine & imbecillitate corpoꝝ separant̄ Sed ideo virtus maxima viri·mulieris minor·ut patiēs viro eēt·

ſcilicet ne feminis repugnantibus· libido cogeret viros aliud ap petere·aut in alium ſexum proruere. Dicitur igit̃ mulier ſecun/ dum femineum ſexum·non ſecundum corruptioné integritatis & hoc ex lingua ſacre ſcripture. Nam eua ſtatim facta de latere viri ſui·nõdum contacta a viro·mulier appellata eſt·dicẽte ſcrip tura. Et formauit eá in mulieré. Virgo a viridiore etate dicta eſt·ſicut & virga et vitula. Alias ab incorruptione quaſi virago ꝙ ignoret femineam paſſionem. Virago vocata quia virum agit·hoc eſt opera ſeruilia facit·& maſculini vigoris eſt. Antiq enim fortes feminas ita vocabant. Virgo autem nõ recte virago dicitur·ſi non viri officio fungatur. Mulier vero ſi virilia opera facit·recte virago dicitur ut amaʒona. Quae vero nunc foemina antiquitus vira vocabatur· ſicut a ſeruo ſerua·a famulo famula· ita a viro vira. Hinc & virginis nomen quidam putãt Femi na vero a partibus femorũ dicta·vbi ſexus ſpecies a viro diſting uitur. Alii greca ethimologia feminam ab ignea vi dictam pu/ tant·quia vehementer concupiſcit· libidinoſiores enim viris fe/ mine ſunt·tam in mulieribus q̃m ĩ animalibus. Vnde nimius amor apud antiquos femineus vocabatur. Senior eſt adhuc viridior. Ouidius in ſexto libro. Senior inter iuuenem q; ſéneq;. Terencius. Quo iure ſumus. Alii. Qui iure ſumus. Adoleſcẽtior non vtiq; magis eſt adoleſcens ſed minus· ut ſenior minor eſt ſene·vbi comparatiuus gradus minus ſignificat a poſitiuo·ergo ſenior nõ ſatis ſicut iuuenior intra iuuenem & ſenem· ſicut pau perior intra pauperé. Senes auté dictos quidam putãt a ſenſus diminutione·eo ꝙ iam pro vetuſtate deſipiant. Nam phiſici di/ ci dicunt homines ſtultos eſſe frigidioris ſanguinis· prudentes calidi. Vnde & ſenes in quibus iam friget·& pueri in q̃bus nec dum calet minus ſapiunt. Inde eſt ꝙ conuenit ſibi infantum etas & ſenum. Senes enim per nimiam etatem delirant. Pueri per laſciuiam & infantiam ignorant quid agant. Senior autem tantũ maſculini generis eſt·ſicut anus feminini. Nam anus dici tur ſola mulier. Anus autem appellata a multis annis·quaſi annoſa. Nam ſi commune non eſſet nomen·cur diceret terẽcius ſenem mulierem Hinc et vetula·q̃a vetuſta. Sicut auté a ſene ſenectus·ita ab anu anilitas nominata eſt Canicies aũt vocata a candore·quaſi cãdicies. Vnde eſt illud. Florida iuuẽtus·lactea canicies· pro ut diceret candida. Senectus autem multa ſecũ &

bona affert & mala. Bona·qua nos a potentissimis dominis li/berat·voluptatibus imponit modum·libidinis frangit impetus auget sapientiam·dat maturiora consilia. Mala autem·q̄a seniú miserrimú est·debilitate & odio. Subeunt enim morbi·tristisq; senectus. Nā duo sunt q̄bus minuunť corporis vires·senectus & morbus. Mors dicta·q̄ sit amara·vel a marte·q̄ é effector mortium·siue a morsu primi hominis·quo ille esú pomi mor/tem meruit. Tria sunt autem genera mortis·acerba·immatura·naturalis. Acerba infantum. Immatura iuuenum. Matura id é naturalis senum Mortuus autem ex qua parte orationis decli necur incertum est. Nam sicut ait caesar·ab eo quod est morior in participio preteriti temporis in tus exire debuit·per vnú scili cet u non per duo. Nam vbi geminata est u u littera nomen est non participium·ut fatuus·arduus. Conuenienter itaq; factum est· ut quemadmodum id quod significat non potest agendo·ita & ipm nomen non possit loquendo declinari. Omnis auté mortuus·aut funus est·aut cadauer Funus est si sepeliať. Et dictum funus·a funibus accensis·quos ante feretrum papiris ce ra circumdatis ferebant Cadauer autem est·si insepultú iacet·Nam cadauer nominatum a cadendo·quia iam stare nó potest

Quod dum portatur exequias dicimus. Crematú reliq̄as·Conditum iam sepultum Corpus autem a consuetudine di/citur·ut illud. Tum corpora luce carentum Defunctus voca/tus·q̄a compleuit vite officium. Nam dicimus functos officio quia officia debita cópleuerút. Vnde est. Et honoribus functos Hinc ergo defunctus· q̄ ab officio sit vite depositus· siue q̄ sit diem functus Sepultus autem dictus·eo q̄ iam sine pulsu et palpatione est·id est sine motu. Sepelire auté est condere cor pus. Nam humare obruere dicimus·hoc est humum inicere

De. Portentis Ca·iii

Ortenta esse ait varro·que contra naturā nata videnť sed non sunt contra naturam·quia diuina voluntate fiunt·cum voluntas creatoris cuiusq; condite rei na/tura sit. Vnde & ipi gentiles deum modo naturam·modo deú appellant. Portentum ergo fit non contra naturā·sed cótra quā est nota natura. Portéta autem & ostenta·monstra atq; ꝓdigia ideo nuncupantur·q̄ portendere atq; ostendere·monstrare atq; predicere aliqua futura videntur. Nam portenta dicta ꝑhibenť

a portendendo·id est preostendendo Ostenta autem q̄ osten dere quicq̄m futurum videantur. Prodigia q̄ porro dicant· id est futura predicat Monstra vero a monitu dicta· q̄ aliqd significandum demonstrent· siue q̄ statim monstrent quid ap pareat·& hoc proprietatis est. Abusione tamē scriptorū plerūq; corrumpitur. Quedam autem portentorum creatiōes in signifi cationibus futuras constituta videntur. Vult enim deus inter/ dum ventura significare· per aliqua nascentium noxia· sicut & per somnos & per oracula q̄ premoneat et significet qbusdam vel gentibus vel hominibus futurā cladem·quod plurimis etiā experimentis probatum est·ut in temporibus xerxis regis·tunc quippe vulpes ex equa creata· dissolui regnum eius portendit. Alexādro ex muliere monstrum creatum est· quod superiores corporis partes homis·sed mortuas habuerat·inferiores diuersa rum bestiarū sed viuentes·significasse repentinā regis interfecti onem·superuixerant enim deteriora melioribus. Sed monstra quae in significationibus dantur·non diu viuunt·sed continuo ut nata fuerint occidunt Inter portentū autē & portētuosum differt. Nam portenta sunt que transfigurantur· sicut fertur in vmbria mulierem peperisse serpentem. Vnde lucanus. Matreq; suus conterruit infans. Portentuosa vero leuem sumunt mutati onem·exempli causa·cum sex digitis nati Portenta igitur vel portētuosa existunt·alia magnitudine tocius corporis·vltra cō/ munem hominum modum· quantus fuit ticion in nouem iu/ geribus iacens·homero testante. Alii paruitate tocius corporis· ut gnani·vel quos greci pigmeos vocant·eo q̄ sint statura cubi tales. Alii magnitudie partiū·veluti capite informi·aut supfluis membrorum partibus·ut bicipites·& trimani vel scinodontas· quibus gemini procedunt dentes. Alia defectu partiū in qbus altera pars plurimū deficit ab altera· ut manus a manu· vel pes a pede. Alia discissione· ut sine manu·aut capite generata·quos greci steresios vocāt. Alia per numeria·quādo solum caput aut crus nascitur. Alia que in parte transfigurātur·sicut qui leonis habent vultum·vel canis·vel taurinum caput·aut corpus·ut ex pasiphe memorant genitum minotaurum·quod graeci ethero/ mornam vocant. Alia que ex omni parte transfigurantur in aliene creationis portentū· ut ex muliere vitulum dicit historia generatum. Alia que sine transfiguratione mutationem habent

Quare portenta fiant

Ermafrodite

locorum·ut oculos in pectore vel in frōte·aures ſupra tempora·vel ſicut areſtoteles tradidit· quendam in ſiniſtra parte iecur· in dextra parte ſplen habuiſſe. Alia ſecundum connaturationē·ut in alia manu digiti plures connaturati & coherentes reperiūtur in alia minus·ſiue in pedibus Alia ſecundum immaturam & intemperatam creationē·ſicut hi qui dentati naſcuntur· ſiue barbati vel cani. Alia complexu plurimarum differentiarum· ſicut illud quod prediximus in allexandro multiforme portentum. Alia commixtiōe generis·ut androgene & ermafrodite vocant̄

Ermafrodite autem nuncupati·eo ꝙ in eis vterq; ſexus appareat. Erma quippe apud grecos maſculus eſt·affrodi femina nūcupatur. Hi dextram mamillam virilem·ſiniſtram muliebrem habentes·viciſſim coeundo & gignunt et pariunt. Sicut autem in ſingulis gentibus quedam monſtra ſunt hominū·ita in vniuerſo genere humano quedam monſtra ſunt gentium·ut gigātes·cenocephali·ciclopes·& ceteri Gigātes dicti iuxta greci ſermonis ethimologiam qui eos gegines exiſtimant·id eſt terrigenas·eo ꝙ eos fabuloſe pariens terra·immenſā mole & ſimiles ſibi genuerit·ge enim terra appellat̄·gines genus. Licet & terre filios vulgus vocet·quorum genus incertum eſt. Falſo aūt oppinantur quidam imperiti de ſcripturis ſanctis·preuaricatores angelos cum filiabus hominum ante diluuium cōcubuiſſe· & exinde natos gigantes·id eſt nimium grandes et fortes viros·de qbus terra cōpleta eſt Cenocephali appellant̄· eo ꝙ canina capita habeant·quoſq; ipi latratus magis beſtias·q̄m homines cōfitetur. Hi naſcuntur in india. Ciclopes quoq; eadem india gignit. Et dicti ciclopes· eo ꝙ vnum oculum in fronte media habere perhibentur. Hi & agriofagite dicuntur·ꝑpter ꝙ ſolas ferarū carnes comedunt Lemnias in libia credunt trūcos ſine capite naſci·& os & oculos habere in pectore. Alios ſine ceruicibus gigni·oculos habentes in humeris. In vltimo aūt oriētis monſtruoſe gentium facies ſcribuntur. Alie ſine naribus·equali tocius oris planiciae· informes habentes vultus. Aliae labro ſuperiore adeo prominenti·ut in ſolis ardoribus totam ex eo faciem contegant dormientes. Aliis concreta ora eſſe·modico foramine calamis auenarum potum haurientes. Nōnulli ſine linguis eſſe dicunt̄·in vice ſermonis vtentes nutu ſiue motu Panothios apud ſcithiā eſſe ferūt· tam diffuſa aurū magnitudine

ut omne corpus ex eis contegāt. Pan enim greco sermõe omne· othi aures dicuntur. Artabatrite in ethiopia proni ut pecora proni ambulare videntur· quadragesimum eui annum nullus supergreditur Satiri homonciones sunt aduncis naribus· cornua in frontibus habent· & caprarum pedibus similes· qualem in solitudine sanctus antonius vidit· qui & iam interrogatus a dei seruo respõdisse fertur· mortalis ego sum· vnus ex accolis heremi· quos vario delusā errore gentilitas faunos satirasq; incolit

Dicuntur quidam & siluestres homines· quos nõnulli faunos ficarios vocant Sciopodum gens fertur esse in ethiopia· singulis cruribus et celeritate mirabili· quos inde sciopodas greci vocant· eo q̈ per estum in terra resupini iacentes pedum suorum magnitudine adumbrentur Antipodes in libia plantas versas habent post crura· & octonos digitos in plantis Ypodes in scithia sunt· humanam formam· & equinos pedes habentes In india ferunt esse gentem· que macrobii nuncupant· xii· pedum staturam habentes. Est & gens ibi statura cubitalis· quos greci a cubitu pigmeos vocant· de qua supra diximus. Hi montana indie tenent· quibus vicinus est occeanus Perhibēt & in eadem india esse gētem feminarum· que quinquennes cõcipiunt· & octauum vite annum non excedunt. Dicuntur autē & alia hominum fabulosa portenta· que non sunt· sed ficta· & in causis rerum interpretantur· ut gerionem hispanie regem triplici forma proditum· fuerunt enim tres fratres tante concordie ut i tribus corporibus quasi vna esset aīa Gorgones quoq; meretrices crinitas serpentibus ferunt· que aspicientes se conuertebant in lapides· habentes vnum oculum quo inuicē vtebant· Fuerunt aūt tres sorores vnius pulcritudinis· quasi vnius oculi que ita spectatores suos stupescere faciebant· ut vertere eos putarentur in lapides Sirenas tres fingunt fuisse· ex parte virgines ex parte volucres· habentes alas & vngulas· quarum vna voce· altera tibiis· tercia lira canebat· que illectos nauigantes· sub cantu in naufragia trahebāt. Secundum veritatem autē meretrices fuerunt· que transeuntes quoniam ad egestatem deducebāt· his ficte sunt inferre naufragia. Alas autē habuisse & vngulas· qa amor & volat & vulnerat. Que inde in fluctibus commorasse dicuntur· qa fluctus venerem creauerunt Scillam quoq; ferunt foeminam· capitibus succinctam caninis· cum latratibus

St. S. Anthonio

5. Anno ...

No. Gerionem Rege

magnis·ꝓpter fretum siculi maris· in quo nauigātes verticibus in se concurrentiū vndarum exterriti·latrare·existimant vndas· quās sorbentis estus vorago collidit. Fingunt & monstra q̄/dam irrationabilium animātium· ut cerberum inferorū canem tria capita habentem·significantes per eum tres etates· per quas mors hominem deuorat·id est infantiam·iuuentutē·& senectutem. Quem quidam ideo dictum cerberum putāt· quasi cereo/borum·id est carnem vorantem. Dicunt & ydram esse serpē/tem cum nouem capitibus· q̄ latine scedra dicitur· ꝙ vno ceso tria capita excrescebāt. Sed constat ydram locum fuisse euomē/tem aquas·vastātem·vicinā ciuitatem·in quo vno clauso meatu multi erumpebant·quod hercules videns·loca ipa exussit·et sic aque clausit meatus.Nam ydra ab aqua dicta est.Huius men/tionem facit ambrosius in similitudine heresum dicens· heresis enim velut quedam ydra fabularum· vulneribus suis creuit· & dum sepe recidit̄ pullulat·igni debita·incendioq; peritura. Fingunt & chimeram triformem bestiam· ore leonem· postremis partibus draconem· media capreā. Quam q̄dam phisiologi nō animal·sed cilicie montem esse aiunt·quibusdam locis leones et capreas nutrientem·quibusdam ardentem·quibusdam plenum serpentibus. Hunc bellorofontis habitabilem fecit. Vñ chime/ram dicitur occidisse. Centauris id est hominibus equo mixtis species vocabulum dedit.Quos quidam fuisse equites thessalorum dicunt·scilicet pro eo ꝙ discurrentes in bello· veluti vnū corpus equorum & hominum viderētur·inde centauros fictos asseruerunt. Porro monocentaurum nomen sumpsisse ex tau/ro & homine·qualem bestiam dicūt fabulose in laborintho in/clusam fuisse·de q̄a ouidius.Semibouemq; virum·semiuirūq; bouem. Onocentaurus autem vocatur·eo ꝙ media hoīs spēs media asini esse dicat̄· sicut & ypocentauri ꝙ equorū hominūq; in eis natura coniuncta fuisse putatur.

De. Transformatis. Ca·iiii

Cribuntur autem & quedam monstruose hominū transformationes & commutationes in bestias·sicut de illa maga famosissima circe· q̄ socios quoq; vlixis mutasse fertur in bestias.Et de archadibus q̄ forte iuncti trans natabant quoddam stagnum·atq; ibi conuertebantur in lupos. Nam & diomedis socios ī volucres fuisse cōuersos nō fabuloso

Heresis velut ydra

mendatió·sed historica affirmatione confirmant. Sed et quidã asserunt strigas ex hominibus fieri. Ad multa enim latrocinia figure scceleratorum mutantur·et siue magicis cantibus·siue her barum veneficio· totis corporibus in feras transeũt. Siquidem & per naturam pleraq; mutationem recipiunt·et corrupta in di uersas species transformantur·sicut de vitulorum carnibus pu/ tridis apes·sic de equis scarabei·de mulis locuste·de cancris scor piones.Ouidius.Concaua littorei si demas brachia cãcri. Scor/ pius exibit·caudaq; minabitur vnca Finit liber vndecimus

INCIPIT · LIBER · DVODECIMVS DE · PECORIBVS · ET · IVMENTIS



MNIBVS · ANIMANTIBVS · Adã PRIMVM · VOCABVLA · INdidit· APPELLANS · VNICVIQ; · Nomẽ ex presenti institutione· iuxta cõditionem nature cui seruiret.Gentes autem vnicuiq; animalium ex propria lingua dederũt vo cabula. Non autem secundum latinam linguam atq; grecam· aut quarumlibet gẽtium barbararum no mina illa imposuit adam·sed illa lingua que ante diluuium om nium vna fuit· que hebrea nuncupatur Latine autẽ animalia siue animantia dicta·q animentur vita· & moueantur spiritu·

Quadrupedia vocata·quia quatuor pedibus gradiuntur·que dum sint similia pecoribus· tamen sub cura humana non sunt· ut cerui·damule·onagri·& cetera. Sed neq; bestie sunt·ut leones neq; iumẽta·ut vsus hominum iuuare possint Pecus dicimus omne quod humana lingua & effigie caret.Proprie autem pe/ corum nomen his animalibus acomodari solet·que sunt aut ad vescendum apta·ut oues & sues·aut vsui hominum comoda· ut equi & boues. Differt autem inter pecora & pecudes. Nam ve/ teres cõmuniter in significatione omnium animalium pecora dixerunt Pecudes autem tantum illa animalia·que educũtur· quasi pecuedes.Generaliter autem omne animal pecus a pascen do vocatur. Iumenta nomina inde traxerunt·q nostrum la/ borem vel onus suo adiutorio subuectando vel arando iuuent· Nã bos carpẽta trahit· & durissimas terre glebas vomere vertit

Equus & asinus portant onera· & hominum in gradiendo la borem temperant. Vnde et iumenta appellantur·ab eo q iuuēt bomines·sunt enim magnarū viriū animalia. Eadem quoq armenta·vel q sint apta armis·id est boello· vel q bis in armis vtimur. Alii armenta tantū boues intelligunt·ab arando· quasi aramenta. Discretio est autem inter armenta & greges. Nam ar menta equorū & boum sunt Greges vero caprarum & oui/ um. Ouis molle pecus lanis·corpore inerme· anío placidum ab oblatione dictum· eo q apud veteres in initio non tauri· sed oues in sacrificio mactarentur Ex bis quasdam bidentes vo/ cant· eo q inter octo dentes duos altiores babēt· quas maxime gentiles in sacrificium offerebāt. Veruex vel a viribus dictus q ceteris ouibus sit fortior· vel q sit vir·id est masculus· vel q vermes in capite babeat· quorum excitati pruritu·inuicem se cō cutiunt· & pugnantes cum magno impetu feriuntur. Aries vel a potu arios· id est a mare vocatus. Vnde apud nos in gre/ gibus masculi mares dicuntur·siue q boc pecus a gentibus pri mum est aris immolatum· aries q aris impōebatur. Vnde est illud. Aries mactatur ad aram Agnum quamqm et greci vo cent a potu agno· quasi pium ·Latini tamen ideo boc nomen babere putant·eo q pre ceteris animantibus matrem agnoscat· adeo ut &iam si in magno grege errauerit·statim balatu recog/ noscat vocem parētis Hedi ab edendo vocati·parui enim pin guissimi·& saporis iocundi. Vnde & edere·inde & edulium vo catur Hircus lasciuum animal & petulcum·& feruēs semper ad coitum· cuius oculi ob libidinem in transuersum aspiciunt· vnde & nomen traxit. Nam birci sunt oculorum anguli secun/ dum suetonium. Cuius natura adeo calidissima est·ut adaman tem lapidem(quē nec ignis nec ferri domare valet materia)so/ lus buius cruor dissoluat. Maiores birci cinifii dicunt a fluuio cinife in libia·vbi grandes nascuntur Capros & capras a car/ pendis virgultis quidam dixerunt. Alii q carpant aspera. Non nulli a crepitu crurum. Vnde eas capras vocitatas·q sunt capre agrestes·quas greci p eo q acutissime videant midercwscepon· id est dorcas appellauerunt· morantur enim in excelsis monti/ bus et qmuis de longinquo·vident tamen omnes qui veniunt

Eedem aūt et capree·eedem ibices quasi auices·eo q ad instar auium ardua & excelsi teneant·& in sublimibus inbabitent·ita

ut de sublimitate vix humanis obtutibus pateant. Vnde & me/ridiana pars ibices aues vocat· qui nisi fluenta inbabitant. Haec itaq; animalia ut diximus in petris altissimis cõmorantur· ut si quando ferarum vel hominum aduersitatem presenserint· de altissimis saxorum cacuminibus sese precipitantes· in suis se cornibus illesa suscipiunt. Cerui dicti a poton ceraton· id est a cornibus· cerata enim grece cornua dicuntur. Hi serpentiũ inimici cum se grauatos infirmitate persenserint· spiritu narium eos extrahunt de cauernis· & superata pernicie veneni· eorum pabulo reparantur. Dictamũ herbam ipi ꝓdiderunt· nam eo pasti excutiunt acceptas sagittas. Mirantur autem sibilum fistularum. Erectis auribus acute audiunt· summissis nichil. Siquando immensa flumina vel maria transnatãt· capita clunibus precedentium superponunt· sibiq; inuicem succedentes· nullum laborem ponderis sentiunt Tragelaphi a grecis nominati· qui dum eadem specie sint ut cerui· villosos tamen habent armos ut hirci· & menta protensis hirsuta barbis· qui non alibi sunt q̃m circa phasidem. Hinnuli filii sunt ceruorum· abnuere dicti· qa ad nutum matris abscondunẽ Damula vocata· ꝙ de manu effugiat· timidum animal & imbelle. De quo marcialis. Dẽte timeẽ aper· defendunt cornua ceruum. Imbelles damme· quid nisi preda sumus. Lepus quasi leuipes· quia velociter currit. Vnde et grece pro cursu lagos dicitur· velox est enim animal· & satis timidum. Cuniculi genus agrestium animalium· dicti quasi caniculi· eo ꝙ canum indagine capiãtur vel excludantur ab speluncis. Sus dicta· ꝙ pascua subigat· id est terra subacta escas inquirat Verres ꝙ grandes habeat vires Porcus quasi spurcus· ingurgitat enim se ceno· luto immergit· limo illinit. Oratius Et amica luto sus. Hinc & ciam spurcicia vel spurius nuncupaẽ Porcorum pilos setas vocamus. Et setas a sue dictas· a quibus & sutores vocanẽ· ꝙ ex setis suant· id est consuãt pelles Aper a feritate vocatus· ablata f littera· & subrogata p· & apud grecos siagros id est ferus dicitur. Omne enim quod ferũ est et immite abusiue agreste vocamus Iuuencus dictus· eo ꝙ iuuare incipiat hominum vsus in excolenda terra. Vel quia apud gẽtiles ioui semper vbiq; iuuencus immolabatur· nunq̃m thaurus. Nã in victimis & ciam etas considerabatur Taurus grecũ nomen est sicut et bos. Indicis tauris color fuluus est· volucr.s pnicitas

pilis in contrariū versis caput circumflectunt flexibilitate qua volunt tergi duricia omne telum respuūt immiti feritate Bo/uem greci boeten dicunt. Hunc latini trionem vocant eo ꝙ terram terat quasi terionem. Neuius. Trionum hic moderator ru/sticus. Cuius latitudo pellium a mento ad crura palearia dicuntur a pelle ipa quasi pallearia quod est generositatis in boue signum. Boum in sociis eximia pietas nam alter alterum inquirit cum quo ducere collo aratra consueuit & frequenti mugitu pi/um testatꝰ affectum si forte defecerit Vacca dicta quasi boacca est enim ex qualitate mobilium nominū sicut leo leena draco dracena Vitulus et vitula a viriditate vocati sunt id ē ab etate viridi sicut virgo Vitula autem parua est & nondum enixa nam enixa iuuenca est aut vacca Bubali vocati per deriuatio/nem ꝙ sint similes boum adeo indomiti ut pre feritate iugum ceruicibus non recipiant bos affrica procreat Vri agrestes boues sunt in germania habentes cornua in tantum protensa ut regiis mensis insigni capacitate ex eis gerule fiant Camelis causa nomen dedit siue ꝙ quando onerātur(ut breuiores et humiles fiant)accubāt quia greci cami humile & breue dicūt siue quia curuus ē dorso camur enim verbo greco curuū significat. Hos licet et alie regiones mittant sed arabia plurimos. Differūt autem sibi nam arabici bina tubera in dorso habent reliquarū regionum singula. Dromeda genus est camelorum minoris quidem stature sed velocioris vnde & nomen habet. Nam dromos grece cursus vel velocitas appellatur. Centū et eo amplius miliaria vno die pergere solet. Quod animal sicut bos et ouis et camelus ruminat Ruminatio autem dicta est a rumine emi/nente gutturis parte per quam dimissus cibus a ceteris animalibus reuocatur Asinus & asellus a sedendo dictus quasi asse/dus sed hoc nomen quod magis equis conueniebat ideo hoc animal sumpsit quia priusq̄m equos caperent homines huic ꝑsidere ceperunt animal quippe tardum et nulla ratione renitens statim ut voluit homo sibi substrauit. Onager interpretatur asinus ferus on quippe greci asinum vocant agriam ferū. Hos affrica habet magnos & indomitos & in deserto vagantes sin/guli autem feminarum gregibus presunt. Nascētibus masculis celant et testiculos eorum morsu detruncant quod cauētes matres eos in secretis locis occultant. Asini archadici dicti eo ꝙ

ab archadia primum vecti sint magni et alti. Minor aūt asellus agro plus necessarius est· quia & laborem tolerat· & negligētias propemodum nō recusat Equi dicti· eo ꝙ quādo quadrigis iungebantur equabantur· pares𝑞; forma· et similes cursu copulabātur Cauallus antea a cauo dictus. Caballus a cauādo dict9 propter ꝙ gradiens vngula impressa· terram concauet· quod reliqua animalia non habent . Inde & sonipes· ꝙ pedibus sonat Viuacitas equorum multa· exultant enim in campis· odorantur & iā boellum· excitantur sonitu tube ad prelium· voce accensi ad cursum prouocantur. Dolent enim cum victi fuerint· exultant cum vicerint. Quidam hostes in bello sentiunt· adeo ut aduersarios morsu petant. Aliqui ꝑprios dominos recognoscunt· obliti mansuetudinis si mutētur. Aliqui preter dominum nullum dorso recipiūt. Interfectis vel morientibus dominis· multi lachrimas fundūt. Solum enim equum preter hominem lachrimare & doloris affectum sentire. Vnde & in centauris equorum & hominum natura permixta est. Solent enim ex equorum vel mesticia vel alacritate euentum futurum dimicaturi colligere. Etas longeua equis persicis· vgnicis· epiroticis· ac siculis· in annis vltra quinquaginta. Breuior autem hispanis ac numidis & gallicis freques oppinio est In generosis eq s(ut aiūt veteres) quatuor expectantur· forma· pulcritudo· meritū atq; color. Forma· ut sit validum corpus & solidum· robori couenies altitudo latus longum substrictum· maximi & rotundi clunes· pectus late patens· corpus omne musculorum densitate nodosum· pes siccus & cornu cōcauo solidatus. Pulcritudo· ut sit exiguum caput & siccum· pelle ꝓpe ossibus adherēte· aures breues et acute· oculi magni· nares patule· & recta ceruix· coma densa & cauda· vngularum soliditate fixa rotunditas. Meritum· ut sit animo audax· pedibus alacer· trementibus membris· quod est inditiū fortitudinis· quiq; ex summa quiete facile concitetur· vel excitata festinatione non difficile teneatur· motus autem equi in auribus intelligitur· virtus in membris trementibus. Color autem hic precipue expectandus· badius· aureus· roseus· mirteus· ceruinus· giluus· glaucus· scutulatus· canus· cādidus· albus· guttatus· niger Sequenti autem ordine varius ex nigro badioq; distinctus· reliquus varius color· vel cinereus deterrimus Badiū aūt antiqui vadium dicebant· ꝙ inter cetera animalia fortius vadat· ipse est

& ſpadix·qué fenicatū vocant & dictus ſpadix a colore palmes quam ſiculi ſpadicam vocant. Glaucus vero eſt veluti picto oculos habens·& quodam ſplendore perfuſos.Nam glaucum veteres dicebant album Giluus autem melinus color eſt ſub/albidus Guttatus albus nigris interueniētibus pūctis Can didus autem & albus inuicem ſibi differunt. Nam albus cū quodā pallore ē Candidus vero niueus & pura luce perfuſus Canus dictus·quia ex candido colore eſt & nigro Scutu/latus vocatus propter orbes quos habet candidos inter purpu/reos Varius ꝙ vias habeat colorū imparium. Qui aūt albos tantum pedes habent petali appellantur.Qui frontem albam ca lidicandidi Ceruinus eſt quem vulgo gauraně dicunt.Erané idem vulgus vocat·ꝙ in modū aeris ſit coloris Mirteus auté eſt preſſus in purpura. Doſinus auté dictus·ꝙ ſit color eius de aſino.Idem et cinereus Sunt auté hi de agreſti genere orti quos equiferos dicimus·& proinde ad vrbanā dignitaté tranſi/re non poſſunt Mauron niger eſt·nigrum enim greci maurō vocant Mannus vero equus breuior eſt·quem vulgo bruni/cium vocant Veredos antiqui dixerunt·ꝙ veherent redas·id eſt ducerent· vel ꝙ vias publicas currant· per quas & redas ire ſolitum erat. Equorum tria genera ſunt.Alterū vulgare atq; gregarium·ad vehendum non ad equitandum aptum. Vnum generoſum prelíis & oneribus aptum. Tercium ex permixtiōe diuerſi generis ortum·quod & bigenerū dicitur·q̄a ex diuerſis naſcitur·ut mulus. Mulus auté a greco tractum vocabulum habet·graece enimꝙ iugo piſtorum ſubactus·tardus molendo ducat in girum molas. Iudei aſſerūt ꝙ ana abnepos eſau equa/rum greges ab aſinis in deſerto ipe fecerit primus aſcendi·ut mu lorū inde noua contra naturam animalia naſcerentur.Onagros quoq; admiſſos eſſe ob hoc ad aſinas·et ipm iſtiuſmodi repiſſe concubitum· ut velociſſimi ex his aſini naſcerentur. Induſtria quippe humana diuerſum animal in coitum coegit· ſicq; adul/terina commixtione genus aliud reperit·ſicut et iacob contra na turam colorum ſimilitudines procreauit.Nam tales fetus oues illius concipiebāt· quales vmbras arietum deſuper aſcendentiū in aquarum ſpeculo contemplabantur. Deniq; & hoc ipm in equarum gregibus fieri fertur·ut generoſos obiciāt equos viſi bus concipientium·quo eorū ſimiles concipere et creare poſſint

Nam et columbarum dilectores depictas ponunt pulcerrimas columbas· hisdem locis quibus ille versantur· quo rapiēte visu similes generent. Inde est q̄ quidam grauidas mulieres iubent nullos intueri turpissimos animalium vultus·ut cenocephalos & simias·ne visibus occurrentes·similes fetus pariant. Hanc enī feminarum dicunt esse naturam·ut quales perspexerint siue mē te conceperint in extremo voluptatis estu dum ɔcipiunt· talem & sobolem procreent· etenim anima in vsu venerio formas ex/trinsecus intus transmittit·eorumq̃ saciata tipis·rapit species eo/rum in propriam qualitatem. In animantibus bigenera dicun/tur·que ex diuersis nascuntur·ut mulus ex equa & asino·burdo ex equo & asina·bibride ex apris & porcis·titirus ex oue & hir co·museno ex capra & ariete·est autem dux gregis

De. Bestiis Ca·ii

Bestiarum vocabulum proprie conuenit leonibus·ti gribus·pardis·& vulpibus·canibus·& simiis·ac cete/ris·que vel ore vel vnguibus seuiunt·exceptis serpētibus. Bestie autem dicte a vi qua seuiūt Fere appellate·eo q̄ naturali vtā/tur libertate·et desiderio suo ferantur. Sunt autem libere earum voluptates·& huc atq̃ illuc vagantur·et quo animus duxerit eo feruntur Leonis vocabulum ex greca origine inflexum est in latinum. Grece enim leon vocatur·& est nomen nothum·quia nos ex parte corruptum habemus Leena vero totum grecum est·sicut & dracena. Vt autem leena lea dicatur· vsurpatum est a poetis. Leo autem grece·latine rex interpretatur· eo q̄ sit prin/ceps omnium bestiarum. Cuius genus trifarium dicitur. E q/bus breues ac iuba crispa imbelles sunt. Longi et coma simplici acres. Animos eorum frons & cauda indicat. Virtus eorum in pectore·firmitas in capite. Septi autem a venatoribus·terram cō tuentur·quo minus conspectis venabulis terreantur. Rotarum timēt strepitus·sed ignes magis. Cum dormierint vigilant ocu/li·cum ambulant· cauda sua cooperiunt vestigia sua·ne eos ve/nator inueniat. Cum genuerit catulum tribus diebus et tribus noctibus catulus dormire fert̄. Tunc deinde patris fremitu vel rugitu veluti tremefactus cubilis locus suscitare dicit̄ catulum dormientem. Circa hominem leonum natura est ut nisi lesi·ne/queant irasci. Patet enim eorum misericordia exemplis assiduis Prostratis enim parcunt·captiuos obuios repatriare permittūt·

hominem non nisi in magna fame interimunt. De quibus lucretius. Scimusq; sonum leonum. Tigris vocata propter volucrem fugam. Ita enim nominant perse & medi sagittam· est enim bestia variis distincta maculis· virtute & velocitate mirabilis· ex cuius nomine flumen tigris appellatur· q, is rapidissimus sit omniū fluuioꝝ. Has magis hircania gignit Panther dictus· siue q, omnium animalium amicus sit· excepto dracone· siue quia & sui generis societate gaudet· & ad eandem similitudinem quicquid accipit reddit. Pan enim grece omne dicit̄. Bestia hec est minutis orbiculis suppicta· ita ut oculatis ex fuluo circulis· nigra vel alba distinguat̄ varietate. Haec semel omnino parturit· cuius cause ratio manifesta est. Nam cum in vtero matris coaluere catuli· maturisq; ad nascēdum viribus pollent· odiunt temporum moras. Itaq; oneratam fetibus vuluam· tanq̃m obstantem partui vnguibus lacerant. Effundit illa partum seu potius dimittit dolore cogente· ita postea corruptis et cicatricosis sedibus genitale semen infusum non heret acceptum· sed irritum resilit. Nam plinius dicit animalia cum acutis vnguibus frequenter parere non posse· viciantur enim intrinsecus se mouentibus catulis Pardus secundus post pantherem est· genus varium & velocissimum· & preceps ad sanguinem· saltu enim ad mortem ruit Leopardus ex adulterio leene & pardi nascit̄· & terciam originem efficit· sicut & plinius in naturali historia dicit· leonem cum parda· aut pardum cum leena cōcumbere· & ex vtroq; coitu degeneres partus creari· ut mulus ex equa & asino Rinoceron a grecis vocatus· latine interp̄tatur in nare cornu. Idem & monoceron· id est vnicornis· eo q, vnum cornu in media fronte habeat· pedum quatuor· ita acutum et validum· ut quicquid impetierit aut ventilet aut perforet Nam & cum elephante sepe certamen habet· & in ventre vulneratum ꝓsternit. Tante autem est fortitudinis· ut nulla venantium virtute capiatur. Sed sicut asserūt qui naturas animalium scripserūt· virgo puella proponitur· que venienti sinum apperit· in quo ille omī ferocitate deposita· caput deponit· sicq; soporatus· velut inermis capitur Elephantem greci a magnitudine corporis vocatum putant· q, formam mōtis preferat· grece enim mons elephio dicitur Apud indos autem a voce barro vocatur. Vnde & vox eius barritus dicitur Et dentes eius ebur. Rostrum autem

promoſcide dicitur·quoniam illo pabulum ori admouet·et eſt angui ſimilis·vallo munitus eburro. Hos boues lucanos vocabant antiqui romani boues· quia nullum animal grandiús videbant·lucanos·q̄a in lucania illos primus pirrhus prelio obiecit romanis. Nam hoc genus animantis in rebus bellicis aptū eſt. In eis perſe et indi ligneis turribus collocatis·tanq̄m de muro iaculis dimicant. Intellectu autem & memoria multa vigent Gregatim incedunt· motu quo valent ſalutant homines· murē fugiunt·auerſi coeunt. Quando autem parturiunt·in aquis vel in inſulis dimittunt·propter dracones·quia inimici ſunt· & ab eis implicati necantur. Biennio autem portant fetus·nec āplius q̄m ſemel gignunt·nec plures·ſed tātum vnum. Viuunt autem annos trecentos. Apud ſolam affricā & indiam elephanti prius naſcebantur·nunc ſola eos india gignit. Griphes vocat̄·ꝙ ſit animal pennatum et quadrupes. Hoc genus ferarum in hiperboreis montibus naſcitur. Omni parte corporis leones ſunt·ſed alis et facie aquilis ſimiles·equis vehementer infeſti. Nam et homines viuos diſcerpunt. Cameleon nō habet vnum colorem ſed diuerſa eſt varietatē conſperſus· ut pardus. Dictus autē ita·co ꝙ huius cameleontis corpuſculum ad colores quos videt· facilima conuerſione variatur· quod animalium aliorum nō eſt ita ad conuerſionē facilis corpulētia Cameleonpardus dictus ꝙ dum ſit ut pardus·albis maculis ſuperaſperſus· collo equo ſimilis·pedibus bubalis·capite camelo eſt ſimilis. Hunc ethiopia gignit. Linx dictus·ꝙ in luporum genere numeratur·beſtia maculis diſtincta terga·ut pardus·ſed ſimilis lupo. Vnde et ille licos·iſte linx. Huius vrinam conuerti in duriciam precioſi lapidis dicunt·qui ligurius appellatur· quod & ipſos linces ſentire hoc documento probatur. Nam egeſtum liquorem harenis inquantum potuerint contegūt·inuidia quadam nature· ne talis egeſtio tranſeat in vſum humanum. Linces dicit plinius ſecundus extra fetum vnum non admittere. Caſtores a caſtrando dicti ſunt. Nam teſticuli eorū apti ſunt medicaminibus·ꝑpter quos cum preſenſerint venatorem·ipſi ſe caſtrant· & morſibus vires ſuas amputant. De quibus cicero in ſcauriana. Redimūt ſe a parte corporis·propter quod maxime expetuntur. Iuuenalis· Qui ſe eunuchum ipe facit cupiens euadere dāno teſticuli. Ipſi ſunt & fibri·qui &iam pontici canes vocantur. Vrſus fertur

dictus· q͛ ore suos formet fetus·quasi orsus.Nam aiunt eos in/formes generare partus· & carnem quandam nasci· quã mater lambendo in membra cõponit.Vnde est illud.Sic format lingua fetum cum protulit vrsa. Sed hoc immaturitas partus facit· Deniq; trigesimo die generat.Vnde euenit·ut precipitata fecunditas informis procreetur. Vrsorum caput inualidum·vis maxima in brachiis & in lumbis.Vñ interdum erecti insistũt Lupus greca deriuatione in linguam nostram transfertur. Lupos enim illi licos dicunt.Licos autem grece a morsibus appellatur· q͛ rabie rapacitatis queq; inuenerit trucidet.Alii lupos vocatos aiunt· quasi leopos·q͛ quasi leoni· ita sit illi virtus in pedibus. Vnde & quicquid pede presserit·non viuit. Rapax autẽ bestia· & cruoris appetens. De quo rustici aiunt·vocem hominẽ perdere si eum prior lupus viderit. Vnde & subito tacenti dicitur. lupus in fabula.Certe si se puisum senserit· deponit feritatis audaciam.Lupi toto anno non amplius q̃m diebus·xii·coeũt. Famem diu portant·& post longa ieiunia multũ deuorãt.Lupos ethiopia mittit ceruice iubatos·& tantum varios·ut nullum colorem dicant illis abesse Canis nomen latinum·grecam ethimologiam videtur habere·grece enim cinos dicitur. Licet eum quidam a canore latratus appellatum estiment· eo q͛ insonet. Vnde & canere. Nichil autẽ sagacius canibus. Plus enĩ sensus ceteris animalibus habent.Nanq; soli sua nomina recognoscũt· Dominos suos diligunt·dominorum tecta defendunt·pro dominis suis se morti obiiciunt· voluntarie cum domino suo ad predam currunt. Corpus domini sui &iam mortuum non relinquunt:Quorum postremo nature est extra homines esse nõ posse.In canibus duo sunt expectanda·aut fortitudo· aut velocitas. Catuli abusiue dicuntur quarumlibet bestiarum filii. Nam proprie catuli canum sunt· per diminutionem distincti·

Licisci autem dicuntur(ut ait plinius)canes nati ex lupis & canibus·cum inter se forte miscentur. Solent et inde feminas canes noctu in siluis alligatas admitti ad tigres bestias·a quibus insiliri & nasci ex eodem fetu canes adeo acerrimos & fortes· ut in complexu leones prosternent Vulpes dicta·quasi volupes est enim volubilis pedibus·& nunq̃m rectis itineribus·sed tortuosis anfractibus currit·fraudulentum animal· insidiisq; decipiens.Nã dum non habuerit escã·fingit mortẽ·sicq; descedentes

quasi ad cadauer volucres rapit et deuorat Simie grecum est nomen·id est pressis naribus. Vnde & simias dicimus· q sup/pressis naribus sint·& facie feda·rugis turpiter follicantibus. Licet & capellarū sit pressum habere nasum. Alii simias a latino arbitrant̄ sermone vocatas·eo q multa in eis similitudo ratiōis humāe sentitur·sed falsum est. Hec elementorum sagaces·noua luna exultant·media et caua tristant̄. Fetus quos amant ante se gestant·neglecti circa matrem herent Harum genera·v·sunt· ex quibus circopetice caudas habent·simia enim cum cauda est quam quidam crura vocant Sfinge villose sunt comis·mammis prominentibus·dociles ad feritatis obliuionem Cenoce/phali & ipi similes simiis·sed facie ad modum canis·vnde et nūcupati.· Satiri facie admodum grata·& gesticulatis motibus inquieti. Callitrices toto pene aspectu a ceteris distant. Sunt enim in facie producta barba·& lauta cauda Lentofonos be/stia est modica·& ex eo ita vocata·quia capta exuritur·eiusq ci/nere asperse carnes·& posite per competa semitarum· leones ne/cant·si quantulumcunq ex illis sumpserint. Histrix animal in affrica· erinacii simile·vocatum ab spinarum stridore· quas tergo laxatas emittit·ut canes insequentes vulneret. Enidros bestiola·ex eo nuncupata· q in aquis verset̄· & maxime in nilo que si inuenerit dormientem cocodrillum· volutat se in lutum primum· & intrat per os eius in ventrem· & carpens interiora eius·exitq viua de visceribus cocodrilli·ipo mortuo Hisneo/mon grece vocatus· eo q odore suo & salubria ciborum & ve/nenosa prodantur. De quo draconcius ait. Precidit suillus vim vnicuiusq veneni. Suillus a setis est nuncupatus. Hic etiam serpentes insequitur· qui cum aduersus aspidem pugnat·caudā erigit·quam aspis maxime obseruat quasi minantem·ad quam cum vim suam transfert decepta corrumpitur Musio appellatus: q muribus infestus sit. Hunc vulgus captum a captura vocant. Alii dicunt q captat id est videt. Nam tanto acute cernit· ut fulgore luminis noctis tenebras superet. Vnde et a grecis venit catus·id est ingeniosus·a notoikata Furo a furuo dictus· Vnde & fur· tenebrosos enim & ocultos cuniculos effodit· & eicit predam quam inuenerit Melo q sit rotundissimo membro·vel q fauos petat·& assidue mella captet.

Catus: felis· Musio· chatz

De. Minutis animantibus Ca·iii

MVs pusillum animal·grecum illi nomen est·q̄cqu id vero ex eo trahit latinum fit. Alii dicunt mures ꝙ ex humore terre nascuntur. Nam mus terra·vnde et humus. His in plenilunio iecur crescit·sicut quedam maritima augentur·que rursus decrescente luna deficiunt Sorex latinū est eo ꝙ rodat·et in modum serre precidat. Antiqui autem soricem sauricem dicebant·sicut & clodum claudum. Mustela dicta· quasi mus longus. Nam telum a longitudine dictum. Haec ingenio subdola·in domibus vbi nutrit catulos suos transfert mutatq; sedem. Serpentes &iam mures q; consequitur Duo autē sunt genera mustelarū. Alterum enim silue stre est·distās magnitudine·quod greci ictidas vocant. Alterum in domibus oberrans. Falso autem oppinantur·qui dicunt mustelam ore concipere·aure effundere partum Musaraneum cuius morsu aranea est in sardinia animal perexiguum aranee formā·q̄ solifuga dicitur·ꝙ diē fugiat. In metallis argentariis plurima est·oculte reptans·et per imprudentiam supersedentibus pestē facit Talpa dicta·ꝙ sit dampnata cecitate perpetua & tenebris·est enim absq; oculis·semper terram fodit·& humū egerit·& radices subter frugibus comedit·quam greci affalam vocant Glires dicti quia pingues eos efficit somnus. Nam gliscere dicimus crescere Hieme enim tota dormiunt·& immobiles quasi mortui iacēt. Tempore estiuo reuiuiscunt Ericius animal spinis coopertū quod exinde dicitur nomiatum·eo ꝙ subrigit se quādo spinis suis clauditur·quibus vndiq; pretectus est cōtra insidias. Nam statim ut aliquid presenserit·primum se subrigit·atq; in globū conuersus·in sua se arma recolligit. Huius prudentia quedam ē Nam dum absciderit vuā de vite·supinus sese volutat super eā· & sic eam exhibet natis suis Grillus nomen a sono vocis habet. Hic retro ambulat·terram terebrat·stridet noctibus·Venatū eum formica circumligata capillo·in cauernam eius coniecta· afflato prius puluere·ne se abscondat·ita formice complexibus trahitur Formica dicta·eo ꝙ ferat micas farris. Cuius solertia multa. Prouidet enim in futurum·& preparat estate quod hieme comedat. In messe autem colligit triticum·ordeum nō tangit. Dum pluit ei super frumentum totum eicit. Dicuntur in ethiopia esse formice ad formam canis·que harenas aureas pedibus eruunt·quas custodiūt ne q̄s auferat. captantesq; ad necem

persecuntur   Formicoleon ob hoc vocatus· quia est vel formi
carũ leo·vel certe formica pariter et leo. Est enim animal paruũ
formicis satis infestum·quod se in puluere abscondit· et formi/
cas frumenta gestantes interficit. Proinde autem leo & formica
vocatur· qa aliis animalibus ut formica est· formicis autem ut
leo est   De. Serpentibus

ANguis vocabulum omnium serpẽtium genus·quod
plicari & cotorqueri potest. Et inde anguis·ꝙ angu
losus sit et nunq̃m rectus. Angues autẽ apud gẽtiles
progenies lucorum erãt habiti semper. Vñ et persius
Pinge duos angues pueri sacer est lucus.   Colubrum constat
ab eo dictũ·ꝙ colat vmbras·vel ꝙ in lubricos tractus flexibus
sinuosis labatur. Nam lubricum dicit̃ quicquid labitur dum te
netur·ut piscis & serpens.   Serpens autem nomen accepit·qa
occultis accessibus serpit·non appertis passibus·sed squamarum
minutissimis nisibus repit. Illa autem que quatuor pedibus ni/
tuntur·sicut lacerte & stelliones·non serpẽtes·sed reptilia nomi/
nantur. Serpentes autem reptilia sunt·quia vẽtre & pectore rep/
tant. Quorum tot venena·quot genera·tot pernicies·quot spẽs·
tot dolores·quot colores habentur.   Draco maior cunctorum
serpentium· siue omnium animãtium super terram. Hũc greci
dracontam vocant. Vnde et deriuatum est in latinum·ut draco
diceretur·quia sepe ab speluncis abstractus fertur in aerem·con
citaturq; ꝓpter eum aer. Est autem cristatus ore paruo·et artis
fistulis·per quas trahit spiritum·et linguam exerit. Vim autem
non ĩ dentibus· sed in cauda habet· & verbere potius q̃m rictu
nocet. Innoxius autem est a venenis. Sed ideo huic ad mortem
faciendam·venena non esse necessaria· quia siquem ligauerit oc/
cidit. A quo nec elephans tutus est sui corporis magnitudine.
Nam circa semitas delitescens·per quas elephanti solito gradiũ/
tur· crura eorum nodis illigat· ac suffocatos perimit. Gignitur
autẽ in ethiopia & india·in ipo incẽdio iugis estus   Basiliscus
graece latine interpretatur regulus·eo ꝙ rex serpentium sit·adeo
ut eum videntes fugiant·quia olfactu suo eos necat. Nam et ho
minem vel si aspiciat interimit. Siquidem ad eius aspectus nul
la auis volans illesa transit· sed q̃muis ꝓcul sit·eius ore combu/
sta deuoratur. A mustelis tamen vincitur·quas illic homines
inferunt cauernis in quibus delitescit. Itaq; ea visa fugit·quẽ illa

persequitur & occidit. Nichil enim parens ille rerum sine reme/dio constituit. Est autem longitudine semipedalis·albis macu/lis lineatus. Reguliauté sicut & scorpiones arentia queq; sectan tur·& postq̃m ad aquas venerint·ibiq; aliquem momorderint hidrophobas & limphaticos faciunt   Sibilus idem est qui & regulus. Sibilo enim occidit·anteq̃m mordeat vel exurat   Vi/pera dicta· q vi pariat. Nam cum venter eius ad partum intu/muerit·catuli non expectantes maturam nature solutionem·sed corrosis eius lateribus·vi erumpunt cum matris interitu. Vnde Lucanus. Viperei coeunt abrupto corpore nati. Fertur auté q masculus ore inserto vipere semé expuat. Illa auté ex voluptate libidinis in rabiem versa·caput maris ore receptum precidit· ita ut parés vterq; pereat·masculus dum coit·femina dum parturit

Ex vipera autem fiunt pastilli·qui tiriaci vocantur a graecis

Aspis vocata· q morsu venena immittat & spargat. Ios ení greci venenú dicunt·& inde aspis·q morsu venenato interimat Huius diuersa genera & species·et dispares effectus ad nocendú Fertur enim aspis cum ceperit pati incantatorem·qui eá qbus/dam carminibus propriis euocat·ut eam de cauerna producat· illa cum exire noluerit· vnam aurem in terram premit· alteram cauda obturat & operit·atq; ita voces illas magicas non audiés· non exit ad incantantem.   Dipsa genus est aspidis·que latine situla dicitur·quia quem momorderit siti perit   Ispalis genus aspidis·dicta q somno necat. Hác sibi cleopatra apposuit·& ita morte quasi somno soluta est.   Emorrois aspis nuncupať q sanguinem sudet qui ab eo morsus fuerit·ita ut dissolutis venis quicqd vite é per sanguiné euocet. Graece enim sanguis emath dicitur.   Prester aspis·semper ore patente & vaporante currit. Cuius poeta sic meminit. Oraq; distédens auidus fumátia pre/ster. Hic quem percusserit distendiť· enormiq; corpulétia necať· extuberatum enim putredo sequitur   Spectabificus aspis qui dum momorderit hominem· statim eú consumit·ita ut liq̃fiat totus in ore serpentis   Cerastes serpens dictus· eo q in capite cornua habeat similia arietú. Cerasta enim greci cornua vocant Sunt autem illi quadrigemina cornicula·quorum ostentatióe veluti esca illiciens sollicitata animalia perimit. Totú enim cor/pus harenis tegit nec vllum inditium sui prebet·nisi ex ea parte qua inuitatas aues vel aíalia capit. Est enim flexuosus plus q̃m

alii serpentes ita ut spinā habere non videatur Scitalis serpēs vocatus ꝙ tanta prefulget tergi varietate· ut notarum gratia re/tardet aspicientes· & quia reptando pigrior est· quos assequi nō valet· miraculo sui stupentes capit. Tanti autem feruoris est· ut etiam hiemis tempore exuuias corporis feruentis exponat. De qua lucanus Et scitale sparsis & iam nūc sola pruinis. Exuuias positura suas. Amphisibena dicta· eo ꝙ duo capita habeat· vnum in loco suo alterū in cauda· currēs ex vtroqꝫ capite· tractu corporis circulato. Haec sola serpentium frigori se committit· prima omnium procedens. De qua idem lucanus. Et grauis in geminum vergens caput amphisibena. Cuius oculi lucēt veluti lucerne. Enidris coluber in aqua viuens· graeci enim ydros aquā vocant Ydros aquatilis serpens· a quo icti obturgescūt Cuius quidam morbum boam dicunt· eo ꝙ fimo bouis reme dietur Ydra draco multorū capitum· qualis fuit in lerna pa/lude prouincie archadie. Haec latine excedra· ꝙ vno ceso tria capita excrescant· sed hoc fabulosum est. Nam constat ydrā la/cum fuisse euomentem aquas· vastātem vicinam ciuitatem· in quo vno meatu clauso· multi erūpebant· quod hercules videns loca ipa exussit· & sic aquae clausit meatus. Nam ydra ab aqua dicta est. Chelidros serpens qui & chersidros dicitur· quasi cherim· quia in aquis & in terris moratur. Nam cirson dicunt greci terram· ydros aquam: Hic per quam labitur terrā fumare facit. Quem sic macer describit. Seu terga expirant spumantia virus. Seu terra fumat qua teter labitur anguis. Et lucanus. Tractiqꝫ via fumante chelidri. Semper enim directus ambulat Nam si torserit se dum currit· statim crepat. Rinatrix serpens aquam veneno inficiens. In quocunqꝫ enim fonte fuerit· eū ve/neno immiscet. De quo lucanus: Rinatrix violator aque Cen cris serpens inflexuosus· qui semper iter rectum efficit. De qua lucanus: Et semper recto lapsurus limite cencris. Parias ser/pens· qui semper in cauda ambulat· & sulcum facere videt̄. De quo idem lucanus. Quo contemptus iter cauda sulcare parias.

Boas anguis italie immensa mole· persequitur greges armen torum & bubalos· & plurimo lacte riguis se vberibus innectit & sugens interimit. Atqꝫ inde a boum depopulatione boas no men accepit Iaculus serpens volans· exiliunt enim in arbori/bus· & dum aliquod animal obuiū fuerit· iactant se super illud

& perimunt. Vnde & iaculi dicti sunt In arabia autem serpē tes sunt cum alis· que sirene vocantur· que plus currunt ab eqs· Sed & iam et volare dicunt· quorū tantū virus est· ut morsum ante mors insequatur q̄m dolor Obites dicta· ꝙ colorem ha/ rene habeat. De qua poeta. Quamparuis pictus maculis teusa/ nus obites. Concolor exutis atq; indiscretus harenis admotus.

Seps exiguus serpens· qui non solum corpus· sed & ossa ve/ neno consumit. Cuius poeta sic meminit. Ossaq; dissoluens cū corpore tabificus seps. Item alius. Spes bōa ꝓmittit· conuersus spicula mittit Dipsa serpens tante exiguitatis fertur· ut cū cal catur· non videatur. Cuius venenum ante extinguit q̄m sentiat ut facies preuēta morte· nec tristiciam induat morituri. De quo poeta. Signiferum iuuenem tirrheni sanguinis aluum. Torta caput retro dipses calcata momordit. Vix dolor aut sensus den/ tis fuit Salpinga serpens est qui non videtur Cecula dicta propter ꝙ parua sit· & non habeat oculos Centupeda a mul/ titudine pedum dicta. Brucus est cuius pene totum corpus in ventre colligitur Lacertus reptilis genus est· vocatus ita· ꝙ brachia habeat. Genera lacertorum plura· ut botrax· salamādria· suara· stellio Botraca dicta· ꝙ rane habeat faciem. Nam graeci ranam botracam vocant Salamandria vocata· ꝙ cōtra incen/ dia valeat. Cuius inter omnia venenata vis est maxima. Cetera enim singulos feriunt· haec plurimos pariter interimit. Nam si arbori irrepserit· omnia poma inficit veneno· & eos qui ederint occidit. Quae & iam si in puteo cadit· vis veneni eius potātes in/ terficit. Ista contra incendia repugnans· ignes sola animalium extinguit. Viuit enim in mediis flāmis sine dolore & ꝯsump/ tione· & non solum quia non vritur· sed extinguit incendium.

Saura lacertus· qui quando senescit· cecatur oculi eius· & in/ trat in foramen parietis· aspicientis contra orientem· et orto sole intendit & illuminatur. Stellio de colore nomē habet inditū Est enim tergore pictus· lucentibus guttis in modum stellarū De quo ouidius. Aptumq; colori nomen habet· variis stellatus corpore guttis. Hic autem scorpionibus adeo contrarius tradit̄ ut viso eo pauorem his afferat & torporem. Sunt & alia ge/ nera serpentium· ut admodite· elephātie· camedracontes. Postre/ mo quantus nominum· tantus mortium numerus. Omēs autē serpentes natura sua frigidi sunt· nec percutiūt· nisi qn̄ calescūt·

Nam quando sunt frigidi nullum tangunt. Vnde & venena eorum plus die q̃m nocte nocent·torpent enim noctis algore· & merito· quia frigidi sunt nocturno rore. In se enim adducũt vaporẽ corporis gelide pestis & natura frigide. Vnde et hieme in nodos torquentur· estate soluuntur. Inde est ꝙ dum quisq; serpẽtium veneno percutitur·primo obstupescit· & postea vbi in illo calefactum ipm virus exarserit·statim hominẽ extinguit

Venenum autem dictum·eo ꝙ per venas vadit.Infusa enim pestis eius per venas vegetatiõe corporis aucta discurrit·& animam extinguit.Vnde non potest venenum nocere·nisi hoĩs tetigerit sanguinem. Lucanus. Noxia serpentium est admixto sanguine pestis. Omne autem venenum frigidum est· & ideo anima que ignea fugit venenum frigidum. In naturalibus bonis q̃ nobis et irracõabilibus animãtibus videmus esse ꝯmunia viuacitate quadam sensus serpens excellit. Vnde & legit̃ in genesi.Serpens autẽ erat sapientior omnibus pecoribus terre. Dicit autem plinius. Si creditur ꝙ serpentis caput & iam si cum duobus euaserit digitis nichilominus viuit. Vnde & totũ corpus obiicit pro capite ferientibus Anguibus vniuersis hebes visus est.Raro in aduersum contuetur· nec frustra·cum oculos non in fronte habeant·sed in temporibus· adeo ut citius audiãt q̃m aspiciant. Nullum autem animal in tanta celeritate linguã mouet ut serpens·adeo ut triplicem linguam habere videatur· cum vna sit.Serpentiũ vda sunt corpora·adeo ut quocunq; eũt viam humore designent. Vestigia serpentium talia sunt· ut cũ pedibus carere videantur· costis tamen & squamarum nisibus repant·quas a summo gutture vsq; ad imum aluum parili modo dispositas habet. Squamis eni quasi vnguibus·costis quasi cruribus innitũtur. Vnde si in qualibet corporis parte ab aluo vsq; ad caput ictu aliquo collidatur·debilis reddita cursum habere nõ possit· quia vbicunq; ictus inciderit·spinam soluit·per quam costarum pedes & motus corporis agebantur. Serpẽtes autem diu viuere dicunt̃·adeo ut deposita veteri tunica senectutem deponere atq; in iuuentam redire perhibeantur. Tunice serpentium exuuie nuncupantur·eo ꝙ his quando senescũt sese exuunt·quibus exuti in iuuentam redeunt.Dicuntur autẽ exuuie & induuie·quia exuuntur & induuntur. Pitagoras dicit de medulla hominis mortui que in spina est serpentem creari·

quod etiā ouidius in methamorphoſeorum libris cōmemorat dicens. Sunt qui cum clauſo putrefacta ſpina ſepulcro. Mutari credant humanas angue medullas. Quod ſi credatᷓ· merito eue/ nit· ut ſicut per ſerpentem mors hominis· ita & per hois mortē ſerpens. Fertur autē ꝙ ſerpens hominem nudum non ſit auſus attingere

De. Vermibus Ca· v·

VErmis eſt animal quod pleꝝꝗ de carne vel de ligno vel de quacunqꝫ re terrena· ſine vllo cōcubitu gignitᷓ· licet nonnunq̃m & de ouis naſcantur· ſicut ſcorpio. Sunt autem vermes aut terrae· aut aque· aut aeris· aut carnium· aut frondium· aut lignorum· aut veſtimētorum. Aranea ver/ mis aeris· ab aeris nutrimento cognominata· q̄ exiguo corpore longa fila deducit· & tele ſemper intēta nunq̃m deſinit laborare perpetuum ſuſtinens in ſuo labore ſuſpendium. Sanguiſuga vermis aquatilis· dicta ꝙ ſanguinem ſugat. Potantibus enim inſidiatur· cunqꝫ illabitur faucibus· vel vſpiam adheſerit· ſangui nem haurit· & cum nimio cruore maduerit· euomit id quod hauſit· ut recentiorem denuo ſugat. Scorpio vermis terrenus· qui potius vermibus aſcribitur q̃m ſerpentibus· animal arma/ tum aculeo· & ex eo grece vocatū· ꝙ cauda figat· & arcuato vul/ nere venena diffundat. Proprium eſt autē ſcorpionis ꝙ manus palmam non feriat. Cantareda vermis terrenus· qui humano corpori ſtatim ut fuerit applicatus· ſui aduſtione veſicas efficit· plenas humore. Multipes vermis terrenus· ex multitudine pe dum vocatus· qui cōtractus in globum complicatur. Naſcitur ſub petris ex humore & terra. Limax vermis limi· dictus ꝙ in limo naſcatᷓ. Vnde & ſordidus ſemper & immundus habetᷓ.

Bombix frondium vermis· ex cuius textura bombicinū con ficitur. Appellatur autem hoc nomine· ab eo ꝙ euacuetur dum fila generat· & aer ſolus ī eo remaneat. Eruca frondiū vermis holeribus vel pampinis inuoluta· ab eruendo dicta. Cuius me/ minit plautus. Imitatus neq̃m beſtiam· et maleficā inuolutam in pampino. Implicat ſe eadem nec aduolat ut locuſta· & huc illucqꝫ diſcurrēs ſemipaſta dimittat· ſed permanet perituris fru gibus· et tardo lapſu pigriſqꝫ morſibus vniuerſa conſumit. Te redonas graeci vocant lignorum vermes· ꝙ terendo edant· hos nos termites dicimus. Ita eni apud latinos ligni vermes vocantᷓ quos tp̄e importuno ceſe arbores gignūt. Tinea veſtimētoꝝ

vermis·dicta ꝙ teneat·& eo vſq; inſideat quo erodat. Inde & pertinax ꝙ in eandem rem identidem vrgeat. Vermes carniū Emigraneus. Lumbricus. Aſcaride. Coſti. Peduculi. Pulices. Lendix. Tarmus. Ricinus. Vſia. Cimex. Emigraneus vermis carnis vel capitis vocatur. Lumbricus vermis inteſtinorum dictus·quaſi lumbicus·qa labitur·vel ꝙ in lumbis fit. Aſcaride. Coſti. Peduculi vermes cutis·a pedibus dicti. Vnde & peduculoſi dicuntur·qbus peduculi in corpore efferueſcunt. Pulices vero vocati ſunt·ꝙ ex puluere magis nutriātur. Tarmus vermis eſt lardi. Ricinus vermis eſt canis·vocatus eo ꝙ heret in auribus canum. Cinos enim grece canis eſt. Vſia vermis ē porci·appellata quia vrit. Nam vbi momorderit·adeo locus ardet·ut ſtatim ibi veſice fiāt. Cimex de ſimilitudine cuiuſdam herbe vocatus·cuius fetorem habet. Proprie autē vermis in carne putrefacta naſcitur. Tinea in veſtimentis. Eruca in holere. Teredo in ligno. Tarmus in lardo. Vermis non ut ſerpens appertis paſſibus vel ſquamarum niſibus repit· quia non ē illi ſpine rigor ut colubro· ſed in directo corpuſculi ſui ptes gradatim porrigendo contractas contrahendo porrectas motum explicat·ſicq; agitatus perlabitur

De. Piſcibus Ca·vi

Piſces dicti vnde & pecus·a paſcendo ſcilicet. Reptilia ideo dicuntur haec que natant· eo ꝙ reptandi habeant ſpeciem & naturam· q̄muis in profundum ſe immergant·tamen in natando repunt. Vnde & dauid ait. Hoc mare magnum ſpacioſum manibus·illic reptilia quorum non eſt numerus. Anfibia ſunt quedam genera piſcium·dicta·eo ꝙ ambulandi in terris vſum· & natandi in aquis officium habeant. Anfi enim grece vtrumq; dicitur·id eſt quia & in aquis & in terris viuunt·ut phoce·cocodrilli·hippotami· hoc eſt equi fluuiales. Pecoribus autem & beſtiis & volatilibus ante homines nomina impoſuerunt q̄m piſcibus· quia prius viſa ſunt & cognita. Piſciū vero poſtea paulatim cognitis generibus nomina inſtituta ſunt·aut ex ſimilitudine terreſtrium animalium aut ex ſpecie propria·ſiue moribus·ſeu colore·vel figura·aut ſexu

Ex ſimilitudine terreſtriū·ut rane et vituli·& leones et nigri meruli·& paui·diuerſo colore dorſo & collo picti·& turdi aluo varii & cetera· que ſibi iuxta ſpecies terreſtrium animalium nomina vendicauerūt. Ex moribus terreſtriū·ut canes in mari·

a terrenis canibus nuncupati· q̄ mordeant. Et lupi q̄ improba voracitate alios persequantur A colore ut vmbre· quia colore vmbre sunt. Et aurate quia in capite auri colorē habēt. Et varii a varietate· quos vulgo bruccas vocant A figura ut orbis· q̄a rotundus est· totusq̄ in capite constat· ut. Solea q̄ sit instar calciamentorum soleis A sexu ut musculus· q̄ sit balene masculus. Eius enim coitu concipere haec belua perhibetur. Hinc & musculi coclearum· quorum lacte concipiunt ostree Ballene autē sunt immense magnitudinis bestie· ab emittendo & effundendo aquas vocate. Ceteris enim bestiis maris altius iaciunt vndas. Bali enim grece emittere dicitur Cete dicte tokhtockanakte· hoc est ob immanitatem. Sunt enim ingentia genera beluarum· & equalia montium corpora· qualis cetus excepit ionam· cuius aluus tante magnitudinis fuit· ut instar obtineret inferni· dicente propheta. Exaudiuit me de ventre inferni Eq marini vocantur· q̄ prima parte equi sunt· postrema soluūtur in piscem. Boccas dicunt esse boues marinos· quasi boaccas.

Cerulei a colore appellati sunt. Nam cerulum est viride cum nigro· ut est mare. Delphines certum habent vocabulum· q̄ voces hominum sequantur· vel q̄ ad simphoniam gregatim cōueniant. Nichil in mari velocius istis. Nam plerumq̄ salientes naues transuolant. Quando autem preludunt in fluctibus & vndarum se motibus saltu precipiti ferunt· tempestates significare videntur. Hii proprie simones nominantur. Est & delphinum genus in nilo· dorso serrato· qui cocodrillos tenera vētriū secantes interimunt. Porci marini qui vulgo vocantur suilli· quia dum escam querunt more suis terram sub aquis fodiunt Circa guttur enim habent oris officium· & nisi rostrū harenis immergant· pastum non colligunt Corui a cordis voce dicti quia grunniunt pectore· suaq̄ voce proditi capiuntur. Tinni grecum nomen habent. Hii ingrediuntur veris tempore· intrāt dextro latere· leuo exeunt. Hoc inde creduntur facere· q̄ dextris oculis acutius videant q̄m sinistris Gladius dicit̄ eo q̄ rostro maiori nato sit· & ob hoc naues perfossas mergit Serra nuncupata· quia serratam cristam habet· & subternatans nauē secat.

Scorpio dictus quia ledit dum manu tollitur. Tradunt decē cancris cum ozimi manipulo alligatis· omnes qui ibi sunt scorpiones ad eum locum cōgregari Aranea genus piscis dictus

ꝙ aure feriat. Habet enim ſtimulos e quibus percutit Coco/
drillus a croceo colore dictus· gignitur in nilo animal quadru/
pes· in terra & in aquis valens· longitudine plerumq; vigiti cu
bitorum· dentium & vnguium immanitate armatum· tantaq;
cutis duricia· ut q̃muis fortiũ ictus lapidum tergo repercuſſus
nõ ſentiat· nocte in aquis· die in humo quieſcit. Oua in terra fo/
uet· maſculus & femina vices ſeruant. Hunc piſces quidam ſer/
ratam habentes criſtam· tenera ventrium deſecantes interimunt
Ipotamus vocatus· ꝙ ſit equo ſimilis· dorſo· iuba· & hinnitu
roſtro reſupinato· aprinis dentibus· cauda tortuoſa· vngulis bi/
nis. Die in aquis commoratur· nocte ſegetes depaſcitur. Et hũc
nilus gignit Pagrum quem greci fagrum ideo nuncupãt· ꝙ
duros dentes habeat· ita ut oſtreis in mari alatur. Dentrix ꝑ
multitudine & granditate dentium dictus Lepus a ſimilitu/
dine capitis nuncupatus. Lupum ut dictum eſt auiditas ap/
pellauit· piſcem in captura ingenioſum· deniq; rhete circũdatus
fertur harenas arare cauda· atq; ita cõditus tranſire rhete Mul/
lus vocatus· ꝙ mollis ſit atq; tenerrimus· cuius cibo tradunt li/
bidinem inhiberi· oculorum autẽ aciem hebetari· homines vero
a quibus ſepe paſtus eſt· piſcem olent. Mullus in vino necatus
hi qui inde biberint· tedium vini habent Mugilis nomen ha
bet· ꝙ ſit multum agilis. Nam vbi diſpoſitas ſenſerit piſcatorũ
inſidias· confeſtim retrorſum reſidens· ita tranſſilit rhete· ut vola
re piſcem videas Melanurus· eo ꝙ nigram caudam habeat &
nigras pennas· & in corpore lineas nigras· melian enim greci ni
grum vocant Glaucus a colore dictus· eo ꝙ albus ſit. Graeci
enim album glaucon dicunt. Hic eſtate raro apparet· niſi tãtum
in nubilo Timallus ex flore nomẽ accepit· timũ quippe flos
appellatur. Nam dum ſit ſpecie gratus· & ſapore iocundus· tũ
ſicut flos flagrat· et corpore odores aſpirat Eſcarus dictus· eo
ꝙ ſolus eſcam ruminare perhibetur· deniq; alii piſces nõ rumi/
nant. Tradunt aũt hunc ingenioſum eſſe· nãq; incluſum naſſis
non fronte erumpere· nec infeſtis viminibus caput inſerere· ſed
aduerſum caude ictibus crebris laxare fores· atq; ita retrorſum
redire fert. Quem luctatum eius ſi forte alius eſcarus extrin/
ſecus videat· apprehenſa mordicus cauda adiuuare niſus erum/
pentis Sparus a lancea miſſili nomẽ accepit· ꝙ eiuſdem figu/
re ſit. Terreſtria enim prius inuẽta ſunt q̃m marina. Nã ſparus

est telum rusticanum missile· ab spargẽdo dictum Australis piscis· siue quia aquarum vndam in ore suscipit· siue qa tũc hic piscis oritur· quo tempore tendere in occasum pliades ceperint.

Amio saxatilis dextra sinistraq; lateribus virgis puniceis per petuis aliisq; discoloribus designatur. Dictus amio· qa non capitur nisi hamo. Echirius paruus & semipedalis pisciculus· nomen sumpsit· q nauem adherendo retineat. Ruant licet vẽti seuiant procelle· nauis tamen radicata in mari stare videtur: nec moueri non retinendo· sed tantũmodo adherendo. Hunc latini moram appellauerũt· eo q cogat stare nauigia. Vranuscopus vocatur· ab oculo quem in capite habet· a quo semper suprain/tendit Millago nomiatus· quia euolat super aquam · quotiẽs autem cernitur extra aquam volitans tempestates mutari design nat. Squacus dictus· eo q sit squamis acutus. Vnde & eius cute lignum politur. Ciuitas sirie que nunc tirus dicitur· olim sarra vocabatur· a pisce quodam qui illic habundat· quẽ lingua sua sar appellant· ex quo deriuatum est. Huius similitudinis pisciculos sardas sardinasq; apellari Allec pisciculus ad liquorem salsamentorum idoneus· vnde & nuncupatus. Afforus pisciculus· qui ꝓpter exiguitatem suam hamo capi non potest.

Anguille similitudo anguis nomen dedit. Origo huius ex limo. Vnde & quando capitur· adeo lenis est· ut quanto fortius presseris· tanto citius elabatur. Ferunt autem orientis fluuium gangen anguillas terrenis pedibus gignere. Anguille vino necate· qui ex eo biberint· tedium vini habent. Draco marinus oculos in brancis habet ad caudam spectantes· q dum percusserit· quaqua ferit venenum fundit· vnde & vocatus. Murenã greci murinam vocant· eo q complicet se in circulos. Hanc foeminini tantum sexus esse tradunt· & concipere a serpente· ob id a piscatoribus tanq̃m a serpente sibilo euocatur & capitur. Ictu autem fustis difficulter interimitur· ferula ꝓtinus. Animam in cauda habere certum est nam capite percusso vix eam interimi· cauda statim exanimari Congrus· polipus· id ẽ multipes· plurimos eni nexus habet. Iste ingeniosus hamũ appetẽs· brachiis complectitur· non morsu· nec prius dimittit· q̃m escã circũroserit. Torpedo vocata eo q corpus torpescere faciat si eã quisq; viuentem tangat. Narrat plinius secundus ex indico mari torpedo & iam procul & e longinquo vel si hasta virgaq; attingatur

Anguille vino necate qui ex eo biberint tedium vini habent

q̃muis preualidos lacertos torpescere: quemlibet ad cursum ve/
loces pedes alligare·tanta enim vis eius est·ut etiã aura corporis
sui afficiat membra Sepia dicitur quia sepibus interclusa faci
lius capitur. In coeundo obscenum genus·ore enim ↄcipit sicut
vipera. Cuius atramenti tanta vis est·ut lucerne additũ ethiono/
pas videre ablato priori lumie quidam tradũt. Tradunt etiam
in occeano mauritanie non ꝓcul a lixo flumine tantam multi
tudinem lulligenum euocari ex aqua·ut etiam naues dimerge
re possint Conche et coclee hac ex causa vocate·quia deficiẽte
luna cauantur id est euacuantur. Omnium enim clausorũ ma
ris animalium atq; concharum incremento lune membra tur/
gescunt·defectu euacuantur Luna enim cum in augmento fue
rit auget humorem·cum vero in defectum venerit·humores mi
nuuntur·hoc enim phisici dicũt. Conche autẽ prime positiõis
nomẽ. Coclee vero per diminutionẽ·quasi cocule. Concharũ
multa sunt genera·inter quas & margarite·que celee esse dicunt̃
in quarum carne preciosus calculus solidatur·de q̃bus tradunt
hi qui de animantium scripsere naturis· eo ꝙ nocturno tẽpore
litora appetunt·et ex celesti rore margaritum concipiunt. Vnde
et celee nominantur Murex coclea est maris·dicta ab acumi/
ne & asperitate·que alio nomine conchilium nominatur·ꝓpter
ꝙ circũcisa ferro lachrimas purpurei coloris emittat· ex quibus
purpura tinguitur Et inde ostrum appellatũ·ꝙ hec tinctura
ex teste humore elicitur. Cancri vocantur·quia conche sunt
crura habentes·inimica ostreis animalia·eorum enim carnibus
viuunt miro ingenio. Nam quia valida testa eius apperiri non
potest·explorat quando ostrea claustra testarum aperiat·tunc
cancer latenter lapillum inicit·atq; impedita conclusione ostree
carnes erodit. Tradunt quidam decem cãcris cum ozimi mani/
pulo alligatis·omnes qui ibi sunt scorpiões ad eum locum coi/
turos. Duo autem sunt genera cancrorum·fluuiales & marini.
Ostrea dicta est a testa·qua mollicies interior carnis munit̃·
Graeci enim testam ostrea vocant. Ostrea autem neutro·carnes
eius feminino dicuntur genere. Musculi sunt ut prediximus
coclee·a quorũ lacte concipiuntur ostree·et dicti musculi quasi
masculi. Pelorides a peloro promonctorio sicilie vbi habun/
dant cognominate sunt. Ecce autem boreas angusta ab sede pe
lori. Vngues a similitudine humanarum vnguium dictae

Testudo dictus· eo q tegmine teste sit adopertus in camere modum. Sunt autẽ quatuor genera· terrestres· maritime· lutarie id est in ceno & paludibus viuentes· quartum genus fluuiales· qui in dulci aqua viuunt. Tradunt aliqui quod incredibile est tardius ire nauigia testudinis pedem dextrũ vehentia Icinus a terrestri icino nomen traxit· quem vulgus ericiũ vocat· cuius testula duplex· spinis aculeata in modum castanearum· quãdo adhuc cooperte de arboribus cadũt. Caro eius mollis· & minio similis Vris tribus modis dicitur· ut testudo ac pelorus et co clea. Nã & quod edimus· & vbi caro inest· vtrũq; dicit̃ pelorus

Rane a garrulitate vocate· eo q circa genitales strepunt palu/ des· & sonos vocis importunis clamoribus reddunt. Ex his q/ dam aquatice vocate· quedã palustres· Quedam rubete· ob id quia in vepribus viuunt· grandiores cunctarũ Alie calamites dicuntur· quoniam inter harundines fruticesq; viuunt· minime oĩm & viridissime· mute & sine vocibus sunt Egredule rane parue in sicco vel agris cõmorãtes· vñ et nucupate. Negãt q dã cães latrare qbus ĩ offa rana viua fuerit data Sfungia a fingere id est nitidare & extergere dicta. Afranius. Accedo ad te ut tibi ceruicem fingam lintheo· id ẽ extergam. Cicero. Et fingebatur sfungis sanguis· id est extergebatur. Animal autem esse docetur cruore inherente petris. Vnde et dum abscidit̃ sanguinẽ emittit Nam alia sunt viuentia in aquis· & discurrunt ut pisces. Alia q stãt fixa· ut ostree· icini· sfungie. Ex his alias mares dici· eo q te/ nues sint fistule· spissioresq; alias feminas· q in maioribus fistu/ lis sunt ac perpetuis. Alias duriores quas greci appellãt tragos· & nos hircosas dicere possumus· ob asperitatem sui. Mollissimũ genus earum penicilli vocatur· eo q apte sint ad oculorum tu/ mores· & ad extrahendas lippitudines vtiles. Candide sfungie cura sunt. Per estatem enim ad solem sternuntur· & sicut cera punica candorem bibunt. Animalium omnium in aquis viuẽ/ tium nomina centum quadragintaquatuor· plinius ait diuisa ĩ generibus beluarum serpentium communium terre & aque· cã crorum concharum locustarum peloredum poliporum solearũ lacertorum & lulligenum et his similiũ· ex quibus multa quo/ dam nature intellectu temporum suorum ordinem cognoscũt· Quedam vero in suis locis sine mutatiõe vacant. In piscibus au/ tem foeminis alie commixtione masculi concipiunt & pariunt·

catulos. Alie ponunt oua sine masculi commixtione suscepta q idem insequẽs sui seminis iactu perfunduntur. & que hoc mu/ nere fuerint afflata generabilia fiunt. q vero perfusa nõ fuerint sterilia perseuerant aut putrescunt De. Auibus Ca. vii

Vnum nomen auium sed genus diuersum. Nam sicut specie sibi differunt ita & nature diuersitate. Nam alie simplices sunt ut columbe. Alie astute ut pdix. Alie ad manum se subiiciunt ut accipiter. Alie reformidant ut gara/ mantes. Alie hominum conuersatione delectantur ut hirundo Alie in desertis secretam vitam diligunt ut turtur. Alie solo se/ mine reperto nascuntur ut anser. Aliae carnes edunt & rapinis intendunt ut miluus. Alie in curia eque manent in locis semp ut corui. Alie incole que manent in locis semp ut strucio. Alie aduenticie que propriis temporibus reuertuntur ut ciconie & hirundines. Alie congrege id est gregatim volantes ut sturni et coturnices. Alie soliuage id ẽ solitarie ppter insidias depredandi ut aquila accipiter & quecunq; ita sunt. Alie vocibus strepunt ut hirundo. Alie cãtus edunt dulcissimos ut cignus & merula Aliae verba & voces hominum imitantur ut psitacus & pica. Sed & alie sicut genere ita et moribus innumerabiles. Nam vo lucrum quot genera sint inuenire quequam non posse. neq; enĩ omnes indie & ethiopie atq; scithie deserta qs penetrare potuit. qui eorum genus vel differẽtias nosset. Aues dicte eo q vias certas non habeant sed per auia queq; discurrant. Alites eo q alis alta intendant & ad sublimia remigio alarum conscendant

Volucres a volando. Nam vnde volare inde & ambulare di cimus Vola enim dicitur media pars pedis siue manus & in auibus vola pars media alarum quarum motu penne agitatur Inde & volucres. Pulli dicuntur omnium auium nati sed & animalium et quadrupedum nati pulli dicuntur ut hõ paruus pullus dicitur. Recentes igitur nati pulli dicuntur eo q polluti sunt. Vnde & vestis nigra pulla dicta est Ale sunt in quibus penne per ordinem fixe volandi exhibent vsum. Vocate autem ale eo q his aues complexos alant ac foueant pullos. Penna a pendendo id est a volando dicta. Vnde & pendere. volucres enim pennarum auxilio mouentur quando se aeri cõmendant.

Pluma quasi piluma. Nã sicut pili in quadrupedum corpore ita plume in auibus Auium noia multa a sono vocis constat.

esse composita·ut grus·coruus·cignus·pauo·miluus·vlula·cuculus·graculus et cetera. Varietas enim vocis eorum docuit hoies ꝙ nominarentur. Aquila ab acumine oculorum vocata tāti enim contuitus esse dicitur·ut cū super maria immobili penna feratur·nec hūanis pateat obtutibus·de tanta sublimitate pisciculos natare videat· ac tormēti instar descendens raptā predam pennis ad litus pertrahat. Nam & cōtra radium solis fertur obtutum nō flectere. Vnde & pullos suos vngue suspensos·radiis solis obiicit· & quos viderit immobilem tenere acié·ut dignos genere conseruat·siquos vero flectere obtutum·quasi degeneres abiicit Vultur a volatu tardo nomīatus putat̄. Magnitudine quippe corporis prepetes volatus non habet. Harum quasdam dicunt concubitu non misceri·& sine copula concipere & generare·natosq; eorum pene vsq; ad centum annos procedere. Vultures autem sicut & aquile & iam vltra maria cadauera sentiūt· Altius quippe volantes multa que mōtium obscuritate celant̄· ex alto illi conspiciūt. Gradipes apud grecos vocat̄ auis apud nos tarda·eo ꝙ graui volatu detēta·nequaq̄m ut cetere volucres attollitur velocitate pennarum Grues nomen de propria voce sumpserunt·tali enim sono susurrant. He autē dum properāt· vnam sequūtur ordine litterato. De quibus lucanus. Et turbata perit dispersis littera pennis. Excelsa autem petunt·quo facilius videant quas petant terras. Castigat autem voces q̄ cogit agmē at vbi raucescit succedit alia. Nocte autem excubias diuidunt·et ordinem vigiliarum per vices faciunt· tenētes lapillos suspensis digitis·quibus somnos arguant·quod cauendum erit·clamore indicat. Etatem in illis color prodit. Nam senectute nigrescunt·

Ciconie vocate a sono quo crepitant·quasi cicanie· quem sonum oris potius constat q̄m vocis·quia eum quatiente rostro faciunt. He veris nuncie·societatis comites·serpentū hostes maria transuolant·in asiam co lecto agmine pergunt. Cornices duces eas precedunt· & ipe quasi exercitus persequuntur. Eximia illis circa filios pietas. Nam adeo nidos impensius fouēt·ut assiduo cubitu plumas exuant. Quantum autem tempus impenderint in fetibus educandis·tantū & ipe in vice a pullis suis alunt̄

Olor auis est·quam greci cignum appellāt. Olor aūt dictus ꝙ sit totus plumis albus·nullus enim meminit cignū nigrum· olo enī grece totū dicitur Cignus aūt a canēdo est appellatus

eo q carminis dulcedinem modulatis vocibus fundit. Ideo autem suauiter eum canere dicūt· quia collum longum et inflexū habet· & necesse est eluctante voce per longū & flexuosum iter varias reddere modulatiōes. Ferunt in hiperboreis partibus precinentibus citharedis· olores plurimos aduolare· apteq; admodū concinere. Olores autem latinum nomen est. Nam grece cigni dicuntur. Naute vero sibi hanc bonam prognosiam facere dicūt sicut emilius ait. Cignus in auspiciis semp letissimus ales. Hūc optant naute· quia se non mergit in vndas Strucio greco nomine dicitur· quod animal in similitudinem auis penas habere videtur· tamen de terra altius non eleuatur. Oua sua fouere negligit. sed proiecta tantūmodo fotu pulueris animant. Ardea vocata: quasi ardua· id est propter altos volatus. Lucanus. Ausa auolare ardea. Formidant enī himbres· & supra nubes euolant· ut procellas nubium sentire non possint. Cum autem altius volauerit· significat tempestatē Hanc multi tantalum nominat· Fenix auis arabie· dicta q colorem feniceum habeat· vel q sit in toto orbe singularis & vnica. Nam arabes singularē & vnicā fenicem vocant. Haec quingentis vltra annis viuens· dum se viderit senuisse· collectis aromatum virgultis· rogum sibi instruit & cōuersa ad radium solis: alarum plausu voluntarium sibi incendium nutrit· sicq; iterum de cineribus suis resurgit Cinomolgus & ipa arabica auis· proinde ita vocata· q in excelsis nemoribus texit nidos ex fructibus cinnami. Et quoniam non possunt ibi homines conscendere ꝑpter ramorum altitudinem & fragilitatem· eosdem nidos plumbatis appetūt sagittis· ac sic cinnama illa deponunt· & preciis amplioribus vendunt· eo q cinnamum illud magis q̄m alia mercatores probent Psitacus in indie litoribus gignitur· colore viridi· torque puniceo· grandi lingua· & ceteris auibus latiore. Vnde & articulata verba exprimit· ita ut si eam non videris· hominem loqui putes. Ex natura autem salutat dicens· aue vel chere. Cetera nomina institutione discit. Hinc est illud. Psitacus a vobis aliorum nomina disco. Hoc didici per me dicere caesar aue. Alcion pellagi volucer· dicta quasi ales oceana· eo q hieme in stagnis oceani nidos faciat· pullosq; educet· qua excubante· fert extento equore pelagus silentibus ventis· continua septē dierum tranquillitate mitescere & eius fetibus educandis obsequium ipa rerum natura prebere

Pellicanus auis egipciaca· habitans in solitudine nili flumis vnde & nomen sumpsit. Nam canopus egiptus dicit. Fertur si verum sit· eam occidere natos suos· eosq; per triduum lugere· deinde seipam vulnerare· et aspersiõe sui sanguinis viuificare filios

Stromphalide aues ab strophadib9 insulis appellate· vbi plurimum habũdant· aduersus quas hercules sagittis est vsus· sunt enim pelagi volucres in insulis habitantes. Diomedias aues a sociis diomedis appellatas· quos ferunt fabule in easdem volucres fuisse conuersos· forma fulice similes· magnitudine cignorꝫ colore candido· duris & grandibus rostris. Sunt autẽ circa apuliam in insula diomedia inter scopulos litorum & saxa volitantes Iudicant inter suos & aduenas· nã si grecus est· propius accedunt & blandiuntur. Si alienigena morsu impugnant & vulnerant· lachrimosis quasi vocibus dolentes· vel suã mutationẽ· vel regis interitum. Nam diomedes ab illiriis interemptus est. He autem aues latine diomedie dicuntur. Greci eas herodios dicũt Mennonides aues egiptie· appellate a loco vbi mennon periit. Nam cateruatim aduolare dicuntur ex aegipto ad ilium· iuxta mennonis sepulcrum. Et proinde eas iliẽses mennonias vocant. Quinto autem anno ad ilium veniunt· & cũ biduo circumuolauerint· tercia die ineũtes pugnam· vicissim se vnguibus rostrisq; dilacerant. Ericinee aues dicte ab hercinio saltu germanie vbi nascuntur. Quarum penne adeo per obscurũ emicãt ut q̃muis nox obtenta densis tenebris sit· ad presidi itineris dirigendi late interluceant· cursusq; vie pateat indicio plumarũ fulgentium Onocrocolon greci vocant rostro longo. Quorum duo sunt genera· aliud aquatile· aliud solitudinis Ibis auis nili flumis· que semetipam purgat rostro· in anũ aquã fundens· Haec serpẽtium ouis vescitur· ex eis escam gratissimã nidis suis deportans Meropes eosdemq; & gaulos· q parentes suos recõdere atq; alere dicuntur. Coredulus genus volatile· quasi cor edens Monedula auis quasi monetula· que cum aurꝫ inuenit auffert & ocultat Cicero pro valerio flacco. Non plus aurũ tibi q̃m monedule committendum Vespertilio autem pro tẽpore nomen accepit· eo ꝙ lucem fugiens crepusculo vespertino circũuolet· precipiti motu acta· & tenuissimis brachiorum membris suspensa· animal muribus simile· non tam voce resonans q̃m stridore· spẽ quoq; volatilis simul & quadrupes· quod in aliis

auibus reperiri non solet Luscinia auis inde nomen sumpsit q cantu suo significare solet diei surgentis exortum quasi luci/nia Eadem & acredula. De qua cicero in pgnosticis. Et ma/tutinos exercet acredula cantus Vlula auis
id est a planctu et luctu nominata·cum enim clamat aut fletũ imitatur aut gemitum. Vnde & apud augures si lamentet̃ tri/sticiam·tacens ostendere fertur psperitatem Bubo a sono vo/cis compositum nomen habet·auis feralis·onusta quidem plu/mis sed graui semper detenta pigricia· in sepulchris die noctuq; versatur·& semper commoratur in cauernis. De qua ouidius. Fedaq; fit volucris venturi nũcia luctus. Ignauus bubo dirum mortalibus omen. Deniq; apud augures malum portẽdere fert̃. Nam cum in vrbe visa fuerit· solitudinem significare dicunt.
Noctua dicitur pro eo q nocte circũuolat· & per diem non possit videre. Nam exorto splendore solis·visus illius hebetatur· Hanc autem insula cretensis non habet·& si veniat aliunde·sta/tim moritur. Noctua autem non est bubo. Nam bubo maior est Nocticorax ipa est & noctua·qa noctem amat·est enim auis lucifuga·& solem videre nõ patitur Strix nocturna auis habens nomen de sono vocis·quando enim clamat stridet. De qua lucanus. Quod trepidus bubo quod strix nocturna que/runtur Haec auis vulgo amma dicitur·ab amando paruulos Vnde & lac prebere dicitur nascentibus. Coruus siue corax nomen a sono gutturis habet·q voce coracinet. Et fertur haec auis q editis pullis· escam plene nõ prebeat priusq̃m in eis per pennarum nigredines similitudinem proprii coloris agnoscat· postq̃m vero eos tetros plumis aspexerit·in toto agnitos habũ/dantius pascit. Hic prior in cadaueribus oculorum petit loca.
Cornix annosa auis·apud latinos greco nomine appellatur· quam aiunt augures hominum curas significationibus agere· insidiarum vias monstrare·futura predicere. Magnum nephas hec credere·ut deus consilia sua cornicibus mandet. Huius inter multa auspicia tribuunt & iã pluuias portẽdere vocibus. Vnde est illud. Tunc cornix plena pluuiã vocat improba voce Gra/culus a garrulitate vocis nuncupatus·non ut quidam volunt· pro eo q gregatim volent·cum sit manifestum ex voce eũ nun/cupari. Est autem loquacissimũ genus & vocibus importunũ
Pice quasi poetice· q verba in discrimine vocis exprimãt ut

De Auspiciis #

homo. Per ramos enim arborũ pendule importuna garrulitate sonantes· & si linguas in sermone nequeunt explicare· sonum tamen humane vocis imitant̃. De qua congrue quidam ait. Pica loquax certum dominum te voce saluto. Si me non videas esse negabis auem. Picus a pico saturni filio nomẽ sumpsit· eo q̄ ea in auspiciis vtebatur. Nam ferunt hanc auem quiddam habere diuinum· illo indicio q̄ in quacunq; arbore nidificauerit· clauum vel quicquid aliud fixum fuerit· diu herere non possit· quin statim excidat vbi illa insederit. Iste est picus marcius. Nã alia est pica. Pauo nomen de sono vocis habet· cuius caro tã dura est· ut putredinem vix sentiat· nec facile coquatur. De quo quidam sic ait. Miraris quotiens gemmantes explicat alas. Si potes hunc seuo tradere iure coquo. Fasianus a faside insula grecie. Vnde primũ asportatus est appellatus. Testatur id vetus disticon. Illuc argiua sum transportata carina. Ante michi notũ nil nisi fasis erat. Gallus a castratiõe vocatus· inter ceteras enĩ aues huic soli testiculi adimuntur. Veteres enim abscisos gallos vocabant. Sicut autẽ a leone leena· & a dracone dracena· ita a gallo gallina. Cuius membra ut ferunt quidam si auro liquescenti misceatur consumi Anas ab assiduitate natandi aptũ nomen accepit· e quo genere quedam germane dicuntur· q̄ plus ceteris nutriant Anseris nomẽ anas dedit· per deriuationem· vel a similitudine· vel q̄ ipa natandi frequentiam habeat. Iste vigilias noctis assiduitate clangoris testatur. Nullum autem animal ita odorem hominis sentit ut anser. Vnde et clangore eius gallorũ ascensus in capitolio romẽ deprehensus est. Fulica dicta ẽ· q̄ caro eius leporinam sapiat. Lagos enim lepus dicitur. Vnde & apud graecos logos vocatur. Est enim auis stagnensis· habens nidum in medio aque vel in petris quas aque circumdant· maritimoq; semper delectat̃ profundo· que dum tempestatẽ persenserit fugiens in vado ludit. Mergus ab assiduitate mergendi nomen habet· sepe autem demisso in profundum capite· aurarũ signa sub fluctibus colligunt· & preuidentes equoris tẽpestatẽ· cum clamore ad litora tendunt. Nam in pelago iam grauissimã esse tempestatẽ ꝯstat· cũ ad litora mergi ꝯfugerint. Accipiter auis animo plus armata q̃m vngulis· virtutem maiorem in minore corpore gestans. Haec ab accipiendo id est a capiendo nomen sumpsit· est enim auis rapiendis aliis auibus auida· ideoq;

vocatur accipiter hoc est raptor. Vñ & paulus apostolus dicit. Sustinetis enim siquis vos accipit·ut enim diceret·siquis rapit· dixit siquis accipit. Fertur autem accipitres circa pullos suos impios esse·nam dum viderit eos temptare volatus·nullas eis pre/bent escas·sed verberant penis & a nido precipitant· atq; a tene/ro compellunt ad predam·ne forte adulti pigrescant. Capus itala lingua dicitur a capiendo. Hunc nostri falconē vocant· eo ꝙ incuruis digitis sit. Miluus mollis·& viribus & volatu quasi mollis auis·vnde & nuncupatur. Rapacissimus tamen & semper domesticis auibus insidiatur. Ossifrangus vulgo ap/pellatus·auis que ossa ab alto demittit & frangit. Vnde & a frā gendo ossa nomen accepit Turtur de voce vocatur·auis pudica & semper in montium iugis & in desertis solitudinibus cō/morans·tecta enim hominum & conuersationem fugit· & cō/moratur in siluis·que & iam hieme deplumata in truncis arbo/rum concauis habitare perhibetur. Cuius econtrario columba hospicia humana diligit· domorū semper blanda inhabitatrix·

Columbe dicte ꝙ earum colla ad singulas conuersiones co/lores mutent·aues mansuete·& in hominum multitudine con/uersantes·ac sine felle quas antiqui venerias nūcupabant· eo ꝙ nidos frequentent·& osculo amorem concipiant. Palumbes aues·eo ꝙ sint farte a pabulo· quas vulgus titos vocat· auis ca/sta ex moribus appellatur·ꝙ comes sit castitatis. Nam dicit̃ ꝙ amisso corporali consortio·solitaria incedat·nec carnalem copu/lam vltra requirat. Perdix de voce nomen habet·auis dolosa atq; immunda·nam masculus in masculum consurgit· & obli/uiscitur sexum libido preceps· adeo autē fraudulenta·ut alterius oua diripiens foueat·sed fraus fructum nō habet. Deniq; dum pulli proprie vocem genitricis audierint·naturali quodam in/stinctu hanc que eos fouit relinquunt· & ad eandem q̄ genuit reuertuntur Coturnices a sono vocis dicte Quas greci or/tigias vocant· eo ꝙ vise fuerint primum in ortigia insula. Hec aduenrendi habent tempora. Nā estate depulsa maria transmeāt

Ortigometra dicitur que gregem ducit· eam terre appropin/quantem accipiter videns rapit· ac propterea est cura vniuersis ducem solicitare externi generis· per quam caueant prima discri mina. Cibos gratissimos habent semina venenorum·quam ob causam eas veteres vesci interdixerūt. Solum enim hoc animal

ficut & homo caducum patitur morbum. Vpupam graeci appellant eo q stercora humana desideret & fetenti pascatur fimo auis spurcissima cristis extantibus galeata semper in sepulcris & humano stercore commorans. Cuius sanguine quisquis se inunxerit dormitum pergens demones suffocantes se videbit

Tucos quos hispani cuculos vocant a propria voce constat nominatos. Hi veniendi habent tempus miluorū scapulis suscepti ,ppter breues & paruos volatus ne per longa aeris spacia fatigati deficiant. Horum saliue cicades gignunt. Oua passeris nido reperta comedit & sua obiicit que ille suscepta & fouet & nutrit. Passeres sunt minuta volatilia a paruitate vocata. Vñ & pusilli & parui. Merula antiqtus medula vocabatur eo q modulet. Alii merulam vocatā aiunt q a sola volat quasi mera volans. Haec cum in omnibus locis nigra sit in achaia candida est Hirundo dicta q cibos non sumat residens sed in aere capiat escas & edat. Garrula auis & per tortuosos orbes et flexuosos circuitus peruolans & in nidis construendis educandisq fetibus solertissima. Habens etiam quiddam prescium q lapsura deserat nec appetat culmina. A diris quoq auibus nō impetit nec vnq̄m preda est maria transuolat ibiq hieme commoratur

Turdi a tarditate dicti hiemis eni confinio se referūt. Turdela quasi minor turdus cuius stercore viscum generari putat̄. Vnde & prouerbiū apud antiquos erat malum sibi auē cacare.

Furfurio vocatus q prius farre in farinam redacto pasceret̄.

Ficedule dicte q ficos magis edant quod ,pāditur versiculo veteri illo. Cum me ficus alat cū pascar dulcibus vuis. Cur potius nomen nōn dedit vua michi Carduelus q spinis & cardibus pascitur Vnde & apud grecos achātis dicta est ab achantis id est spinis quibus alitur. Augures autem dicunt & in gestu & in motu & in volatu & in voce auium signa esse constituta Oscines aues vocant qui ore cantuq auspicium faciūt ut coruus cornix picus. Alites que volatu ostendere futura videntur. Que si auerse sunt inhibe dicuntur q inhibeant id est vetent Si prospere prepetes. Et ideo prepetes quia omnes aues priora petunt volantes Terciam faciunt speciē auguriorū in auibus quā cōmunem vocant ex vtroq commixtam id est cū aues ex ore & volatu auguria faciūt sed fides nō habet. Omnium autem genera volucrum bis nascuntur. Primū eni oua

gignuntur·inde calore materni corporis formantur et animant̃
Oua autem dicta·ab eo ꝙ sint vuida. Vnde & vua· eo ꝙ in/
trinsecus humore sit plena · Nã huidum ẽ·quod exterius hu/
morem habet Vuidum quod interius. Quidam autẽ putant
ouum grecam habere originem nominis. Illi autem dicũt oua
v littera ablata oa. Quedam autem inani vento concipiunt· sed
non sunt generabilia·nisi que fuerint concubitu masculino cõ/
cepta·& seminali spiritu penetrata. Ouorum vim tantam dicũt
ut lignum perfusum ouo non ardeat: ac ne vestis quidem cõtra
aduratur. Admixta quoqꝫ calce glutinare fertur inter fragmẽta.

De. Minutis volatilibus Ca·viii

Apes dicte· ꝙ se pedibus inuicẽ alligẽt·vel ꝓ eo ꝙ sine
pedibus nascantur. Nam postea & pedes & pennas
accipiunt. He solertes in generãdi mellis officio·assig
natas incolunt terras vel sedes·domicilia inenarrabilia arte com
ponunt·ex variis floribus fauum cõdunt·texisqꝫ ceris innume/
ra prole castra replent·exercitum et reges habent·prelia mouent
fumum fugiunt·tumultu exasperantur. Has pleriqꝫ experti sunt
nasci de boum cadaueribus. Nam pro his creandis vitulorum
occisorum carnes verberantur·ut ex putrefacto cruore vermes
creentur: qui postea efficiũtur apes. Proprie autem apes vocant̃
orte de bubus· sicut scabrones de equis· fuci de mulis· vespe de
asinis Castros greci appellant· qui in extremis partibus fauo
rum maiores creantur·quos aliqui reges putant·dicti ꝙ castra
ducant Fucus est maior ape·scabrone minor. Dictus autem
fucus ꝙ alienos labores edat· quasi focus: depascit enim quod
non laborauit. De quo virgilius. Ignauum fucus pecus a prese
pibus arcet Scabrones vocati a cabo id ẽ caballo· ꝙ ex eis cre/
entur. Sicut autem scabrones nascuntur de equorum carnibus
putridis·ita ex eis iterum sepe nascunt̃ scarabei·vnde & cogno/
minati sunt. Tauri vocantur scarabei terrestres ricino similes
Bupestris animal est in italia paruum· simillimum scarabeo
longipedum·fallit inter herbas bouem maxime·vnde & nomẽ
habet·deuoratumqꝫ tacto felle·ita inflammat·ut rumpat Ci/
cendela scarabeorum genus est· eo ꝙ gradiens vel volans lucet.
Blatte a colore nuncupate·siquidem & comprehense manũ
tingunt. Vnde & blatteum colorem dicunt. Hoc autẽ animal
lucem videre nõ patitur·contrariũ musce. Nam musca lucipeta·

& blatta lucifuga est· per noctem enim tantum ambulat. Papiliones auicule sunt· q maxime habūdant florentibus maluis quiq; vermiculos stercore suo faciunt nasci. Locusta q pedibus sit longis veluti hasta. Vnde & eam greci tam maritimam q̃m terrestrem, hastago appellant. Cicade ex cuculorū nascūtur sputo. He in italia apud reginos multe sunt· nec vsq̃m alibi. Musca ex greco venit sicut et mus. Hee sicut & apes necate in aqua aliquotiens post vnius hore spacium reuiuiscunt. Cinomia grece vocatur· id est musca canina. Nam cenos grece canis vocatur. Culex ab aculeo dictus· q sanguinem sugat· habet enim in ore fistulam in modum stimuli· qua carnē terebrat ut sanguinem bibat. Scinifes musce minutissime sunt sed aculeis permo este· quibus tercia plaga superbus populus egiptiorū cesus est. Oestrus animal armētis aculeis permolestū. Oestrū autem graecum est· quod latine asilus· vulgo tabanus vocatur. Bibiones sunt qui in vino nascuntur· quos vulgo musciones a musto appellāt. Vnd e afranius. Cum me expectas et fabulari incipis ex ore in oculis tuis bibiones inuolant. Gurgulio dicitur· q a pene nichil ē aliud nisi guttur. Finit duodecimus

Prefatio in librum sequentem

IN hoc libello quasi in quadā breui tabula quasdam celi causas situsq; terrarum · & maris spacia annotauimus· ut in mōdico ea lector percurrat· & compendiosa breuitate ethimologias eorum causasq; cognoscat. Finit prefatio

INCIPIT · LIBER · TREDECIMVS · DE · MVNDO



MVNDVS · EST · CELVM · TERRA MARE · ET · QVE · IN · EIS · SVNT OPERA · DEI · DE · QVO · Dicitur Et mundus per ipm factus est. Mundus latine a philosophis dicitur· q in sempiterno motu sit· ut caelum · sol · luna · aer · maria. Nulla enim requies eius elementis ɔcessa est· ideoq; semper in motu est. Vnde & animalia varroni videntur elementa· quoniam per semetipa inquit mouentur. Graeci vero nomen mundo de ornamento accomodauerunt· propter diuersitatem elementorum· & pulcritudinem siderū. Appellat̄

enim apud eos cosmos· quod significat firmamentum vel ornamentum· nichil enim mundo pulcrius oculis carnis aspicimus

Quatuor autem constat esse climata mũdi id est plagas· orientem & occidentem· septentrionem & meridiem Oriens ab exortu solis est nũcupatus Occidens ꝙ diem faciat occidere· atq; interire· abscondit enim lumẽ mundo· & tenebras superinducit Septentrio autem a septem stellis axis vocatur· q̄ in ipo reuolute rotantur. Hic ꝓprie & vertex dicitur· eo ꝙ vertit̄ sicut poeta ait. Vertitur interea caelum Meridies vel q̄a ibi sol facit medium diem· quasi medidies· vel quia tunc purius micat ether merum enim purũ dicitur. Ianue celi due sunt· oriens et occasus Nam vna porta sol procedit· alia se recipit. Cardines aũt mundi duo· septentrio & meridies. In ipis enim voluitur caelum

De Athomis Ca· ii

Athomos philosophi vocant quasdam in mũdo corporum partes tam minutissimas· ut nec visui pateãt· nec thomum id est sectionẽ recipiãt. Vnde et athomi dicti sunt Hi per inane tocius mundi irrequietis motibus volitare· et huc atq; illuc ferri dicuntur· sicut & tenuissimi pulueres· qui infusi per fenestras radiis solis videntur. Ex his arbores & herbas & fruges omnes oriri· & ex his ignem & aquã & vniuersa gigni atq; constare quidam philosophi gentium putauerũt. Sunt aũt athomi aut in corpore· aut in tempore· aut in numero· aut in littera. In corpore ut lapis· diuides enim in partes· & partes ipas diuidis in grana· veluti sunt arene· rursumq; ipa arene grana diuide in minutissimum puluerem· donec si possis peruenias ad aliquam minuciã· que iam non sit que diuidi aut secari nõ possit· hoc est athomus in corporibus. In tempore vero sic intelligitur annum (verbi gratia) diuides in menses· menses in dies· dies in horas· adhuc partes horarum admittunt diuisionem· quousq; peruenias ad tantum temporis punctum· & quãdam momẽti stillam· ut per nullam morulam produci possit· & ideo diuidi iam non potest· hoc est athomus temporis. In numeris utputa octo diuidunt̄ in quatuor· rursum quatuor in duo· deinde duo in vnũ. Vnus autẽ athomus est· quia insecabilis est· Sic & in littera· nam orationem diuidis in verba· verba autem in sillabas sillabas autem in litteras· littera pars minima athomus est· nec diuidi potest. Athomus ergo est· quod diuidi non potest· ut in

geometria punctus. Nam thomus diuisio dicitur graece· athomus indiuisio De. Elementis Ca·iii

Ylen greci rerum quandam primam materiā dicunt nullo prorsus modo formatam· sed omnium corporalium formarum capacem· ex qua visibilia haec elementa formata sunt. Vnde & ex eius deriuatiōe vocabulum acceperunt. Hanc ylen latini materiam appellauerunt· ideo quia omne informe vnde aliquid faciendum est· semper materia nūcupatur. Proinde & eam poete siluam nominauerunt· nec incōgrue quia materie siluarum sunt. Greci autē elemēta nuncupant· eo q̄ sibi societatis concordia & cōmunione quadā conueniāt. Nam sic ea inter se naturali quadam ratione iuncta dicuntur· ut modo originem ab igne repetentes vsq; ad terram· modo a terra vsq; ad ignem· ut ignis quidem in aera desinat· aer in aquam densēt· aqua in terrā crassetur· rursusq; terra diluat̄ in aquam· aqua rarescat in aerem· aer in ignem extenuetur. Quapropter omīa elementa omnibus constat inesse· sed vnūquodq; eorum ex eo q̄ amplius habet accepisse vocabulum. Sunt autē diuina prouidentia propriis animātibus distributa. Nā celum angelis· aerem volucribus· mare piscibus· terram hominibus ceterisq; animātibus creator ipe impleuit De. Celo Ca·iiii

Caelum vocatum est· eo q̄ tanq̄m celatum vas impressa lumina habeat stellarum veluti signa. Nam celatum dicit̄ vas quod signis eminētioribus refulget. Distinxit enim illud deus claris luminibus· & impleuit solis scilicet & lune orbe fulgenti· & astrorum micantium splendentibus signis adornauit. Alias autem a superiora celando. Hoc autem grece vranus dicitur id est a videndo· eo q̄ aer perspicuus sit· & ad speculandum purior. Celum autē in scripturis sanctis ideo firmamentum vocatur· q̄ sit cursu siderum & ratis legibus fixisq; firmamētum. Interdum et celum pro aere accipitur· vbi venti & nubes & ꝓcelle & turbines fiūt. Lucrecius. Caelum quod dicitur aer. Et psalmus· volucres caeli appellat· cum manifestum sit aues in aere volare. Et nos in cōsuetudine hunc aerem celum appellamus. Nam cum de sereno vel nubilo querimus aliquando dicimus· qualis est aer· aliquādo quale est celum De. Partibus celi Ca·v

AEther locus est in quo sidera sunt· & significat eum ignem q a toto mundo in altum separatus est. Sane aether est ipm elementum Aethera vero splendor aetheris· et est sermo grecus Spera celi dicta· eo q species eius in rotundum formata sit. Sed & quicquid tale est a volubilitate spera a graecis dicitur· sicut & pile quibus ludunt infantes. Nam philosophi dicunt caelum in spere figura vndiq3 esse conuexum· omnibus partibus esse equale· concludens terrā in media mundi mole libratum. Hoc moueri dicūt· et cū motu eius sidera in eo fixa ab oriente vsq3 in occidentem circuire· septentrionibus breuiores giros iuxta cardinem peragentibus. Axis ē septentriōis linea recta· quae per mediā pilā spe tendit. Et dicta axis· q in ea spera ut rota voluitur. Vel quia ibi plaustrum est.

Cardines extreme partes sunt axis. Et dicti cardines· eo q p eos vertitur celum Poli sunt circuli q currunt per axem. Horum alter est septentrionalis· qui nunq̄m occidit· appellaturq3 boreus. Alter australis qui nunq̄m videtur· et austronothus dicitur. Et dicti poli q sint axium circuli ex vsu plaustrorum· a poliendo scilicet nominati. Sed polus boreus semper videtur austronothus nunq̄m· quia dextra celi altiora sunt· pressa austri

Conuexa extrema celi sunt a curuitate dicta. Nam cōuexum curuum est & inclinatum· et in modum circuli circumflexum

Lacteus circulus via est· quae in spera videt̄· a cādore dictus quia albus est· quem alibi dicunt viam esse qua circuit sol· et ex splendoris ipius transitu ita lucere De. Circulis celi Ca· vi

HAbitatio ista caeli circulorum distincta zonis· quasdam partes temperie sua incolere permisit· quasdam negauit enormitate caloris· aut frigoris Zone autē ipe quinq3 sunt· que ideo zone vel circuli appellātur· eo q in circumductione spere existāt. Quorū primus circulus ideo arcticos appellatur eo q intra eum arcturi signa inclusa perspiciunt̄ que axis a nobis in vrsarum specie ficta septentriōes appellant̄.

Secundus circulus ex eo terminus tropicus dicitur· q a in eo circulo sol aquilonis finibus estatem faciens· vltra eū circulum non transit· sed statim reuertit̄· & inde tropicus appellat̄ Tercius circulus himerinus· qui a latinis ideo eqnoctialis appellat̄ eo q sol cum ad eum orbem peruenerit· equ noctium facit. Hi/

merinus autem latine dies dicit̃ atq̧ nox· quo circulo dimidia ſpere pars conſtituta ꝓſpicitur Quartus circulus antarticus· vocatur·eo ꝙ contrarius ſit circulo quem arcticon nomiamus.

Quintus circulus cimerinus tropicus·qui a latinis hiemalis ſiue brumalis appellatur· ideo quia ſol cum ad eum circulum peruenit· hiemem his qui ad aquilonem ſunt facit· eſtatē autē his qui auſtri partibus commorantur. Zo autem circulus eſt.

De. Aere & nube Ca·vii

AEr eſt inanitas plurimū habens admixtum raritatis q̃m cetera elementa. De quo virgilius. Longum per inane ſecutus. Aer dictus· ab eo ꝙ ferat terrā·vel ab eo ꝙ feratur. Hic autem partim ad celeſtem partim ad terrenam materiam pertinet. Nam ille ſubtilis vbi vē toſi ac procelloſi motus non poſſunt exiſtere ad celeſtē pertinet partem·iſte vero turbulentior· qui exhalatiōibus humidis cor/ poreſcit terre deputatur·quiq̧ ex ſe multas ſpecies reddit. Nam commotus ventos facit·vehementius concitatus ignes & toni/ trua·contractus nubila·conſpiſſatus pluuiam·congelatus nubi/ bus niuem·turbulentius congelatus denſioribus nubibus grā/ dinem· diſtentus ſerenum efficit. Nam aerem denſum nubem eſſe conſtat·nubem rarefactam & ſolutā aerem. Nubes dicte ab obnubendo id eſt operiēdo celum. Vnde et nupte·ꝙ vultus ſuos velent. Vnde & neptunus ꝙ nubat· id eſt mare et terrā regat. Nubes autem aeris denſitas facit. Venti enim aerem con/ globant nubemq̧ faciunt. Vnde eſt illud. Atq̧ in nubem cogit̃ aer

De. Tonitruo Ca·viii

TOnitruum dictū· ꝙ ſonus eius terreat. Nam tonus ſonus dicitur. Qui ideo interdum tam grauiter con/ cutit omnia·ita ut celum diſcidiſſe videatur· q̄a cum procella vehemētiſſimi venti nūbibus ſe repente immiſerit·tur/ bine inualeſcente exitumq̧ querente· nubem quam excauauit impetu magno ꝓſcindit·ac ſic cū horrendo fragore defertur ad aures. Quod mirari quis non debet·cum veſicula q̃muis parua magnum tamen ſonitum diſploſa emittat. Cum tonitrua autē ſimul & fulgura exprimi·ſed illud celerius videtur· q̄a clarum eſt·hoc autem ad aures tardius peruenit·lux autem que apparet ante tonitruum alibi fulgur vocatur· que ut diximus ideo ante videtur·q̄a clarum eſt lumen· tonitruū autem ad aures tardius

peruenit De. Fulminibus Ca·viiii

FVlgur & fulmen ictus celestis iaculi·a feriendo dicti Fulgere enim ferire est atq; percutere. Fulmina auté collisa nubila faciunt. Nam omnium rerum collisio ignem creat·ut in lapidibus cernimus vel attritu rotarum·vel in siluis arborum·simili modo ī nubibus ignis. Vnde et prius nubila sunt·deinde ignis. Ex vento autem & igne fulmina cer/tum est in nubibus fieri·& impulsū ventorum emitti. Ideo auté fulminis ignem vim habere maiorem ad penetrādum·qa sub/tilioribus elemētis factus est q̄m noster· id est q nobis in vsu est. Tria sunt autem eius nomīa·fulgur·fulgor·& fulmē Ful gur quia tangit Fulgor quia incendit & vrit. Fulmen qa findit. Ideo & cum ternis radiis pingitur

De. Arcu & nubium effectibus Ca·x

ARcus celestis dictus ad similitudinem curuati arcus Iris huic propriū nomen est· & dicitur iris quasi aeris·id est q per aera ad terras descendat. Hic auté a sole resplendet· dum caue nubes ex aduerso radium solis acci/piunt·& arcus speciem fingunt. Cui varios colores illa dat res· aqua tenuis·aer lucidus·& nubes caligan tes· irradiata istavari/os creeant colores. Pluuie dicte·eo q fluant·quasi fluuie·na/scuntur enim de terre & maris anhelitu·que cum altius eleuate fuerint·aut solis calore solute· aut vi ventorū compresse stillant̄ in terris. Nimbus est densitas nubis in tempestate obscura· & inde nimbi a nube. Sunt autem nimbi repentine & precipi/tes pluuie. Nam pluuias vocamus lentas et iuges· quasi fluuias id est fluentes Imbres autem & ad nubes & ad pluuias perti nent·dicti a greco vocabulo·q terram inebrient ad germinan/dum·ex his enim cuncta creeantur. Vnde &. Lucrecius. Exigui terra atq; anima nascuntur & imbri. Est autem nomen graecū

Grando appellata·q forma eius granorum similitudinem habeat. Hee autem ventorum rigore durantur in nube·& soli/dantur in niuem·ruptoq; aere soluuntur. Nix autem a nube vnde venit Glacies a gelu & aqua·quasi gelacies·id est gelate aque Gelu autem q stringatur tellus·ge quippe terra dicitur tunc autem maiori gelu stringitur terra·cum fuerit nox serena.

Pruina est matutini temporis frigus·quod inde pruine no/men accepit· quia sicut ignis vrit·pir enim ignis. Vrere enim &

ad frigus & ad solem pertinet. Nam vno sermone duo diuersa significantur· pro eo q vnum effectum habeat· similis enim vis est & frigoris. Vnde & vtraq; saxa rumpũt. Nam calor vrit· ut est. Vritur infelix dido. Item frigus vrit· ut est. Aut boree penetrabile frigus adurat Ros grecum est· quod illi dicũt Alii ros putant dictum· quia rarus est· & nõ spissus ut pluuia·

Nebule inde dicte vnde & nubila· ab obnubẽdo scilicet hoc est operiendo terram· siue q nubes volans faciat. Exalant enim valles humide nebulas· & fiũt nubes. Inde nubilum· inde niues Nebule autem ima petunt cum serenitas est· summa cum nubilum. Caligo vmbra est· de spissitudine aeris effecta. Et dicta caligo q maxime aeris calore gignitur. Tenebre dicuntur· q teneant vmbras· nichil autem sunt tenebre· sed ipa lucis absentia tenebre dicuntur Sicut silentium nõ aliqua res est· sed vbi sonus non est silentium dicitur· sic tenebre non aliquid sunt· sed vbi lux non est tenebre dicuntur. Vmbra est aer carens sole. Dicta autem q fiat cũ solis obiicimur radiis. Est autẽ mobilis & incerta· & ex solis circuitu· & ex motu corporũ. Nam quotiens mouemur in sole nobiscum moueri videtur· quia vbi quocunq; loco a radiis solis obsistimus· proinde illi lumen auferimus· sicq; ingredi nobiscum vmbra· & gestus nostros videtur imitari. Lux ipa substantia lumen quod a luce manat id est candor lucis· sed hoc ꝯfundũt autores

De Ventis Ca· xi

Ventus est aer commotus & agitatus· & pro diuersis partibus celi nomina sortitur diuersa. Dictus autem ventus· q sit vehemens & violentus. Vis enim eius tanta est· ut non solum saxa & arbores euellat· sed & iam celum terramq; cõturbet. Quot autem partes mundi sunt· tot spiritus· id est venti sunt. Quorum primus ab oriente subsolanus· a meridie auster· ab occidente fauonius· a septentriõe eiusdem nominis ventus aspirat· habentes geminos hincinde ventorũ spiritus Subsolanus a latere dextro vulturnum habet· a leua eurũ. Auster a dextris euroaustrum· a sinistris vero affricum. Fauonius a parte dextra affricũ· a leua chorum. Porro septentrio a dextris circinum· a sinistris aquilonem. Hi duodecim venti mundi globum flatibus circumagunt· quorum nomia propria ex causis signata sunt. Nam. Subsolanus vocatus· eo q sub ortu solis nascat̃ Eurus q ab eoo flat· id est ab oriẽte· ẽ enim subsolano

coniunctus Vulturnus quod alte tonat. De quo lucrecius. Alti tonans vulturnus & auster fulmine pollens Auster ab hau/riendo aquas vocatus. Vnde & crassum aerem facit & nubila nutrit. Hic grece nothus appellatur propter quod interdum cor/rumpat aerem. Nam pestilentiam que ex corrupto aere nascit auster flans in reliquas regiones transmittit. Sed sicut auster pestilentiam gignit sic aquilo repellit Euroauster dictus quod ex vna parte habeat eurum ex altera austrũ. Austro affricus quod iunctus sit hinc & inde austro & affrico. Ipse & libonothus dicitur quod sit clips hinc & inde notus Zephirus greco nomie appellatus eo quod flores & germina eius flatu viuificentur. Hic latine fauonius dicitur propter quod foueat que nascuntur. Austro autem flores soluuntur a zephiro fiunt Affricus a propria re/gione vocatus. In affrica enim initium sufflandi sumit Cho/rus est qui ab occidente estiuo flat. Et vocatus chorus quod ipse ventorum circulum claudat & quasi chorum faciat. Hic antea scaurus dictus quem plerique argesten dicunt nõ ut imprudens vulgus agrestem Septentrio dictus eo quod a circulo vii stella/rum consurgit que vertẽte se mundo resupinato capite ferri vi/dentur Circinus dictus eo quod choro sit iunctus. Hunc hispa/ni gallicum vocant propter quod eis a parte gallie afflat Aqlo dictus eo quod aquas strigat & nubes dissipet. Est enim gelidus ventus & siccus. Idem et boreus qui ab hiperboreis montibus flat inde enim origo eiusdem venti est vnde & frigus est. Na/tura enim omnium septentrionalium vẽtorum frigida et sicca est australium humida et calida. Ex omnibus autem vẽtis duo cardinales sunt septentrio & auster. Ethesie autem flabra aqui/lonis sunt quibus nomen inditum est quod certo anni tempore flatus agere incipiunt emautus enim graece annus latine dicit. Haec autem cursum rectum a borea in egiptum ferunt quibus auster contrarius est. Duo sunt autem extra hos vbique spiritus magis q̃m venti aura & altanus Aura ab aere dictã quasi ae/rea quod leuis sit motus aeris agitatus enim aer auram facit. Vnde & lucrecius. Aereas auras Altanus qui in pelago est per deri uationem ab alto id est mari vocatus. Nam altus est flatus in ripis quem diximus auram. Nam aura terrae est. Turbo est volubilitas ventorum. Et turbo dictus a terra quotiens vẽtus consurgit & terram in circuitu mittit Tempestas autem pro

tempore dicitur·ſicut vbiqꝫ hiſtoriographi ſolent dum dicũt·ea tempeſtate. Aut ab ſtatu celi·quia magnitudine ſui multis diebus oritur. Verno autem et autumnali tempore q̃mmaxime fiunt tempeſtates·quando nec plena eſt eſtas·nec plena hiemps. Vnde medium & confine vtriuſqꝫ temporis ex coniunctione aerum contrariorum efficiũtur tempeſtates Fragor a fractarum rerum nominatus eſt ſonitu· quia ſicca queqꝫ & arida facile frãgit Procella ab eo ꝙ percellat·id eſt percutiat & euellat eſt enim vis vẽti cum pluuia. Procelle enim aut de fulminibus aut de vẽtis fiunt. Nichil autem velocius ventis. Vnde et ꝓpter celeritatem tam ventos q̃m fulmina alata fingũt poete·ut. Alatis viribus auſtri

De. Aquis Ca·xii

Aqua dicta·ꝙ ſuperficies eius equalis ſit. Hinc & equor appellatur·quia equaliter ſurſum eſt. Duo aũt ſunt validiſſima vite humane elemẽta·ignis et aqua· Vnde grauiter damnantur· quibus ignis et aqua interdicitur. Aquarum elementum ceteris omnibus imperat·aque enim celum temperant·terram fecũdant aerem exhalationibus ſuis incorporant·ſcandunt in ſublime·& caelum ſibi vendicant. Quid enim mirabilius aquis in celo ſtantibus? Parum ſit in tantam perueniſſe altitudinem·rapiunt et ſecum piſciũ examina· effuſe omnium in terra naſcentium cauſa fiunt·fruges gignunt·arbores·frutices·herbaſqꝫ producũt·ſordes detergunt·peccata abluũt· potum cunctis animantibus tribuunt

De. Diuerſitate aquarum Ca·xiii

Aquarum nature multa eſt diuerſitas· alie enim ſalis· alie nitri·alie aluminis·alie ſulphuris·alie bituminis· alie curam morborum adhibentes· Nam iuxta romam albule aque corporũ vulneribus medent̃ In italia fons ciceronis oculorum vulnera curat In ethiopia lacus eſt·quo perfuſa corpora velut oleo niteſcũt Zame fons in affrica canoras voces facit

Ex clitorio lacu italie qui biberint·vini tedium habent In chio inſula fontem eſſe dicunt quo hebetes fiunt. In. Boecia duo fontes·alter memoriam·alter obliuionẽ affert Ciʒici fons amorem veneris tollit Boecie lacus furialis eſt·de quo qui biberit ardore libidinis exardeſcit In campania ſunt aque q̃ ſterilitatem feminarum·& virorum inſaniam abolere dicunt̃ In ethiopie fonte rubro q biberit limphaticus fit Lethnus fons

archadie abortus fieri non patitur. In sicilia fontes sunt duo· quorum vnus sterilem fecundat· alter fecundam sterilem facit. In thesalia duo sunt flumia· ex vno bibetes oues nigras fieri ferũt: ex altero albas ex vtroq; varias Clitumnus lacus in vmbria· maximos boues gignit. Reatinis paludis aquis iumentorum vngulas indurare dicũt In asphaltide lacu iudee nichil mergi potest quicquid animam habet Inindissiden vocatur stagnum in quo nichil innatat· sed omnia merguntur. At cõtra in alce lacu per porcidamum omnia fluitant· nichil mergitur. Marside fons in frigia saxa generat In achaia aqua ꝓfluit e saxis Stix appellata· ꝙ ilico potata interficit. Geloniũ stagnum sicilie tetro odore abigit ꝓximãtes. Fons est in affrica circa templum ammonis· qui humoris nexibus humũ restringit· fauillas etiã in cespitem solidat Fons iob in idumea quater in anno colorem mutare dicitur· id est puluerulentum· sanguineum· viridem· & limpidum· ternis mensibus in anno tenẽs ex his vnum colorem. In trogoditis lacus est ·q· ter in die fit amarus· & deinde tociens dulcis Fons siloa ad radicem mõtis sion non iugibus aquis· sed in certis horis diebusq; ebullit. In iudea quondam riuus· sabbatis omnibus siccabatur. In Sardinia fontes calidi oculis medentur· fures arguunt. Nam cecitate detegitur eorum facinus. In ephiro esse ferũt fontem· in quo faces extinguuntur accense· et accendunt extincte. Apud garamantes fontem esse ita algentem die ut non bibatur· ita ardentem nocte· ut non tangatur. Iam vero in multis locis aq̃ manant perpetim feruentes· tanta vi ut balnea calefaciãt· quedã enim terre sunt que multum sulphuris & aluminis habẽt· itaq; cum per venas calentes aqua frigida venit· vicino sulphuris calore contacta excandescit· nec talis ab origine effluit: sed permutatur dum venit. Sulphur enim alumenq; secum ferunt aquae vtramq; materiam igne plenam mirisq; motibus incalescẽtem.

De. Maris nomine Ca· xiiii

Mare est aquarum generalis collectio· omĩs enim cõgregatio aquarum siue salse sint· siue dulces· abusiue maria nuncupantur· iuxta illud. Et congregationes aquarum vocauit maria. Proprie autem mare appellatur· eo ꝙ aque eius amare sint. Aequor autem vocatum ·q· a equaliter sursum est· et quanq̃m aque fluctuantes velut montes erigant

ſedatis rurſum tempeſtatibus adequantur. Altitudo enĩ maris diuerſa eſt·indiſcreta tamen dorſi eius equalitas. Ideo aũt mare incrementum non capit·cum omnia flumina et omnes fontes recipiat·haec cauſa eſt partim·ꝙ influentes vndas ipa magnitudo eius non ſentiat·deinde ꝙ amara aqua dulce fluentũ conſumat·vel ꝙ ipe nubes multum aquarũ ad ſe trahãt· ſiue ꝙ illud partim venti auferant·partim ſol exſiccet·poſtremũ ꝙ per occulta quedam terre foramina percolat· & ad caput amniũ fonteſqȝ reuolutum recurrat. Mari autem certum eſſe colorem· ſed pro qualitate ventorum mutari.Nam modo flauum eſt· modo lutulentum·modo atrum

De. Oceano Ca·xv

OCeanum & greci & latini ideo nominãt·eo ꝙ in circuli modo ambiat orbem·ſiue a celeritate·eo ꝙ ocius currat.Item qa ut celum purpureo colore nitet.Oceanus quaſi cianeus.Iſte eſt qui oras terrarum amplectitur·alterniſqȝ aeſtibus accedit atqȝ recedit·reſpirantibus enim in profundum ventis· aut remouet maria· aut reſorbet· quiqȝ a proximis regionibus diuerſa vocabula ſumpſit· ut gallicus· germanicus· ſcithicus·caſpius·hircanus·athlanticus·gaditanus.Nam gaditanum fretum a gadibus dictum· vbi primum ab oceano maris magni limen apperitur.Vnde & hercules cum gadibus peruenisset·columnam ibi poſuit·ſperãs illic eſſe orbis terrarũ finem

De. Mediterraneo mari Ca·xvi·

MAre magnum eſt quod ab occaſu ex oceano fluit·& in meridiem vergit·deinde ad ſeptentrionem tendit. Quod inde magnum appellatur· quia cetera maria in comparatione eius minora ſunt Iſtud eſt & mediterraneũ quia per mediam terram vſqȝ ad orientem perfunditur·europã & affricam aſiamqȝ diſterminans.Cuius prime partis ſinus eſt qui in hiſpaniis perfunditur hibericus: & balearicus appellaẗ. Deinde gallicus qui narbonenſem prouinciam alluit. Mox liguſticus qui iuxta genuam vrbem eſt proximus. Poſt hec tirrhenis q italiam attingit·quem greci ionium·itali inferum vocant. Deinde ſiculus qui a ſicilia vſqȝ ad cretam vadit. Deinde cretius qui in pamphiliam et egiptũ pertendit.Inde helleſpontus qui in ſeptentrionem retorquẽs· anfractibus magnis iuxta graecias et illiricum in anguſtias ſeptem ſtadiorum ſtringitur quo xerxes ponte nauibus facto in greciam commeauit.Ibi eſt

albidos. Inde diffusus ab equore patente rursus stringit̃ & facit propontidem· q mox in quingentos passus coartatur·fitq; bos/ forus tracius. quo darius copias transportauit. Inde põticus si/ nus ãplissimus a tergo meotidis paludibus· quod mare ex mul titudine fluminum dulcius q̃m cetera maria nebulosumq; & breuius est. Vnde & ponticum vocatum q sit breuius·atq; eo q preter phocas & tinnos atq; delphinos alias beluas maiores non patitur. Sicut autem terra dum vna sit·pro diuersis locis variis appellat̃ vocabulis· ita & pro regionibus hoc mare mag/ num diuersis nominibus nuncupatur Nam hibericũ & asia/ ticum a prouinciis dictum. Ab insulis balearicum·siculum·cre ticum·ciprium·egeum·carpacium. Nam inter tenedum et actiũ saxum est in mari potius q̃m insula· quod visentibus ꝓcul ca/ pre simile creditur·quam greci ega nuncupant. Vnde et egeum mare est dictum. Sic & carpacium mare inter egiptũ et rho/ dum·ab insula carpacium illic posita. A gentibus gallicum· ausonium·dalmaticum·libisticum. Ab oppidis argolicum· corintheum·tirium·adriaticũ. Nam adria quedam ciuitas illiri/ co mari ꝓxima fuit·que adriatico mari nomen dedit A posi/ tione celi·ut superum & inferum· q sit oriẽs superius·occidens inferius·est autem tuscum & adriaticum. A memoria regis· ut ionium. Io quippe rex fuit grecie. Vnde & iones athenienses Hoc mare et tirrhenum dictum·siue q tusciam alluit·id est tirrheniam·siue a tirrhenis nautis·qui se ĩ hoc mare precipitaue/ runt. Et sciẽdum ionium sinum esse immensum· ab ionia vsq; ad siciliam·& huius partes esse· adriaticum·achaicum & epiro/ ticum A moribus acolarum·alibi eusinus·acgenus antea ap/ pellatus A casibus hominum·qui ceciderunt in mare·ut hel/ lespontum·icarium·mirteum. Nam mirteum mare dictum a mirtili lapsu·q illic ab enomao precipitatus sit. Icarus vero cretensis ut fabulose fertur altiora petens·pennis solis calore so/ lutis·mari in quod cecidit nomẽ imposuit. Frixus quoq; cũ helles sorore sua fugiens insidias nouercales·conscendit nauem signum arietis habentem·qua liberatus est. Helles autem soror eius perpessa naufragium·decidit ĩ mare· & mortua hellespõto mari nomẽ dedit Ab ordine fluenti·ꝓpontidis. Nam dictũ propontum·q̃a pontum preuenit Idem & a transitu·vel an/ gustis meatibus boum bosforus. Egiptius autẽ pelagus asie

datus·gallicus europe·affricus libie·his ut queq; proxima ſunt venerunt in partes. Pelagus autem eſt latitudo maris ſine li/tore & portu·graeco nomine a potoplagia·hoc eſt a latitudine dictum. Vnde & plagia q: ſint importuoſa

De. Sinibus maris Ca·xvi

SInus dicunt maiores receſſus maris·ut in mari mag/no ionius·in oceano caſpius·indicus·perſicus·arabi/cus·qui & mare rubrum·qui oceano aſcribitur Ru/brum autem mare vocatum·eo q: ſit roſeis vndis infectum·nō tamen talem naturam habet·qualem videtur oſtendere·ſed vi/cinis littoribus viciatur gurges atq; inficitur·quia omnis terra que circumſtat pelago rubra eſt·& ſanguineo colori proxima. Ideoq; inde minium acutiſſimum excerpitur·et alii colores qui/bus pictura variat. Ergo cum terra hanc habeat naturā flucti/bus ſubinde diluitur·& quicquid adheſum eſt in colorē cadit. Ob hoc &iam in his litoribus gemme rubre inueniuntur·lapil/lus enim huiuſmodi humo inuolutus·cum inter harenas attri/tus eſt·& terre colorem habet & maris Hoc mare in duos ſi/nus ſcinditur·ex his qui ab oriente eſt perſicus appellatur·quia ora illius perſe inhabitant. Alter vero arabicus dicitur·q: ſit cir/ca arabiam De. Eſtibus et fretis Ca·xvii

EStus ad oceanum pertinet·fretum ad vtrumq; mare Nam eſtus maris acceſſus vel receſſus·id eſt inquie/tudo. Vnde & eſtuaria per que mare viciſſim tā acce/dit q̄m recedit Fretum autem appellatum·q: ibi ſemper mare ferueat. Nam fretum eſt anguſtum & quaſi feruēs mare. ab vn/darum feruore nominatum·ut gaditanum vel ſiculum. Nā fre/ta dicta varro ait quaſi feruida id eſt feruētia & motū feruoris habentia. Fretum ſicilie quod regium dicit̄·ſaluſtius tali ex cauſa vocari ſcribit dicens. Italie olim ſiciliam coniunctā fuiſſe & dum eſſet vna tellus medium ſpaciū·aut per humiditatē ab/ruptum eſt aquis·aut per anguſtiā ſciſſum·& inde regiū appel/latū·quia grece abruptū hoc noīe nūcupatur. Eſt aūt artiſſimū trium miliū ſpacio: ſiciliam ab italia diuidens·fabuloſis infamie monſtris·quibus hinc inde ſcilla & caribdis oſtenditur Scil/lam accole ſaxum mari imminens appellāt·ſimile celebrat: for/me procul videntibus. Vnde & monſtruoſam ſpeciem fabule illi dederunt·quaſi formā hominis capitibus ſuccinctā caninis

quia collisi ibi fluctus latratus videntur exprimere Caribdis dicta quod gurgitibus occultis naues absorbeat. Est enim mare verticosum & inde ibi laniata naufragia profundo emergunt. Ter autem in die erigit fluctus & ter absorbet. Nam accipit aquas ut vomat vomit ut rursus accipiat Sirtes sunt arenosa in mari loca. Sirtes autem salustius a tractu vocari dicit quod oia ad se trahat & appropinquantes vadoso mari hereant. He autem ad mare egiptium vicine sunt et pariter admiscentur Vada vero sunt per que in mari vel in fluminibus homines vel animalia pedibus vadunt que virgilius breuia appellat greci bracia

De. Lacis & Stagnis Ca.xviii

Sunt autem quedam maria que non miscentur oceani fluctibus aut mari magno & dicuntur lacus & stagna. Lacus e receptaculum in quo aqua retinet nec miscetur fluctibus ut lacus asfalti lacus benacus & larius & ceteri quem greci limen id est stagnum vocant. Nam fontes labuntur in fluuiis flumina in freta discurrunt lacus stat in loco nec pfluit. Et dictus lacus quasi aque locus Lacus asfalti idem & mare mortuum vocatum propter quod nichil gignit viuum nichil recipit ex genere viuentium. Nam neq pisces habet neq assuetas aquis & letas mergendi vsu patitur aues. Sed & quecunq viuentia mergenda temptaueris quacunq arte dimersa statim resiliunt & qmuis vehementer illisa confestim excutiuntur. Sed neq ventis mouetur resistente turbinibus bitumine quo aqua omnis stagnatur neq nauigatiois patiens est quia omnia vita carentia in profundum merguntur nec materiam vllam sustinet nisi que bitumine illustratur lucernã accẽsam ferũt supernatare extincto lumine dimergi Hoc et mare salinarium dicitur siue lacus asfalti id est bituminis. Et est in iudea inter hiericho & zoaran. Longitudo eius vsq ad zoaras arabie dirigitur stadiis septingentis octoginta. Latitudo stadiis centum quinquaginta vsq ad viciniam sodomorum Lacus tiberiadis ab oppido tiberiadi vocatus quod quondã herodes in honorem tiberii caesaris condidit. Est autem in iudea omnibus lacis salubrior et ad sanitatem corporum quodãmodo efficatior. Genesar lacus amplissimus in iudea longitudine centum quadraginta extenditur stadiis pro sui autem latitudine quadraginta numero stadiis diffundit. Crispãtibus siquidẽ

aquis aurã non ventis ſed de ſeipo ſibi excreãs. Vnde & geneſar dicitur graeco vocabulo· quaſi generans ſibi auram. Deniq; per diffuſiora ſpacia lacus frequentibus auris ſpirantibus agitatur. Vnde & purior hauſtus eius· & ad potãdum dulcis & habilis

Venacus lacus italie in venecia· de quo fluuius naſcit̃ mincius· qui lacus magnitudine ſui tempeſtates imitatur marinas

Lucrinus & auernus lacus campanie ſunt. Lucrinus autem dictus· quia olim propter copiam piſcium vectigalia magna preſtabat Auernus autem lacus vocatus· ꝙ aues ibi ſuperuolitare nõ poſſint. Nam antea ſiluarum denſitate ſic ambiebatur· ut exhalantes inde per anguſtias aque ſulphuree fetor grauiſſimus ſuperuolantes aues halitu ſuo necaret· quã rem auguſtus ceſar intelligens· deiectis ſiluis· ex peſtilentibus amena reddidit loca. Lacus autem idem eſt & ſtagnum· vbi immenſa aqua conuenit. Nam dictum eſt ſtagnum· ab eo ꝙ illic aqua ſtet nec decurrat

De. Abiſſo Ca·xviiii

ABiſſus profunditas eſt aquarum impenetrabilis· ſiue ſpelunce aquarum latentium· e quibus fontes & flumina procedunt· vel que oculte ſubtereunt. Vnde et abiſſus dictus. Nam omnes aque ſiue torrentes per ocultas venas ad matricem abiſſum reuertuntur Fluctus dicti ꝙ flatibus fiant. Ventorũ enĩ impulſu agitate aque fluctuãt Aqua eſt ſtatiua· & ſine motu equalis. Vnda vero eminens liquor qui ſemper in motu eſt. Lucrecius. Aerias vndas· id eſt motus & corpus illud quod refluctuat. Nam nec vnda per ſe aqua eſt ſed aqua in motu quodam & agitatione· quaſi ab eundo & redeundo vnda vocata eſt. Latex proprie liquor fontis eſt. Et dictus latex· ꝙ in venis terre lateat Gutta eſt que ſtat Stilla que cadit. Hinc & ſtillicidium· quaſi ſtilla cadens. Stiria enim grecum eſt id eſt gutta. Inde fit diminutiuum ut dicamus ſtilla. Dum autẽ ſtat aut pendet de tectis vel arboribus quaſi glutinoſa gutta eſt· dum ceciderit ſtilla eſt. Spuma dicta· ab eo ꝙ ſpuatur· ſordes enim ſunt vndarum. Vnde & muſtum et ea que coquuntur ſpuma vel ſtilla purgantur. Hinc et ſputum

De. Fluminibus Ca·xx

FLuuius eſt perennis aquarũ decurſus· a fluendo perpetim dictus. Proprie autem flumẽ ipa aqua· fluuius curſus aque· prius autem flumen q̃m fluuius

id est prior aqua q̃m decursus. Duo sunt autem fluminum genera · vnum torrens · alterum viuum. De quo virgilius. Donec me flumine viuo abluero Torrens est aqua veniens cum impetu. Dictus autem torrēs · quia pluuia crescit · siccitate torrescit id est arescit. De quo pacubius. Flammineo vapore torrens torret · cui greci ab hieme nomen dederunt · nos ab estate · illi a tempore quo succrescit · nos a tempore quo siccat̃ Amnis fluuius est nemore ac frondibus redimitus. Et ex ipa amenitate amnis vocatus. Decursus proprie finis cursus · siue aquarum sit · seu quarumlibet rerum Riui dicti ꝙ deriuentur ad irrigandum id est ad inducendum aquas in agris. Nam irrigare inducere ē.

Gurges proprie locus altus in flumine. Puteus est locus diffossus ex quo hauritur aqua · a potatione dictus Fons caput aque est nascentis · quasi aquas fundens Quidam autem fluuiorum propriis ex causis nomina acceperunt · ex q̄bus nō nulli notandi sunt · q in historiis celebres memorantur Geon fluuius de paradiso exiens · atq; vniuersam ethiopiam cingens · vocatus hoc nomine · ꝙ incremento sue inundationis terram aegipti irriget. Ge enim grece latine terram significat Hic apud aegiptios nilus vocatur · propter limum quem trahit · qui efficit fecunditatem. Vnde et nilus dictus est quasi Nā antea nilus latine melo dicebatur. Apparet autem in nili de lacu de quo in meridiem versus excipitur egipto · vbi aquilonis flatibus repercussus aq̄s retro luctantibus intumescit · & inundationem aegipti facit Ganges fluuius · quē phison sancta scriptura cognominat · exiens de paradiso pergit ad indiae regiones. Dictus autem phison · id est caterua · quia decem fluminibus magnis sibi adiunctis implebitur & efficitur vnus. Ganges autem vocatus a rege gangaro indie. Fertur autem nili modo exaltari · & super orientis terras erumpere Tigris fluuius mesopotamie · de paradiso exoriens · & pergens cōtra assirios · & post multos circuitus in mare mortuum influens. Vocatus autem hoc nomine propter velocitatē instar bestie tigridis nimia pernicitate currentis Eufrates fluuius mesopotamie de paradiso exoriens · copiosissimus gemmis · qui per mediam babiloniam influit. Hic a frugibus vel ab vbertate nomen accepit. Nam hebraice eufrata fertilitas interpretatur. Mesopotamiam etenim in quibusdam locis ita irrigat · sicut & nilus alexandriā. Salustius

autem auctor certissimus asserit tigrin & eufraten vno fonte manare in armenia· qui per diuersa euntes longius diuiduntur spacio medio relicto multorum milium· que tamen terra quae ab ipis ambitur mesopotamia dicitur. Ex quo hieronimus aniaduertit aliter de paradisi fluminibus intelligendū Indus fluuius orientis· qui a mari rubro accipitur Istaspes fuit me/dorum rex antiquissimus· ex quo amnis orientis nomen acce/pit· qui nūc idaspes dicit̄. De quo lucanus. Qua niseus idaspes Accedunt pelago phebi surgentis ab igne. Iam ꝓpior q̄m persis eram. Qui dum sit fluuius persarum dicitur tamen contra ori/entem decurrere Araris fluuius germanie. De quo virgilius. Aut ararim parthus bibet· aut germania tigrim. Currit eni per parthiam & assiriam Bactrus fluuius orientis· a rege bactro vocatus fert̄· a quo & bactriani & vrbs eorum. Coaspis flu/uius persarum vocatus eorum lingua· ꝙ miram aque dulcedi/nem habeat· adeo ut persici reges q̄mdiu inter ripas persidis fue rint· sibi ex eo pocula vendicarint. Ex hoc amne quidam cidnū cilicie fluuium deriuari existimant. Araxis amnis armenie· qui ab vno monte cum eufrate diuersa specie oritur. Dictus ꝙ rapacitate cuncta prosternat. Vnde & cum alexander eū trans/gredi vellet ponte fabricato· tanta vi inundauit· ut pontē dirue/ret. Hic breuibus interuallis ab eufratis ortu caput tollit· ac dein de caspium fertur in mare Fluuius sirie qui vocatur orontes iuxta antiochie muros decurrens· qui a solis ortu oriens· nō lon ge ab vrbe mari conditur· quem de originis sui tractu oriētem veteres latine appellauere. Cuius fluentis ex ipo impetu frigidi/oribus & zephiris assidue ibi spirantibus tota ciuitas momētis prope omnibus refrigerat̄. Iordanis iudee fluuius a duobus fontibus nominatus· quorum alter vocatur ior· alter dan. His igitur procul a se distantibus in vnum alueum federatis· iorda/nis deinceps appellatur. Nascitur autem sub libano monte· & diuidit iudeam & arabiā· qui per multos circuitus iuxta iericho in mare mortuum influit. Eusis caucaseis montibus fusus cum pluribus aliis in eusinū se precipitat mare· vnde & nūcu/pat̄ Cignus amnis sicilie· q a tauro monte progrediens· mirā aquarū habens suauitatem· & q a q cquid candidum est· cignū gentili lingua siri dicunt. Vnde cigni amni hinc nomen datū est· quia tumet aestate quando niues soluuntur· reliquis anni

temporibus tenuis est & qetus Ilas fluuius asie Pactolus fluuius asie·arenas aureas trahēs. De quo virgilius. Pactolusq; irrigat auro· quem pro aurato fluore aliter crisortiam vocant.

Erinus fluuius asie·qui smirneos secat campos·& ipe fluctibus aureis & harenis plenus·a quo & smirna vocata est Meander amnis asie flexuosus· qui recurrentibus ripis inter asiam & ioniam precipitatur in sinu qui miletum diuidit & prienā. Meander aūt vocatus·q̄ sit flexuosus & nunq̄m currat rectus De quo ouidius. Quiq; recuruatus ludit meāder ī vndis Tanus fuit rex scitarum primus· a quo tanais fertur fluuius nuncupatus·qui ex ripheis siluis veniens·dirimit europam ab asia inter duas mundi partes medius currens·atq; in pontū fluens.

Inacbus achaie amnis·argolicos irrigans campos· quem rex inacbus a se nomīauit·qui exordium argiue gentis primus dedit Ibi est & erimantus ab erimanto monte dimissus. Padus italie fluuius·a iugis alpium fusus·ex tribus fontibus orit̄· ex quibus vni vocabulum padus·qui diffusus in modū stagni amnem sinu dirigit· a quo & padus est nuncupatus. Hic a grecis eridanus cognominatur·ab eridano solis filio·quem phetontem dicūt·qui fulmine percussus· in eodem fluuio deiectus est & extinctus. Augetur autem exortu canis· liquescentibus niuibus· & cum accessione·xxx·fluminum circa rauennam in adriaticum mare defertur Tiberis italie fluuius·a tiberino regē albanorum dicitur appellatus qui in hunc fluuium cecidit· & de exitu suo nomen dedit. Nam antea albula antiquum nomen a colore habuit·q̄ niuibus albus sit. Ipe est autem tibris q. & tiberis·sed tiberis in quottidiano sermone tibris in versu dicitur Danubius germanie fluuius· vocari fertur a niuium copia·a quibus magis augetur. Iste est qui in europa plus omnibus famam habet. Idem & hister· quia dum per innumeras vadit gētes mutat & nomen·& maiores sibi ambiendo colligit vires. Oritur a germanicis iugibus & occidentalibus partibus barbarorum· pergens contra orientem· sexaginta in se fluuios recipit·septem ostiis in pontum influit Rhodanus gallie fluuius ab oppido rhodo cognominatus·quem coloni rhodio vocauerunt·qui rapido concitus cursu·tirrheni equoris freta scindens·non modicū sepe nauigātiū facit periculum·dum inter se maris fluctus & amnis fluenta decertant Rhenus a rhodani

Danubius

ſocietate fertur vocatus· quoniam cum eo dem ex vna ꝓuincia oritur. Eſt auté germanie fluuius inter tres europae maximos fluuios computatus· qui a iugo alpium vſq; in oceani ꝓfunda curſus ſuos dirigit Hiberus amnis qui quondam toti hiſpa/nie nomen dedit Mineus fluuius gallicie· nomé a colore pig/menti ſumpſit· qui in eo plurimus inuenit. Durius a grecis quaſi doricus cognominatus. Tagum fluuiū tartago hiſpa/nie nuncupauit· ex qua ortus ꝓcedit fluuius harenis aureis vel auriferis copioſus· et ob hoc ceteris fluuiis hiſpaniarū prelatus

Betis fluuius qui & boecie prouincie nomen dedit. De quo marcialis. Betis olifera crinem redimite corona. Aurea q nitidis vellera tinguis aqs. Eo ꝙ ibi lane filaq; pulcro colore tinguunt Betis autem dictus· eo ꝙ humili ſolo decurrat. Betin enim greci humile vel merſum dicūt. Quedam autem flumina in diluuio ſoluta· mole terrarum recluſa ſunt· quedam vero que non erant abiſſi tunc ruptis meatibus eruperūt De. Diluuiis Ca. xxi

Diluuium dictum· ꝙ aquarum clade omia que inun/dauerit deleat. Primum diluuium extitit ſub noe· quando hominum ſcéleribus offenſus omnipotens toto orbe contecto· deletis cunctis· vnū ſpaciū celi fuit ac pelagi Cuius hactenus indiciū videmus in lapidibus· quos in remo/tis montibus conchis & oſtreis concretos· ſepe & iam cauatos aquis viſere ſolemus Secundum diluuium fuit in achaia· ia/cob patriarche & ogigi téporibus· qui eleuſine conditor & rex fuit· nomenq; loco & tempori dedit Tercium diluuiū in the/ſalia· moiſi vel amphitrioni temporibus fuit· qui tercius poſt cecropem regnauit. Cuius temporibus aquarum illuuies ma/iorem partem populorū theſalie abſumpſit· paucis per refugia montium liberatis· maxime in mōte parnaſo· in cuius circuitu deucalion tunc regno potiebatur· qui tunc ad ſe ratibus confu/gientes· ſuſceptos per gemina parnaſi iuga· fouit & aluit. A quo propterea genus hominū grecorū fabule ex lapidibus reparatū ferunt ab eo· propter hominū inſitam cordis duriciam. Sed & flumia cum inſolitis aucta imbribus vltra conſuetudinem diuturnitatem vel magnitudinem redundant· multaq; proſter/nunt· & ipa diluuium dicuntur. Sciendum autem flumina cum ſupra modum creſcunt· non tantum ad praeſens inferre damna· ſed etiam aliqua ſignificare futura Finit liber· xiii·

LIBER · QVARTVSDECIMVS · DE TERRA · INCIPIT · FOELICITER

Ca·I·

TERRA · EST · IN · MEDIA · MVNDI · REGIONE · POSITA · OMNIBVS · PARTIBVS · CELI · IN MOdum centri equali interuallo consistens· q in singulari numero totum orbem significat· plurali vero singulas partes· cuius nomina diuersa dat ratio. Nam terra dicta a superiori parte qua terit. Humus ab inferiori· vel humida terra ut sub mari. Tellus autem q fructus eius tollimus· Haec et ops dicta· eo q opé fert frugibus. Eadem & arua· ab arando & colendo vocata. Proprie autem terra ad distinctionem aque arida nuncupatur· sicut scriptura ait q vocauerit deus terram aridam. Naturalis enim proprietas siccitas est terre. Nam ut humida sit hoc aquarum affinitate sortit. Cuius motu alii dicunt· ventum esse in concauis eius· q motus eam mouet. Salustius· venti per concaua terre precipitati rupti aliquot montes tumuliq sedere. Alii quam dicunt generalem in terris moueri & eas simul concutere sicut vas· ut dicit lucretius. Alii sfungo eandem terram vocant· cuius plereq latentes ruine superposita cuncta concutiunt. Terre quoq hiatus aut motu aque inferioris fit· aut crebris tonitruis· aut de concauis terre erumpentibus ventis·

De. Orbe· Ca·ii.

ORbis a rotunditate circuli dictus· quia sicut rota est. Vnde breuis etiam rotella orbiculus appellat· vndiq enim oceanus circumfluens eius in circulo ambit fines diuersos. Diuisus est autem trifarie· ex quibus vna ps asia· altera europa· tercia affrica que libia nuncupatur. Quas tres partes orbis veteres nó equaliter diuiserút. Nam asia a meridie per orientem vsq ad septentrionem peruenit. Europa vero a septentrione vsq ad occidenté peruenit. Atq inde affrica ab occidente vsq ad meridiem. Vnde euidenter orbem dimidium due tenét· europa & affrica· alium vero dimidium sola asia. Sed ideo iste due partes facte sunt· q a inter vtramq ab oceano mare magnú ingredit· quod eas intersecat. Quapropter si in duas partes oriétis & occidentis orbem diuidas· asia erit in vna· in altera vero

europa & affrica



De. Aſia & eius partibus Ca. iii.

ASia ex noie cuiuſdã mulieris eſt appellata· que apud antiquos imperiũ orientis tenuit. Hec in tercia orbis parte diſpoſita· ab oriente ortu ſolis·a meridie·oceão·ab occiduo noſtro mari finitur· a ſeptentrione meotbide lacu & tanai fluuio terminatur. Habet autem prouincias multas et regiones·quarũ breuiter nomina et ſitus expediam·ſumpto initio a paradiſo Paradiſus eſt locus in orientis partibus conſtitutus· cuius vocabulum ex greco in latinum vertitur ortus. Porro hebraice eden dicitur·quod in noſtra lingua delicie interpretaᵗ· quod vtrumqꝫ iunctum facit ortum deliciarum·eſt enim omni genere ligni & pomiferarum arborum conſitus habens· etiam lignum vite. Non ibi frigus· non eſtus· ſed perpetua aeris temperies·e cuius medio fons prorumpens·totum nemus irrigat· diuiditurqꝫ in quatuor naſcentia flumina. Cuius loci poſt peccatum hominis aditus interclusus eſt. Septus eſt eni vndiqꝫ romphea flammea·id eſt muro igneo accinctus· ita ut eius cũ caelo pene iungatur incendium. Cherubin quoqꝫ id eſt angelorum preſidium arcendis ſpiritibus malis ſuper romphee flagrantiã ordinatum eſt·ut homines flamme·angelos vero malos angeli boni ſubmoueãt·ne cui carni vel ſpiritui tranſgreſſionis aditus paradiſi pateat. India vocata ab indo flumine· quo ex parte occidentali clauditur. Haec a meridiano mari porrecta vſqꝫ ad ortum ſolis· & a ſeptentrione vſqꝫ ad montem caucaſum peruenit·habens gentes multas & oppida· inſulam quoqꝫ taprobane gemmis & elephantibus refertam. Criſam & argiram auro argentoqꝫ fecundas·vtilem quoqꝫ arboribus foliis nunq̃m carentibus. Habet & flumina gangen & nidan & idaſpen illuſtrantes indos. Terra indie fauonio ſpiritu ſaluberrima. In anno bis

mittit fruges·vicē hiemis & estatis patit.Gignit autē tincti co
loris homines· elephātes ingentes·monoceron bestiam·psitacū
auem·ebenum quoq; lignum·& cinnamum· & piper·& cala/
mum aromaticum.Mittit & ebur·lapides quoq; preciosos· be/
rillos·crisoprassos·& adamantem·carbunculos·lignites·marga/
ritas· & vniones· quibus nobilium feminarum ardet ambitio·
Ibi sunt & montes aurei·quos adire propter dracones & grifes
et immensorum hominum monstra impossibile est. Parthia
ab indie finibus vsq; ad mesopotamiam generaliter nomiatur·
propter inuictam enim virtutem parthorum & assiria & reliq
proxime regiones in eius nomen transierunt. Sunt enim in ea
aracusia·parthia·assiria·media·& persida·que regiones inuicem
sibi coniuncte initium sibi á dindo flumine sumunt·tigri clau/
duntur· locis montuosis & asperioribus site· habentes fluuios
idaspen & ararim.Sunt enim inter se finibus suis discrete·noia
a propriis auctoribus ita trahentes. Aracusia ab oppido suo
nuncupatur Parthiam parthi ab scithia venientes occupaue/
runt·eamq; ex suo nomine vocauerunt.Huius a meridie rubrū
mare est·a septentrione hircanum salum·ab occidua solis plaga
media.Regna in ea decem & octo sunt· porrecta a caspio litore·
vsq; ad terras scitharum Assiria vocata ab assur·filio sem·qui
eam regionem post diluuiū primus incoluit. Haec ab ortu in/
diam·a meridie mediam tangit·ab occiduo tigrim·a septentrio
ne montem caucasum·vbi porte caspie sunt.In hac regione pri/
mum inuentus est vsus purpure.Inde primum crinium & cor
porum vnguenta venerunt et odores·quibus romanorum atq;
grecorum effluxit luxuria. Media & persida a regibus medo
& perso cognominate sunt·qui eas puincias bellando aggressi
sunt.Ex quibus media ab occasu transuersa·parthia regna am/
plectitur·a septentrione armenia circumdatur· ab ortu caspios
videt·a meridie persidam. Huius terra medicā arborem gignit·
quam alia regio minime parturit.Sunt autē medie due· maior
et minor Persida tendens ab ortu vsq; ad indos·ab occasu ru
brum mare habet·ab aquilone vero mediā tangit· ab austro ar/
meniam·que persidie annectitur·quibus est susa oppidum no/
bilissimum. In persida primum orta est ars magica·ad quam
nemroth gigas post confusionem linguarum abiit·ibiq; persas
ignem colere docuit. Nam omēs in illis partibus solem colunt

qui ipsorum lingua el dicitur. Mesopotamia grecam ethimologiam possidet· q duobus fluuiis ambiatur. Nam ab oriente tigrim habet·ab occidente eufraten. Incipit autem a septentrióe inter montem taurum & caucasum· cuius a merdie sequit babilonia·deinde chaldea·nouissime arabia. Eodemon é babilonice regionis caput. Babilon vrbs est a qua nuncupata tam nobilis·ut chaldea·& assiria. Et mesopotamia in eius nomen aliquando transierint. Arabia appellata id est sacra. Hoc enim significari interpretat̃·eo q sit regio thurifera·odores creãs. Hic eã greci eodemó nrĩ beatã noĩauerũt·ĩ cuiꝰ saltibꝰ mirra ꝓueit. Ibi nascit̃ auis fenix·sardonix géma·& hiris melocides·& podorata ibi inuenitur. Ipsa est & saba appellata·a filio chus qui núcupatus est saba Haec autem angusto terre tractu ad orientem versus ad persicum sinũ extenditur. Cuius septentrionalia chaldea claudit·occasum sinus arabicus Siriam quidam perhibet̃ indigena a suo vocabulo nuncupasse. Haec ab oriente fluuio eufrate·ab occasu mari nostro et egipto terminatur·habẽs a septentrione armeniam & capadociam· a meridie sinum arabicu. Situs eius porrectus in immensam longitudinem· in lato angustior. Habet autem in se prouincias commagenam·feniceã· & palestinam. Cuius pars est in iudea absq; sarracenis & nabatheis. Commagena prima prouincia sirie·a vocabulo cõmage vrbis nuncupata· que quondam ibi metropolis habebatur. Huius é a septentrióe mesopotamia·a meridie sirici· ab occasu mare magnum. Fenix cathmi frater de thebeis egiptiorũ in siriam profectus apud sidonem regnauit· eamq; ꝓuinciã ex suo nomine feniciam appellauit. Ipsa est vbi tirus est·ad qué esaias loquitur. Habet autem ab oriente arabiam·a meridie mare rubrum Palestina prouincia philistim vrbem metropolim habuit· que nunc dicitur ascolon· ex qua ciuitate omnis circa eam regio palestina est nuncupata. Huius ab oriente mare rubrum occurrit. A meridiano latere iudea excipitur. A septentrionali plaga tiriorum finibus clauditur. Ab occasu egiptio limite terminatur. Iudea regio palestine·ex nomine iude appellata·ex cuius tribu reges habuit. Haec prius chanaan dicta est a filio cham·siue a decem chananeorum gentibus·qbus expulsis eandem terram iudei possederũt. Initium longitudinis eius a vico arsa vsq; ad vicum iuliadem porrigitur·in quo iudeorũ pariter

ac tiriorum communis habitatio est. Latitudo autē eius a mōte libani vsq; ad tiberiadis lacum extenditur. In medio autē iudee ciuitas hierosolima est quasi vmbilicus regiōis vel tocius terre· variarum opum diues· frugibus fertilis· aquis illustris· opima balsamis. Vnde secundum elementorum gratiam estimauerūt iudei eam promissam patribus terram fluentem lac & mel· cū hinc illis deus resurrectionis prerogatiuam polliceretur. Sa/maria regio palestine· ab oppido quodam nomē accepit· quod vocabatur samaria ciuitas quondam regalis in israhel· que nūc ab augusti nomine sebastia nuncupatur. Hec regio inter iudeā & galileā media iacet· incipiens a vico cui nomen est eleas· defi/ciens in terra acrabaico. Situs eius natura ɔsimilis nec vllo differens a iudea Galilea regio palestine· vocata q: gignat candidi/ores homines q̄m palestina. Haec autem duplex est superior et inferior. Sibi tamen cōnexe sirie & fenici adherentes. Terra earū opima & ferax & fructibus satis fecunda. Pentapolis regio in confinio arabie & palestinae sita. Dicta a quinq; ciuitatibus impiorum· quae celesti igne consumpte sunt· terra amplius ab hierosolimis olim vberrima· nūc autem deserta atq; exusta. Nā pro scelere incolarum de caelo descēdit ignis qui regionē illam in cineres eternos dissoluit. Cuius vmbra quedam & species in fauillis & in arboribus ipis &iam adhuc videtur. Nascunt enī ibi poma virentia sub tanta specie maturitatis· ut edendi deside/rium gignant· si carpas fatiscunt ac resoluuntur in cinerem· fu/mumq; exhalant· quasi adhuc ardeant. Nabathea regio a na/baioth filio ismahel nuncupata· iacet autem inter iudeam & arabiam. Et surgens ab eufrate in mare rubrum porrigitur· & est pars arabie Egiptus que prius aeria dicebatur ab agipto dā/nai fratre postea regnante ibi nomen accepit. Hec ab oriēte sirie ac rubro mari coniuncta· ab occasū libiam habet· a septentrione mare magnum· a meridie vero introrsus recedit· pertēdens vsq; ad ethiopiam. Regio celi himbribus insueta· et pluuiarū ignara Nilus solus eam circumfluens irrigat· & inundatione sua fecū/dat. Vnde & ferax frugibus multam partem terrarum frumēto alit· ceterorum quoq; negociorum adeo copiosā· ut impleat ne/cessariis mercibus &iam orbem terrarum. Finis egipti canopea a canope menelai gubernatore sepulto in ea insula· que libie prī/cipium· & ostium nili facit. Seres oppidum orientis· a quo

& genus sericum & regio nũcupata est. Haec ab scithio oceano et mari caspio ad oceanum orientalem inflectit̃ nobilibus frondibus fertilis· a q̃bus vellera decerpuntur· que ceterarũ gẽtium seres ad vsum vestium vendunt Bactrie regioni ꝓprius amnis bactrus vocabulum dedit. Partes eius que plene sunt pro/pansis iugis ambiuntur· que aduerse sunt indie fluuii fontibus terminantur· reliqua includit occus fluuius. Mittit bactria fortissimos camelos nunq̃m atterentes pedes Scithia sicut et gothia a magog filio iaphet fertur cognomĩata. Cuius terra olim ingens fuit. Nam ab oriente indi a· a septentrione per paludes meotides inter danubium & oceanum vsq; ad germanie fines porrigebatur. Postea vero minor effecta a dextra orientis parte qua oceanus siricus tenditur vsq; ad mare caspium quod est ad occasum. Dehinc a meridie vsq; ad caucasi iugum deducta est. Cui subiacet hircania ab occasu habens pariter gentes multas· propter terrarum infecunditatem late vagantes· ex quibus quedam agros incolunt· quedam portẽtuose ac truces carnibus humanis & eorum sanguine viuunt. Scithie plures terre sunt locupletes· inhabitabiles tamen plures. Nam dum in plerisq; locis auro & gemmis affluant· griphorum immanitate accessus hominum rarus est. Smaragdis autem optimis hec patria est. Cianeus quoq; lapis & cristallus purissimus scithie est. Habet & flumina magna oscorum & phasiden atq; araxen. Hircania dicta a silua hircana que scithie subiacent· habens ab oriẽte mare caspium· a meridie armeniam· a septentrione albaniam· ab occasu biberiã. Est autem siluis aspera copiosa immanibus feris· tigribus pantherisq; ac pardis. De qua virgilius. Hircaneq; admorunt vbera tigres Albania a colore populi nuncupata· eo q̃ albo crine nascantur. Haec ab oriente sub mari caspio surgẽs per ora oceani septentriõalis vsq; ad meotides paludes ꝑ deserta & inculta extenditur. Huic terre canes ingentes sunt· tãteq; feritatis ut tauros premant· leones perimant Armenia nũcupata ab armeno iasonis thessali comite· qui amisso rege iasone· collecta multitudine eius passim que vagabatur armeniam cepit· & ex suo nomine nuncupauit. Sita est autem inter taurum & caucasum a capadocia vsq; ad caspium mare protensa· habens a septentrione ceraunios mõtes· ex cuius collibus tigris fluuius nascitur· & in cuius montibus archa post diluuium resedisse

perbibetur.Duplex est autẽ armenia·superior & inferior· sicut due pannonie Hiberia regio asie est prope pontum armenie iuncta.In hac herbe tincture vtiles nascũtur Capadociã vrbs propria nominauit. Haec in capite sirie sita ab oriente armeniã tangit·ab occasu asiam minorem·ab aquilone mare cimericum & hemescericos campos quos habuere amazones·a meridie vero taurum montem·cui subiacet cilicia & ysauria vsq; ad cilicũ sinum qui spectat contra insulam ciprum.Terra eius ante alias nutrix equorum. Alis amnis per eam fluit·qui quõdam libie regna disiunxit a persis Asia minor ab oriente capadocia cingitur·ab aliis partibus vndiq; mari circumdatur. Nam a septẽtrione pontum eusinum habet·ab occasu propontidem·a meridie egiptium mare.Habet prouincias bithiniam·frigiã· galaciã· lidiam· cariam·pamphiliam· & ysauriam·liciam atq; ciliciam. Prima asie minoris bithinia in ponti exordio ad solis orientis partem aduersa tracie iacet·multis antea nominibus appellata. Nam prius beritia dicta.Deinde migdonia·mox a bithinio rege bithinia nũcupata. Ipsa est & maior nicomedia·in ea ẽ vrbs vbi hannibal fugiens veneni haustu animam expirauit. Galacia dicta a priscis gallorũ gentibus a quibus extitit occupata Nam galli in auxilium a rege bithinie euocati regnum cum eo peracta victoria diuiserũt· sicq; deinde grecis admixti primum gallogreci· nunc ex antiquo gallorum nomine galathe dicunt· & eorum regio galacia nuncupatur Frigia dicta a frigia europis filia.Hec et dardania a dardano iouis filio dicta.De quo Homerus ait. Quem primũ genuit celesti iupiter arce. Hic enĩ profectus de corintho ciuitate primus venit in frigiam.Est autem regio troadi superiecta· ab aquilonis parte galacie·a meridiano vicina est licaonie· ab oriente lidie adheret· ab occidente hellesponto mari terminatur.Huius regio troia est·quã ex suo nomine appellauit tros troianorum rex ganimedis pater. Due sunt autem frigie maior & minor. Maior frigia smirnã habet· Minor vero ilium licaoniã. Cariam erinus fluuius discernit a frigia. Lidia sedes antiqua regum·quã pactoli vnda extulit in diuicias in torrentibus aureis.Haec antea meonia dicebatur que dum pro breuitate duos fratres reges lidum & tirrhenum ferre non posset· hinc ex sorte tirrhenus cum ingenti multitudine profectus·loca gallie occupauit· & tirrheniam nuncupauit.

Lidia autem a lido regis fratre qui in prouincia remanserat cognominata est. Coniungitur ab occidente minori frigie· ab ortu smirnam vrbem habet· quam belles fluuius cingit. Cuius campos pactolus & erinus circumfluunt· harenis aureis ditissimi. Pamphilia ysauria ex situ loci perhibetur cognominata· q vndiq; aperta aurarum flatibus pateat Metropolim vrbem seleuciam habet Cilicia a cilicie quodam nomē traxit· quem ortu fenice dicunt antiquioremq; ioue fuisse asserunt. Plurima iacet campis recipiens ab occiduo liciam· a meridie mare persicū a tergo montis thauri iuga. Hanc cignus amnis intersecat· matrem vrbium habet tharsum. In ea coriscos oppidum est· vnde & crocum plurimum & optimum venit spiramine flagrātius & colore pulcrius auro Licia nuncupata q ab oriēte iuncta cilicie sit. Nam habet ab ortu ciliciā· ab occasu & meridie mare a septentrione cariam. Ibi est & mons chimera· qui nocturnis aestibus ignem exhalat· sicut in sicilia ethna· & vesenus in campania

De. Europa & eius partibus Ca· iiii

Post asiam ad europam stilus vertendus est. Europa qppe agenoris regis libie filia fuit· quā iouis ab affrica raptam cretam aduexit· & terciā partem orbis ex eius nomie appellauit. Iste autem est agenor libie filius ex qua & libia id est affrica fertur cognominata. Vnde & apparet pus libiam accepisse vocabulum· postea europā. Europa autem in terciam partem orbis diuisa incipit a flumine tanais· descēdēs ab occasu per septentrionalem oceanum vsq; ad fines hispanie· cuius pars orientalis & meridiana a ponto consurgēs tota mari magno coniungitē· & in insulis gadibus finitē. Prima europe regio scithia inferior· que a meotidis paludibus incipiēs inter danubium & oceanum septentrionalem vsq; ad germaniā porrigitur· que terra generaliter propter barbaras gentes quibus inhabitatur barbarica dicitur. Huius pars prima alania est· que ad meotidas paludes pertingit. Post hanc dacia vbi & gocia· deinde germania· vbi plurimam partē sueui incoluerūt Germania post scithiam inferiorem a danubio inter rhenum fluuium oceanumq; conclusa cingitur a septentrione & occasu oceano· ab ortu vero danubio· a meridie rheno flumine dirimitur· terra diues virum· ac populis numerosis & immanibus. Vnde & propter fecunditatem gignendorum populorum germania

dicta est. Gignit aues hircanias quarum penne nocte perlucent Visontes quoq; feras & vros atq; alces parturit. Mittit & gemmas christallum & sucinum · callaicū quoq; viridem · & ceraunium candidum. Due sunt autem germanie superior iuxta septentrionalem oceanum · inferior circa rhenum. Prouincias autē quas danubius a barbarico ad mediterraneum mare secludit prima est misia a messium prouentu vocata. Vnde & eam veteres cereris horreum nuncupabant. Hec autem ab occidente hostiis danubii iungitur · ab euro vero tracie · a meridie macedoniae · ab occasu histrie copulat̄. Post misiam autem pannonia est. Inde noricus ager frigidus & parcius fructuosus. Post quem rheticus ferax frugibus · qui excipit galliam belgicam Tracie tiras iaphet filius veniens nomen dedisse perhibetur. Alii a seuicia incolarum traciam appellatam dixerunt. Huic ab oriente propontis & vrbs. Constantinopolis opposita est · a septentrione vero hister obtenditur · a meridie vero egeo mari adheret · ab occasu macedonia illi subiacet. Cuius regionem olim besorum populus massagete · sarmate · scithe · & alie plurime natiōes incoluerunt. Ampla est enim ideoq; plurimas continuit gentes. Ebrū fluuium tracia fundit: qui & iam gentes barbarorum plurimas tangit. Grecia a greco rege vocata · qui cunctam eam regionē regno incoluit. Sunt autem ꝓuincie grecie · vii · quarum prima ab occidente dalmatia · inde epirus inde helladas · inde thessalia · inde macedonia · inde achaia · & due in mari creta & ciclades. Illiricus autē generaliter omnis grecia est. Dalmacia a delmi maxima eiusdem prouincie ciuitate traxisse nomen existimat̄. Adheret autem ab oriente macedoniae · a septentrione misie · ab occasu histria terminatur · a meridie vero adriatico sinu claudit̄.

Epirus a pirrho achillis filio cognomiata · cuius pars chaonia que ante molossia dicta est · a molosso filio pirrhi · quem de andromacha habuit. Sed postq̄m occisus est pirrhus · orestis insidiis andromachen helenus suscepit · tenuitq; regnū priuigni qui successerat patri · a quo molossia dicta est pars epiri · quam helenus postea a fratre chaone qui in venatu per ignorantiam dicitur occidisse chaoniam nominauit · quasi ad solaciū fratris extincti · Elladas dicta a rege ellena deucaliōis & pirrhi filio · a quo & prius greci ellenes nūcupati sunt. Ipa est & attica terra atta prius dicta. Nam granus quidā prius grecie indigena fuit

ex cuius filia attis nomine attica terra vocata est. Hec inter macedoniam & achaiã media iacet archadie a septentrionali parte coniuncta. Ipa est & vera grecia vbi fuit athenas ciuitas·mater liberalium litterarum·et philosophorum nutrix·qua nichil habuit grecia clarius atq; nobilius. In ea est & maratonius cãpus· oppinione quõdam prelii cruentissimus. Elladas autẽ due sunt prouincie·boecia & peloponensis Boecia autem dicta hac ex causa·dum cathmus agenoris filius europam sororem a ioue raptam·ex precepto genitoris quereret nec reperiret· patris iram formidans·confirmato animo exilium elegit. Nam bouis forte conspecte secutus vestigia amplexus est sedem vbi illa recubauerat. Sicq; locum de nomine bouis boeciam nominauit·vbi & thebas vrbẽ construxit·in qua olim ciuilia bella detonuerũt· & vbi nati sunt apollo & hercules maior ille thebanus. Eadem est eonia vocata a fonte quodam apollini & musis consecrato· qui in eadem boecia est Peloponensis vero secunda pars elladis·a pelope regnata atq; vocata est. Thessalia a thessalo rege cognominata·que ad meridianam plagam macedonie ꝯiuncta est·cuius a tergo pieria est. Multa in thessalia flumina et oppida· inter q̃ precipue thessalonica & thebe. Ibi est & mons parnasus quondam apollini consecratus. Thessalia patria achillis· & origo lapbitarum fuit. De quibus fertur·ꝙ primo equos frenis domuerint. Inde et centauri dicti sunt. In thessalia primum solidi aurei facti sunt. Domandorum quoq; equorum vsus primum ibi repertus est. Macedonie ĩ exordio ab emathio rege emathie nomen erat. Sed macedo deucalionis maternus nepos postq̃m ibi accepit principatum mutauit vocabulum·macedoniamq; a suo nomine dixit. Est autem confinis ab oriente egeo mari·a meridie achaie·ab occasu dalmacie·a septentrione misie· Patria alexandri magni· & regio aureis venis argẽtiq; optima· Lapidem quem vel peantem vel pernicem vocant ista gignit. Mons olimpus in ea est qui excellenti vertice tantus attollitur ut in cacumine eius nec nubes nec venti sentiantur. Achaia ab acheo rege & vrbs et prouincia appellata·hec pene insula est Nam absq; septentrionali parte qua macedonie iungitur·vndiq; septa est mari. Ab oriente enim habet mirteum mare· ab euro creticum·a meridie ionium·ab affrico & occasu caspias insulas· a sola septentrionali parte macedonie vel attice terre adiungitur

Huius caput eſt vrbs corinthus grecie decus. Inachus ē achaie fluuius Archadia ſinus achaie eſt· ut platani folium· inter ionium & egeum mare expoſita· quā archas iouis & caliſte filius pelaſgis in deditionem redactis ex ſuo nomine archadiam nū/cupauit. Ipa eſt & ſicionia· a ſitione rege· a quo & regnum ſici/niorum eſt dictum. Habet autem archadia fluuium magnum erimātum· abeſton quoq; lapidem· qui ſemel accenſus nunq̃m extinguitur. Candidiſſime etiam merule ibi naſcuntur Pan/nonia ab alpibus appenninis eſt nuncupata· quibus ab italia ſecernitur lacedemonia· regio vero fortis & ſolo leta· duobus ſa/tis acribus fluuiis drauo ſauoq; vallata. Coniūgitur autem cū norico & rhetia· habēs ab oriente miſiam· ab euro hiſtriam· ab affrico vero alpes appenninas· ab occaſu galliam belgicā· a ſep/tentrione danubii fontem vel limitem· qui germaniā galliamq; ſecernit Hiſtriam hiſter amnis vocauit· qui eius terrā influit· ipe eſt & danubius. Habet autem hiſtria a ſeptentrione panno niam Italia olim a grecis populis occupatā· magna grecia ap/pellata eſt. Deinde a regis nomīe ſaturnia. Mox et latium dicta eo q̄ idem ſaturnus a ioue ſedibus ſuis pulſus ibi latuerit. Po/ſtremo ab italo ſiculorum rege ibi regnante italia nuncupata ē. Cuius ſitus longitudine amplius q̃m latitudine· a circio in eu/rum extenditur· a meridie tirrheno mari· ab aquilone adriatico clauditur· ab occiduo alpium iugis finitur· terra in omnibus re bus pulcherrima· ſoli fertilitate· pabuli vbertate gratiſſima. Ha/bet lacus venacum· auernum atq; lucrinum. Fluuios eridanū· & tiberim· & tepentes fontibus baias. Gignit gēmas bagas· ſeri/ten· ligurium· & corallium. Boam quoq; ſerpentem· lincem ferā & diomedias aues. Italia autē & hiſpania idcirco heſperie dicte· q̄ greci heſpero ſtella nauigent· & in italia & in hiſpania due q̄ hac ratione diſcernuntur· aut enim heſperiam ſolam dicis et ſig nificas italiam· aut addis vltimam· et ſignificas hiſpaniam· quia in fine occidētis ē Tuſcia pars italie. Vmbria vero pars tuſcie Tuſcia autem a frequentia ſacrorū & turis vocata

Vmbriam vero hiſtorie narrant· eo q̄ tēpore aquoſe cladis ymbribus ſuperfuerit· & ob hoc vmbria grece cognomīata· eſt enim in iugis appēnini montis ſita in parte italie iuxta meridiē

Etruria pars italie· dicta q̄ eius fines tendebantur vſq; ad ri pam tiberis· quaſi Nā atteroıs ſignificat· alteros oroı

pannonia

Fons Danubij

finis vocatur. Rome enim finis antea vnam tātum tiberis ripā tenebat. Alii etruriam dictam ab etrusco principe putant Itē & tirrhenia a tirrheno lidii fratre· qui ex sorte cū populi parte de meonia venit ad italiam. Haec est et tuscia· sed tusciam dicere non debemus· quia nusq̃m legimus. Tuscia autē a frequētia sa/crificii & turis dicta est Illic & aruspicia di/cunt esse reperta Apulia vbi brundusium· quā & olim secuti diomedem ducem cōdiderūt. Campania habet terras hieme anni atq; estate vernantes. Sol ibi mitis· temperies grata· aer purus & blandus Gallia a candore populi nuncupata est· galla enim grece lac dicitur· mōtes enim & rigor celi ab ea parte solis ardorem excludunt· quo fit ut candor corporum non coloretur Hanc ab oriente alpium iuga tuentur· ab occasu oceanus inclu/dit· a meridie prerupta pirenei· a septentrione rheni fluenta atq; germania. Cuius initium belgica germania finis est Aquita/nia est regio gleba vberi ac pabulosā· & ad vsum animantium apta· flumībus quoq; & fontibus irrigua· perfusa duobus etiā magnis rheno & rhodano fluuiis. Belgis autem ciuitas est gallie· a qua belgica prouincia dicta est. Cisalpina quia circa alpes Transalpina· id est trans alpes cōtra septentrionē Rhetia vero qꝫ sit iuxta rhenū Aquitania autem ab obliquis aq̄s ligeri fluminis appellata· quia ex plurima parte terminus eius· eamq; pene in orbe cingit Hispania prius ab hibero amne hiberia nuncupata. Postea ab hispano hispania cognominata est Ipa est & vera hesperia ab hespero stella occidentali dicta. Sita est autem inter affricam et galliam· a septentrione pireneis mō tibus clausā· a reliquis partibus vndiq; mari cōclusa· salubritate celi equalis· omnium frugum generibus fecunda· gemmarum metallorumq; copiis ditissima. Interfluunt eā flumina magna betis· mineus· hiberus· & tagus· aurum trahēs ut pactolus. Ha/bet prouincias sex terraconensem· carthaginensem· lusitaniam· galiciam· boeticam· & trans freta in regione affrice tingitanam Due autem sunt hispanie· citerior que in septentrionali plaga a pireneo vsq; ad carthaginem porrigitur. Vlterior vero quae in meridie a celtiberis vsq; ad gaditanum fretum extenditur. Cite/rior autem & vlterior quasi citra & vltra. Sed citra quasi circa terras· & vltra qꝫ sit vltra vel vltima· vel qꝫ non sit post hāc vlla hoc est alia terra

De. Libia & eius partibus Ca·v

De Affrica

LIbia dicta q inde libs flat·hoc est affricus. Alii aiunt epafum iouis filium qui memphim in egipto condidit ex cassiota vxore pcreasse filiam libiam· q postea in affrico regnū possedit· cuius ex nomie terra libia ē appellata·
Affricam autem nominatam quidam inde existimāt·quasi apricam·q sit aperto celo vel sole·& sine horrore frigoris. Alii dicunt affricam appellari ab vno ex posteris abrahē de cethura qui vocatus est afer·de quo supra meminimus. Incipit autem a finibus egipti·pergens iuxta meridiem per ethiopiam vsq ad athalantem montem. A septentrionali vero parte mediterraneo mari coniuncta clauditur· & in gaditano freto finitur· habens prouincias·libiam·cirenensem·pentapolim· tripolim·biʒatium·cartaginē·numidiā·mauritaniā cesariēsem· sitifensem·tingitaniā & circa solis ardorē ethiopiam. Libia cirenensis in parte affrice· prima est a cirene vrbe metropoli·que est in eius finibus nūcupata. Huic ab oriente egiptus est·ab occasu sirtes maiores & trogodite a septentrione mare libicum·a meridie ethiopie & barbarorum varie nationes· & solitudines inaccessibiles·que etiā basiliscos serpentes creant. Pentapolis greca lingua a quinq vrbibus nuncupata·id est beronice·ceutria·apollonia·ptolomais· ex quibus ptolomais & beronice a regibus nomiate sunt. Est aūt pentapolis libiae cirenensi adiuncta· & eius finibus deputata.
Tripolitanam quoq prouinciam greci lingua sua signant de numero trium magnarum vrbium·ocea·tabrace·leptis magne. Haec habet ab oriente sirtes maiores & trogoditas·a septentrione mare adriaticum·ab occasu biʒantium· a meridie getulos & garamantas vsq ad oceanum ethiopicum pertendentes. Biʒancena regio ex duabus nobilissimis vrbibus nomē sortita est· ex quibus vna adrometus vocat· haec sub tripoli est·patēs passuū ducenta vel amplius milia·fecunda oleis· & glebis ita prepinguis·ut iacta ibi semina incremēta pene centesima fruge renascātur. Zeugis vbi cartago magna est ipa est & vera affrica· inter biʒantium & numidiam sita·a septentrione mari siculo iuncta· & a meridie vsq ad getulorum regionem porrecta· cuius pxima queq frugifera sunt·vlteriora autē bestiis & serpētibus plena atq onagris magnis in deserto vagantibus. Getulia autē affrice pars mediterranea ē. Numidia ab incolis passim vagantibus sic vocata· q nullam certam haberēt sedem. Nam lingua

eorum incerte sedes & vage numidie dicuntur. Incipit aũt a flu
mine amisiga & in ceugitanum limitem desinit·habẽs ab ortu
sirtes minores·a septentrione mare quod intendit sardiniam·ab
occasu mauritaniam sitifensem· a meridie ethiopũ gentes·regio
campis prepinguis·vbi autem siluestris est·feras educat· vbi iu/
gis ardua·equos & onagros procreat. Eximio etiam marmore
predicatur quod numidicum dicitur. Habet autem vrbes preci/
puas hippone regium·& susicadam Mauritania vocata a co/
lore populorum·greci enim nigrum mauron vocant. Sicut enĩ
gallia a candore populi·ita mauritania a nigredine nomẽ sortita
est. Cuius prima ꝓuincia mauritania sitifensis est·que sitifi ha/
buit oppidum· a quo & vocabulum traxisse regio perhibetur.
Mauritania vero cesariensis colonie cesaree ciuitas fuit· et nomẽ
prouincie ex ea datum. Vtreq; igitur prouincie sibi coniuncte
ab oriente numidiam habent·a septentrione mare magnum·ab
occasu flumen maluam·a meridie montem astrixim. qui discer
nit inter fecundam terram & arenas iacentes vsq; ad oceanum.
Mauritania tingitana·a tingi metropolitana huius prouincie ci
uitate vocata est. Haec vltima affrice exurgit a montibus septẽ·
habens ab oriente flumen maluam·a septentrione fretum gadi
ditanum·ab occiduo oceanum athlanticum· a meridie gaulalũ
gentes vsq; ad oceanum hesperiũ pererrantes. Regio gignens fe/
ras simias·dracones·& strucioes. Olim etiam & elephantis ple/
na fuit quos sola nunc india parturit. Garamantis regionis
caput garama oppidum fuit. Est autẽ intra cirenensem & ethi/
opiam·vbi est fons qui friget calore diei·& calet frigore noctis.

Ethiopia dicta a colore populorum·quos solis vicinitas tor/
ret. Deniq; vim sideris prodit hominũ color· est enim ibi iugis
estus. Nã quicquid eius est sub meridiano cardine est·circa occi
duum autẽ montuosa est·arenosa in medio·ad orientalem vero
plagam deserta·cuius situs ab occiduo athlantis montis ad ori/
entem vsq; in egipti fines porrigitur. a meridie oceano·a septen/
trione nilo flumine clauditur. plurimas habens gentes diuerso
vultu & monstruosa specie horribiles. Ferarum quoq; & serpẽ
tum referta est multitudine. Ibi quippe rinoceronta bestia & ca
meleopardus. basiliscus. dracones ingentes ex quorum cerebro
gemme extrahuntur. Hiacinctus quoq; & crisoprassus ibi repe
riuntur. Cinamomum ibi colligitur. Due sunt autem ethiopie

Vna circa solis ortum. Altera circa occasum in mauritania. Extra tres autem partes orbis quarta pars trans oceanum interior est in meridie: que solis ardore nobis incognita est. In cuius finibus antipodes fabulose habitare produntur. Proxima autem hispanie mauritania est. Deinde numidia. Inde regio carthaginensis post q̃m getuliam accipimus· post eam ethiopiam· inde loca exusta solis ardoribus. Sciendum sane q̄ quedã prouincie primum de nomie auctoris appellate sunt. Postea a prouincia gentis nomen est factũ. Nam ab italo italia· & rursus ab italia itali· & sic vtimur ipo nomine gentis· quomodo fuit ipsum nomen auctoris· vnde deriuatum est nomen ꝓuincie· ex quo accidit ex vno homine nomiari & ciuitatem & regionem & gentẽ

De antipodibus

Prouincie autẽ ex causa vocabulum acceperunt. Principatus nanq; gẽtium qui alios ad reges pertinebant· cum in ius suum romani vincendo redigerent· procul positas regiones ꝓuincias appellauerunt Patria autem vocata· q̄ communis sit omniũ qui in ea nati sunt Terram autem significare prediximus elementum. Terras vero singulas partes· ut affrica· italiã Eadem & loca· nam loca & terre spacia in orbe terrarum multas in se continent prouincias. Sicut in corpore locus est pars vna multa in se continẽs membra· sicut & domus multa in se cubicula· sic terre & loca dicuntur terrarum spacia· quorum partes sunt prouincie· sicut in asia frigia· in gallia rhetia· in hispania bethica Nam asia locus est. Prouincia asie· troia regio frigie· ilium ciuitas troie Item regiones partes sunt ꝓuinciarum· quas vulgus conuentus vocat· sicut in frigia troia· sicut in galicia cantabria· asturia. A rectoribus autem regio nuncupata est· cuius partes territoria sunt Territorium autem vocatum· quasi tauritoriũ· tritum bubus & aratro. Antiqui enim sulco ducto· & possessionum & territoriorum limites designabant

De Insulis Ca· vi

Insule dicte· q̄ in salo sint id est in mari. Ex his queq; notissime & maxime quas plurimi veterum sollerti studio indagauerũt notande sunt Britannia oceani insula· interfuso mari· toto orbe diuisa· a vocabulo suo gens cognominata. Haec aduersa galliarum parte ad prospectũ hispanie sita est. Circuitus eius quadragies octies· lxxv· milia. Multa & magna flumina in ea. Fontes calidi· metallorum larga et varia copia. Gagates lapis ibi plu

rimus & margarite Tanatos insula oceani·freto gallico a britannia est varia tenuis separata frumentariis campis & gleba vberi. Dicta autem a thanatos a morte serpentum·quos dum ipa nesciat·asportata inde terra quoquo gentiū vecta sit angues ilico perimit Tile vltima insula oceani inter septentrionalem & occidentalem plagam vltra britanniam a sole nomē habens· quia in ea estiuū solsticiū sol facit·& nullus vltra eam dies est. Vnde & pigrum & concretum est eius mare Orcades insule oceani vltra britanniam posite·numero trigintatres·quarū·xx· deserte sunt·xiii·coluntur Scocia eadem & hibernia proxima britannie insula spacio terrarum angustior· sed situ fecundior. Haec ab affrico in boream porrigitur. Cuius partes priores hi/beriam & cantabricum oceanum intendunt. Vnde et hibernia dicta. Scocia autem ab scotorū gentibus colitur appellata. Illic nulla anguis·auis rara·apis nulla· adeo ut aduectos inde pulue/res seu lapillos siquis alibi sparserit inter aluearia examīa fauos deserant Gades insula in fine bethice prouincie sita·q dirimit europam ab affrica·in qua herculis columne visuntur· & vnde tirrheni maris faucibus oceani estus immittitur. Est autē a cō/tinenti terra centum·xx·passibus diuisa·quā tirii a rubro ꝑfecti mari occupantes· lingua sua gades id est septam nominauerunt pro eo ꝙ circumsepta sit mari. Nascit̄ in ea arbor similis palme· cuius gummi infectum vitrum ceraunium geminam reddit.

Fortunatarū insule vocabulo suo significant omnia fere bōa quasi foelices et beate fructuum vbertate. Sua enim apte natura preciosarum poma siluarum parturiunt·fortuitis vitibus iuga collium vestiūtur. Ad herbarum vicem messis & bolus vulgo est. Vnde & gentiliū error & secularia carmina poetarū ꝓpter soli fecunditatem easdem esse paradisum putauerunt. Site sunt autem in oceano contra leuam mauritanie occiduo proxime et inter se interiecto mari discrete Gorgodes insule oceāi obuerse promonctorio quod vocatur hesperuceras· quas incoluerunt gorgodes femine aliti pernicitatē hirsuto & aspero corpore·et ex his insule cognominate. Distant autem a contin ēti terra bidui nauigatione Hesperidum insule vocate a ciuitate hesperide·q fuit in fine mauritanie. Sunt enim vltra gorgones site subanth/leum litus in intimis maris finibus. In quarum hortis fingūt fabulose draconē peruigilem aurea mala seruantē. Fertur enim

ibi esse maris estuarium· adeo sinuosis lateribus tortuosum·ut visentibus procul lapsus angueos imitet̃ Crise et argire insule in indico oceano site·adeo fecunde metallorum copia· ut pleriq; eas auream superficiem & argenteam habere ꝓdiderint. Vnde & vocabula sortite sunt Taprobana in insula indie subiacens ad eurum·ex quo oceanus indicus incipit·patens in longitudine octingentis septuaginta quinq; milibus passuum·in latitudine sexcenta·xxv·milia stadiorum scinditur amni interfluo·tota margaritis repleta & gemmis.Pars eius bestiis et elephantis repleta est·partem vero hom..es tenent.In hac insula dicunt in vno anno duas esse estates·& duas hiemes·& bis locū vernare floribus Tile insula est indie·ferens omni tempore folia.Huc vsq; insule oceani. Item insule que ab hellespōto vsq; gades in mari magno constitute sunt Ciprus insula a ciuitate cipro q̄ in ea est nomen accepit.Ipsa est & paphon veneri consecrata·in carpatio mari vicina austro·famosa quondam diuiciis & maxime eris.Ibi enim prima huius metalli inuentio & vtilitas fuit.

Creta grecie insula pars est iūgēs cōtra peloponensem. Hec primum a temperie celi macaroneron appellata est.Deinde creta dicta a crete quodam indigena·quem aiunt vnum cretarum fuisse·a quibus iupiter ibi absconditus est & enutritus.Est aūt insula grecie inter ortū & occasum longissimo tractu porrecta· a septentrione grecie estibus·ab austro egipti vndis perfusa·fuit autem quondam centum vrbibus nobilis.Vnde & hec centopolis dicta est.Prima etiam remigis & sagittis claruit.Prima litis iura finxit.Equestres turmas prima docuit.Studium musicum ab ideis dactilis in ea ceptū.Capris copiosa.Ceruis eget·Lupos & vulpes aliaq; ferarum noxia nusq̄m gignit.Serpens ibi nullus·noctua nulla·& si inuehatur statim moritur.Larga est autem vitibus & arboribus.Dictamnus herba nascitur·& alimos que admorsa diurnam famem prohibet.Sfalongos autem venenatos gignit·et lapidem q̄ ideus dactilus dicit̃ Abidos insula in europa super hellespōtum posita·angusto & periculoso mari separata.Et abidos grece dicta·q̄ sit introitus hellesponti maris·in quo xerxes pōtem ex nauibus fecit·& in greciam transiit. Choos insula adiacens prouincie attice in qua hipocrates medicus natus ē· que ut varro testis est arte lanificii prima in ornamento foeminarum inclaruit. Ciclades insule

Dictamnus

antiquitus grecie fuerunt·quas inde ciclades autumant dictas· ꝙ licet spaciis longioribus a delo ꝓiecte· in orbem tamen circa delum site sint. Nam orbem ciclon grai loquuntur. Quidā vero non ꝙ in orbem digeste sint·sed propter scopulos qui circa eandem sunt dictas putant ciclades. Hee in hellesponto inter egeū & maleum mare constitute circūdantur & pelago mirteo. Sūt autem omnes numero quinquagintatres·tendentes a septentrione in meridiem milia quingenta· ab oriente in occasum milia ducenta. Metropolis earum rhodos. Delos insula in medio cicladum sita. Et dicta delos fertur· ꝙ post diluuiū quod ogigi temporibus notatur· cum orbem multis mensibus ꝯtinua nox inumbrasset·ante omnes terras radiis solis illuminata est· sortitaq; ex eo nomē·ꝙ prima manifestata sit visibus humanis. Nā delon greci manifestum dicunt. Ipa est & ortigia· eo ꝙ primū ibi vise sunt coturnices aues·quas greci ortigias vocant. In hac insula latona enixa est appollinem & dianam. Delos autem & ciuitas dicitur & insula. Rhodos cicladum prima ab oriente in qua rose capitolium dicitur esse inuentū·dum ibi ciuitas conderetur·ex quo & vrbs et insula rhodos est appellata. In hac vrbe solis colossus fuit ereus· lxx· cubitorum altitudine. Fuerunt & alii cētum numero in eadem insula colossi·minores Tenedos vna ex cicladibus ad septentrionem sita insula in qua olim ciuitas athene quodam condita est. Vnde nomē vrbis illius vel potius insule fuit. Nam tenes iste infamatus ꝙ cū nouerca sua concubuisset·fugiens in hanc insulam vacuam cultoribus obtinuit. Vnde & tenedos dicta est. Sic cicero. Tenen ipm cuius ex nomine tenedos nominatur. Carpathos vna ex cicladibus· a meridie posita contra egiptum·a qua carpathium mare appellatum est· vocata propter celerem fructuū maturitatem· est enī inter aegiptum & rhodum. Ex hac insula dicuntur & carpasie naues magne & spaciose. Citerea insula vna ex cicladibus a parte occidua sita·cuius porfiris antea nomen fuit. Citerea autē vocata· ꝙ ibi venus orta sit. Icaria insula vna de cicladibus·q̄ icario mari nomen dedit. Haec inter samum & miconium procurrētibus saxis inhospitalis est· & nullis finibus portuosa. Dicitur autē icarum cretensem ibi naufragio interisse· & de exitu hominis impositum nomen loco. Naxon insula a dionisio dicta·quasi dianoxon·ꝙ fertilitate vitium vincat ceteras·est aūt·

a delo·x·et·viii·milia passuum separata·ex qua olim iouis fertur aduersus titanas fuisse ꝑfectus. Melos ex numero cicladum vna·omnium insularu rotundissima·vnde & nuncupata Historia dicit ex iasone natum fuisse philomelum & plutum·ex philomelo parean genitum· qui de suo nomie paraon insulam & oppidum appellauit. Prius auté minoia· deinde paros dicta: De qua virgilius. Niueamq; paron. Gignit enim marmor candidissimum·quod parium dicunt. Mittit & sardium lapidem· marmoribus quidem prestãtiorem·& inter gemmas vilissimũ

Chion insula sira lingua appellatur· eo ꝙ ibi mastix gignit· Siri enim masticem chion vocant. Samo insula est in mari egeo·vbi nata est iuno·ex qua fuit sibilla samia· & pitagoras samius·a quo philosophie nomen inuentum est. In hac insula reperta prius fictilia vasa traduntur. Vnde & vasa samia appellata sunt. Sicilia a sicano rege sicania cognominata est·deinde a siculo itali fratre sicilia. Prius autem trinacria dicta·ꝓpter tria acra id est promunctoria·pelorum·pachinum·& lilibetum. Trinacria enim grecum est·quod latine triquadra dicitur·quasi in tres quadras diuisa. Hec ab italia exiguo freto discreta·affricum mare prospectans·terris frugifera·auro habundans·cauernis tamen & fistulis penetrabilis· ventisq; & sulphure plena. Vnde & ibi ethnae montis extant incendia. In cuius freto scilla est & caribdis·quibus nauigia aut absorbentur·aut colliduntur. Fuit autem quondam patria ciclopum· & postea nutrix tirannorũ· frugum fertilis·ac primum terris omnibus cõmissis seminibus aratro proscissa. Principem vrbium siracusis·habet fontem arethusam·& alpheum fluuium· magnorum generatoré equorũ· In ea insula primum est inuẽta comedia. Achaten lapidem ipa primum ex achate flumie edidit. Parturit & mare eius coralliũ Gignit & sales agrigentinos·in igne solubiles·crepitãtes in aqs Omnis ambitus eius clauditur stadiorum trium milium. Salustius autem dicit italie coniunctam siciliam fuisse· sed mediũ spacium impetu maris diuisum·& per angustiã scissum. Tapsum insula stadiis· x·a sicilia remota iacens & planior· vnde & nuncupata. De qua virgilius. Tapsumq; iacẽtem. Eolie insule sicilie· appellate ab eolo ypote filio· qué poete finxerunt regem fuisse ventorum. Sed ut varro dicit·rector fuit istarum insularũ & quia ex earum nebulis & fumo futuros praedicebat flatus

ventorum· ab imperitis visus est ventos sua potestate retinuisse Eedem insule & vulcanie vocantur· ꝙ & ipe sicut ethna ardeat Sunt autem nouem habētes propria nomina. Quarū primā liparim quam lipar vocauit· qui eam ante eolum rexit Altera geran vocatur· ꝙ sit collibus eminentissimis Relique vero id est. Strongile. Didime. Erifusa. Festia. Fenicusa. Euonimon· Stripodes. Sonores· que quoniam nocte ardent· eolie siue vulcanie dicuntur. Ex his quedam ab initio non fuerunt· quedam postea mari edite· vsq; nunc permanent. Stoechades insule massiliensium· lx· milium spacio a continenti in fronte narbonensis prouincie qua rhodanus fluuius in mare exit. Dicte aūt grece stoechades· quasi opere in ordine sint posite Sardis hercule procreatus· cū magna multitudine a libia profectus sardiniam occupauit· & ex suo vocabulo insule nomen dedit. Haec in affrico mari facie vestigii humani· in oriente q̄m occidente latior ꝓminet ferme paribus lateribus· que in meridiem et septentrionem vertunt· ex quo ante commercium a nauigantibus grecorum ichos appellata est. Terra patet in longitudine milia centum quadraginta. Latitudine quadraginta. In ea neq; serpēs gignitur· neq; lupus· sed solifuga tantum· animal exiguum· hominibus perniciosum. Venenum quoq; ibi non nascitur· nisi herba per scriptores plurimos & poetas memorata· apiastro similis· que hominibus rictus contrahit· & quasi ridentes interimit. Fontes habet sardinia calidos· infirmis medelam prebētes· furibus cecitatem si sacramēto dato oculos aque eius tetigerint.

Corsice insule exordium incole ligures dederunt· appellantes eam ex nomine ducis. Nam quedam corsa nomine ligurū mulier· cum taurum ex grege quem ꝓpe litora regebat transnatare solitū· atq; per interualla corpore acuto remeare videret· cupiens scire incognita sibi p bula· taurum a ceteris digrediētem vsq; ad insulam nauigio prosecuta est. Cuius regressu insule fertilitatē cognoscentes ligures· ratibus ibi profecti sunt· eamq; nomīe mulieris auctoris et ducis appellauerunt. Haec autem insula grece cirene dicitur· a cirno herculis filio habitata. De qua virgilius. Cirnea taxos. Diuiditur autē a sardinia· xx· milibus· freto cincta ligustici equoris sinu ad prospectum italie. Est autem multis ꝓmunctoriis angulosa· gignēs letissima pabula· & lapidem quē catociten greci vocāt. Ebolus insula hispanie dicta· ꝙ a ionio

non procul sit quasi ebozos. Nam septuaginta stadiis ab ea distat cuius terram serpentes fugiūt. Huic cōtraria est colubraria que referta est anguibus. Baleares insule hispaniae due sunt. afrosiades & generasides maior & minor. Vnde & eas vulgus maioricam & minoricam nuncupant. In his primum insulis inuenta est funda qua lapides emittunt. vnde & baleares dicte Bal, enim, grece emittere dicitur. Vnde & baliste quasi missa & fundibulum. Virgilius. Balearis verbera funde

De. Promunctoriis Ca. vii

Commune est autem insulis ut promineant. inde & loca earum promunctoria dicuntur. Sic salustius de sardinia in oriente latior prominet q̃m in occidente. Sigeum promunctorium asie. vbi hellespontus apertius dilatatur. Dictum autem sigeum ꝑpter herculis taciturnitatem. quia prohibitus hospicio a laomedonte troianorum rege simulauit abscessum & inde contra troiam cum silentio venit quod dicitur sige Maleum promunctoriū grecie quod intrat mare & per milia quinquaginta protenditur. vbi vnda ita seua est ut persequi nauigantes videatur. Hoc autem promunctoriū a maleo rege argiuorum nomen accepit Pelorum promunctoriū sicilie respiciens aquilonem. Secūdum salustium dictum a gubernatore hannibalis illic sepulto Pachinum promunctoriū siciliae austrum spectans ab aeris crassitudine dictum. Nam est pinguis & crassus austro enim perflatur Lilibeum promunctorium sicilie solis occasum intendens vocatū ab eiusdem nomine ciuitatis que ibi est sita Borion ꝓmūcto rium numidie vocatum eo ꝙ aquilonem intēdat. Hoc hipone regium postea dictū ꝓ eo ꝙ sit equore interruptum. Calpis hispanie promunctorium

De. Montibus ceterisq; terre vocabulis Ca. viii

Montes sunt tumores terrarum altissimi dicti ꝙ sint eminentes. Quidam autem propriis ex causis vocati sunt ex quibus notandi sunt qui opinione maximi celebrantur Mons caucasus ab india vsq; ad taurū porrectus pro gentium & linguarum varietate quoquo versum vadit diuersis nominibus nuncupatur. Vbi autem ad orientem in excelsiorem consurgit sublimitatem propter niuium candorē caucasus nuncupatur. Nam & orientali lingua caucasus significat

candidum id est niuibus densissimum candidantem. Vnde & eum scite qui eidem monti iunguntur croacasim vocauerunt. Casin enim apud eos candor siue nix dicitur. Mons taurus a plerisq; idem vocatur q & caucasus. Libanus mons fenicũ altissimus: cuius meminerunt prophete dictus a thure qa ibi colligitur. Cuius ea pars que est super eum ad orĩetalem plagã respiciens antilibanus appellatur id est contra libanum Ararath mons armenie in quo archam historie post diluuiũ resedisse testãtur. Vnde & vsq; hodie ibidem lignorum eius videñt vestigia. Acroceraunii mõtes ꝓpter altitudinem et fulminũ iactus vocati sunt. Grece enim fulmen ceraunium dicitur. Sũt autem inter armeniam & hiberiam incipientes a portis caspiis vsq; ad fontem tigridis fluuii Hiperborei mõtes scithie dicti ꝙ supra id est vltra eos flat boreas Rifei montes in capite germanie sunt a perpetuo ventorum flatu nominati. Nam grece impetus Olimpus mons macedonie nimium precelsus ita ut sub illo nubes esse dicãtur. De quo virgilius. Nubes excessit olimpus. Dictus autem olimpus quasi ololampus id est quasi celum. Hic mons diuidit macedoniam a tracia Athos mons macedonie et ipe altior nubibus tãtoq; sublimis ut in lemno vmbra eius pertendat quae ab eo septuagintasex milibus separatur Parnasus mons est thessalie iuxta boeciam qui gemino vertice est erectus in celum. Hic in duo finditur iuga cirra & nisa vnde & nũcupatus eo ꝙ in singulis iugis colebantur apollo & liber. Haec iuga utem a duobus fratribus ciceron & elicon appellantur. Nam elicon dictus ab elicone fratre ciceronis. Item ceraunii sunt mõtes epiri a crebris dicti fulminibus grece enim fulmen ceraunos dicitur Apenninus mons appellatus quasi alpes penice quia hannibal veniens ad italiam easdem alpes apperuit. Vnde & virgilius. Alpes immittit appertas. Has enim hanibal post bella hispanie aceto rupit. Iuuenalis. Et montes rupit aceto. Et inde loca ipa q̃ rupit appennine alpes vocantur. Mons ethna ex igne & sulphure dictus. Vnde et gehenna. Constat autem hunc ab ea parte qu a eurus & affricus flant habere spelũcas plenas sulphuris & vsq; ad mare deductas que spelunce recipientes in se fluctus ventũ creant q agitatus ignẽ gignit ex sulphure vnde fit ꝙ videẽ incendiũ Pireneus et ipe a crebris fulminũ ignib9 nũcupatus

Grece enim ignis pir vocatur. Iste est q inter galliam atq; hispa niam quasi de industria munimentum interiacet. Solarius a singularitate dicitur· q̄ omnibus hispanie montibus solus al/ tior videatur· siue q̄ oriente sole ante radius eius in eo· q̃m ipse cernatur Calpes mons in vltimis finibus oceani· qui dirimit europam ab affrica· quem athlantis finem esse dicunt. De quo lucanus. Hesperie calpem summúq; impleuit athlantem Ath lans frater promethei fuit· & rex affrice· a quo astrologie artem prius dicunt excogitatam· ideoq; dictus est sustinuisse caelum. Ob eruditionem igitur eius disciplne· & scientiam caeli· nomē eius in montem affrice deriuatum est· qui nunc athlans cogno minatur· qui propter altitudinem suam· quasi caeli machinam atq; astra sustentare videtur Alpes aūt proprie montes gallie sunt. De quibus virgilius. Aerias alpes. Et dicendo aerias ver/ bum expressit a verbo. Nam gallorum lingua alpes montes alti vocantur. Hec sunt enim quae italie murorum exhibent vicem

Colles sunt preeminentiora iuga montium· quasi colla Iu/ ga autem montium ex eo appellata sunt· q̄ propinquitate sui iungantur. Tumulus est mons breuis· quasi tumens tellus. Item tumulus terra congesta· vbi nulla memoria est. Valles enim sunt humilia loca· quasi vulsa. Hinc & conualles· depressa loca terrarum inter montes. Campus est terrarum planicies. Dictus autem campus· q̄ breuis sit pedibus· nec erectus ut mō tes· sed patens & spacio suo porrectus & iacens. Vnde & graece pedion dicitur· sumpsit aūt nomen ex greca ethimologia. Cami enim grece breue dicunt. Solum est omne quod sustinet· a so liditate dictum scilicet. Vnde & de mari virgilius ait. Subtrahi/ turq; solum. Saltus sunt vasta & siluestria loca· vbi arbores exiliunt in altum Fauces sunt angustorum locorum aditus inter arduos montes loca angusta & breuia· dicta a faucium si/ militudine· quasi voces. Confrages loca in que vndiq; venti currunt· ac sese saxa frangunt· ut neuius ait. In montes vbi vēti frangebant locum. Scabra sunt loca situ aspera. Vnde et sca/ bies dicitur· a corporis asperitate Lustra obscura latibula fera/ rum & luporum cubilia sunt. Vnde et lupanaria lustra dicunt per contrarium videlicet· quia parum illustrantur Lucus est locus densis arboribus septus· soli lucem detrahens. Potest & a collucendo crebris luminibus dici· quae ibi propter religionem

gentilium cultum q3 fiebant idolorum Deserta vocata·qa nõ seruntur·& ideo quasi deseruntur·ut sunt loca siluarũ & mon/tium contraria vberrimarum terrarũ·que sunt vberrime glebe

Deuia sunt loca secreta & abdita·quasi extra viam. Ipsa sunt & inuia. Inde & auiaria·secreta loca·& a via remota· aut tãtum adibilia auibus. Vnde est illud. Inculta rubent auiaria baccis.

Amena loca varro dicta ait·eo q solum amorem prestent·et ad se amanda alliciant. Verius flaccus· q sine munere sint·nec quicq̃m his officia·quasi amunia·hoc est sine fructu·vnde nullus fructus exoluitur. Inde &iam nil prestantes immunes vo/cantur Aprica loca quae sole gaudent·quasi id ẽ sine frigore·siue q sint apto celo Opaca vero loca·quasi oper/ta celo·aprico contraria. Lubricum dici constat locum·ab eo q ibi quis labitur & lubricum dicitur·nõ quod labitur· sed in quo labitur. Estiua sunt loca vmbrosa·quibus per aestatem vitant pecora solis ardorem. Stacius. Et vmbrosi patuere estiua licei. Naualia sunt loca vbi naues fabricantur. Hoc & textri/num vocatur Stacio est vbi ad tempus stant naues Portus vbi hiemant Importunum autem vbi nullum est refrigeriũ· quasi nullus portus. Portus autẽ locus est ab accessu vẽtorum remotus·vbi hiberna opponere solẽt. Et portus dictus a depor tandis cõmerciis. Hunc veteres a baiolandis mercibus baias vo cabant·illa declinatione a baia baias·ut a familia familias Li/tus est terra aque & mari vicina. Et dictum litus·quia fluctu eliditur·vel q aqua alluit. Cicero ĩ topicis. Litus ẽ qua fluctus eludit Circumluuium locus quem aqua circumluit Allu/uium locus quem aqua circumluit. Alluuium consumptio riparum ex aquis Margo est pars cuiuslibet loci·utputa ma/ris· vnde & nomen accepit. Maritima quasi maris intima.

Ostia ab ingressu & exitu fluminis dicta in mari Conti/nens perpetua terra·nec vllo mari discreta·quem greci piron vo cant

De. Inferioribus terre Ca·viii

[S]Pecus est fossa sub terra qua prospici potest Spelea grece spelunca latine. Spiracula appellata oĩa loca pestiferi spiritus· quem graeci paronia appellant· vel ancherõteam. Etiam varro spiraculum dicit huiuscemodi locũ Et spiracula ex eo dicuntur loca qua terra spiritũ edit Hiatus preruptio terre profunda·quasi hitus. Proprie autem hiatus est

hominis oris appertio·translata a feris·quarum auiditas oris adapertione monstrat. Profundum proprie quasi cuius porro sit fundus·abusiue autem profundum vel sursum vel deorsum dicitur·ut mare ac terra caelumq; profundum Baratrũ nimie altitudinis nomen est· & dictum baratrum quasi vorago atra. scilicet·a profunditate dicta. Herebus inferorum profunditas atq; recessus. Stix id est a tristicia dicta·eo q tristes faciat·vel q tristiciam gignat. Cocitus locus inferi·de quo iob loquitur. Cocitus autem nomen accepit greca interpretatione a luctu & gemitu Tartarus vel quia illic omnia turbata sunt id ẽ quod verius est. id est a timore frigoris·quod est algere & rigere·scilicet q a luce soleq; caret. Nam neq; illic vapores sunt·q ex solis luce gignunt neq; flatus qui eiusdem motibus incitantur· sed perpetuus stupor. Tartarizin enim horrere & tremere apud grecos·legit enim Illic erit fletus & stridor dentium. Gehenna est locus ignis & sulphuris·quem appellari putant a valle idolis cousecratam· que est iuxta murũ hierusalem·repleta olim cadaueribus mortuorum. Ibi enim hebrei filios suos immolabant demonibus· & appellabat locus ipe gehennon. Futuri ergo supplicii locus vbi peccatores cruciandi sunt·huius loci vocabulo designatur. Duplicem autem esse gehennam·& ignis et frigoris in iob legimus. Inferus appellatur eo q infra sit. Sicut autem secũdum corpus·si ponderis sui ordinem teneant inferiora sunt omĩa grauiora·ita secundum spiritũ inferiora sunt omĩa tristiora. Vnde & in greca lingua origo nominis quo appellatur inferus·ex eo q nichil suaue habeat resonare perhibetur. Sicut autem cor animalis in medio eius est·ita & infernus in medio terre esse perhibetur. Vnde & in euangelio legimus·in corde terre. Philosophi autẽ dicunt q inferi pro eo dicantur·q anime hinc ibi inferantur

Finit liber·xiiii·

INCIPIT·LIBER·XV·DE·CIVITATIBVS

DE·AVCTORIBVS·CONDITArũ VRBIVM·PLERVMQ;·DISSEnsio·INVENITVR·ADEO·VT nec vrbis quidem rome origo diligẽter possit agnosci. Nam salustius dicit. Vrbẽ sicuti

ego accepi·condidere atq; habitauere initio troiani· & cum his aborigines. Alii dicunt ab euandro·secundũ q virgilius. Tunc rex euandrus romanae conditor arcis. Alii a romulo·ut ennius· Nate auspiciis illa inclita roma. Si igitur tante ciuitatis certa ratio non apparet·non mirum si in aliarum oppinione dubitatur Vnde nec historicos nec cõmentatores varia dicentes imperitie condemnare debemus·quia antiquitas ipa creauit errorẽ. Sane quasdam de quibus aut sancte scripture· aut historie gentium certam originẽ referunt·paucis admodum verbis retexere oportet. Primus ante diluuium cain ciuitatem enoch ex noĩe filii sui in india condidit·quam vrbem sola multitudine sue posteritatis impleuit. Primus autẽ post diluuium nembroth gigas babilonem vrbem mesopotamie fundauit. Hanc & semiramis regina assiriorum ampliauit· murumq; vrbis bitumine & cocto latere fecit. Vocabulum autem sumpsit a confusiõe· eo q ibi confuse sint atq; permixte lingue edificantiũ turrim Iudei asserunt sem filium noe quem dicunt melchisedech primũ post diluuium in siria condidisse vrbem salem· in qua regnum fuit eiusdem melchisedech. Hanc postea tenuerunt iebusei·ex qbus & sortita est vocabulum iebus·sicq; duobus nominibus copulatis·iebus & salem vocata est ierusalem·que postea a salemone ierosolima quasi ierosalomonia dicta est. Hec & corrupte a poetis solima nuncupata est. Et postea ab helio adriano helia vocitata est. In ipa est & sion·que hebraice speculatio interpretatur eo q in sublimi constructa sit·& de longe venietia cõtempletur. Hierusalem autem pacifica in nostro sermõe transfertur. Oppida autem nobilia qui constituerint dionisius qui & liber pater cum indiam victor perambulasset· nisam vrbem ex suo nomine iuxta indum fluuiũ condidit· & quinquaginta milibus hominum adimpleuit. Medus autem egei filius mediam construxit. Vnde & regio eius medie nomen sortita est Persepolim vrbẽ caput persici regni·perseus adie filius condidit famosissimam confertissimamq; opibus· a quo & persida dicta est. Hic tesifontem quoq; parthi apud parthiam condiderunt·in emulationem babilonie vrbis. Susis oppidum perside aiunt·mennonis fratrem constituisse. Dictum autem susis q immineat suse fluuio. Ibi est regia ciri·lapide candido & vario· cum columnis aureis & lacunaribus gemmisq; distincta·continens

etiam ſimulacbrum celi ſtellis micantibus preſignatū et cetera bumanis mētibus incredibilia. Bactriū oppidum bactriani condiderunt ex ꝓprio amne cognominantes qui bactrus vo/catur Carra ciuitas meſopotamie trans ediſſam condita a par tbis vbi quondam romanus eſt ceſus exercitus & craſſus dux captus. Ediſſam vrbem meſopota condidit nembroth filius cbus poſtq̄m de babilone migrauit in qua & regnauit q̄ ante iareth cognominata eſt. Ipſe conſtruxit & calanne que poſtea verſo nomine a ſeleuco rege dicta eſt ſeleucia Philadelphiam vrbem arabie condidit raphaim gens antiquiſſima quā interfe/cerunt filii loth Seleucus vnus ex pueris alexandri poſt mor tem eiuſdem alexandri occupato regno orientis vrbem in ſiria condidit eamq; ex antiochi patris ſui nomine antiochiam nun cupauit & ſirie caput inſtituit. Ipe quoq; laodiciam et ſeleuciā ipe & apamiā & ediſſam vrbem conſtruxit. Damaſcus ſirie condita et nuncupata a damaſco diſpenſatoris abrahe filio. Hec antea in omni ſiria tenuit principatum necdum enim ibi flore/bant antiochia laodicia & apamia quas vrbes poſt alexandrū conſtructas eſſe cognoſcimus. Hic eſt damaſcus qué abraham futurum ſibi heredem dixerat anteq̄m eſſet illi promiſſus yſaac.

Gaza oppidum paleſtine condiderunt euei in qua habitaue/runt capadoces p̄ſtinis cultoribus interfectis. Vocata auté gaza eo q̄ ibi cambiſes rex perſarū theſauros ſuos poſuit cū bellum egiptiis intuliſſet. Perſarum enim lingua theſaurus gaza eo no/minatur Philiſtim vrbem condiderunt allophili. Ipſa é aſca/lon de qua ſuperius memorauimus nūcupata ex nomine ceſ/loim qui fuit nepos caim & filius meſraim. Dor vrbs fuit quondam potentiſſima & verſa vice ſtratonis turris poſtea ab herode rege iudee in honore ceſaris auguſti caeſarea nuncupata. In qua cornelii domum xp̄i vidit eccleſia & philippi ediculas & cubiculum quatuor virginum prophetarum Ioppe oppi/dum paleſtine maritimum idem paleſtini edificauerūt vbi ſax um oſtenditur quod vinculorum andromade adhuc veſtigia retinet cuius belue forma eminétior elephantis fuit Hiericho a iebuſeis condita traditur a quibus & nomen traxiſſe perhibe/tur. Hanc ſubuertit ieſus poſtq̄m ſtruxit aliam ozam de bethel ex tribu effraim. Sed et haec eo tempore quo hieruſalem oppug nabatur a romanis ꝓpter perfidiā ciuium capta atq; deſtructa

est· ꝓpter quam tercia edificata est vrbs· que vsq; hodie perma/
net. Sichem samarie vrbem· que latine & grece sicima vocatᷓ·
edificauit emor· appellauitq; eam nomie sichem· filii sui. Ipa est
nunc neapolis ciuitas samaritanorum Bethel vrbem samarie
condiderunt iebusei· que prius vocabatᷓ luza. Sed postq̃m dor/
miens ibi iacob vidit scalam innitentem celo· & dixit. Vere hic
locus domus dei est & porta celi. Hac ex causa nomē locus ac/
cepit bethel· id est domus dei. Quando autem ibi ab ieroboam
vituli aurei fabricati sunt· vocata est betauen· id est domus idoli
que antea vocabatᷓ domus dei. Bethleem iuda ciuitas dauid·
que mundi genuit saluatorem a iebuseis cōdita fertur· et vocata
primum effrata. Quando autē iacob ibi pecora sua pauit· eidem
loco bethleem nomē quodam vaticinio futuri imposuit· quod
domus panis interpretatur· propter eum panem qui ibi de celo
descendit Ebron ciuitas iudee que quondam vocabatur arbe
condita est a gigantibus ante septē annos q̃m ab eis tanis vrbs
egipti conderetur. Ipsa est arbe a numero ita vocata· ꝙ ibi tres
patriarche sepulti sunt & quartus adam. Ipa est et mambre vo
cata ex vno amico abrahe Samariam a qua omnis regio que
circa eam fuit nomen accepit· sennacharib rex assiriorū ꝯstruxit·
vocauitq; samariā id est custodiam· quia quādo israhel transtu/
lit in medos· ibi custodiam constituit. Hanc obsidione captam
antiochus solo coequauit· quam postea herodes a fundamētis
instaurans in honorem augusti augustam id est sebastiā greco
sermone vocauit. Ibi siti sunt heliseus et abdias prophete· et quo
non maior inter natos mulierum fuit iohannes baptista Ti/
beriadem vero herodes alius in iudea in nomine tiberii cesaris
condidit. Tirus vrbs fenicum condita a fenicibus fuit. Hec ē
ciuitas ex qua aurum regi salemoni deferebatur· in qua optima
purpura tinguitur. Vnde & tiria dicitur nobilis purpura Fe
nices a rubro mari profecti sidonem vrbem opulentissimā con
diderunt· quam a piscium copia sidonem appellauerunt. Nam
piscem fenices sidon vocant. Ipsi etiam tirum in siria· ipi ut beti/
cam in affrica hipponem· leptim· aliasq; vrbes in ora maritima
condiderunt. Ipi thebas in boecia duce cathmo. Ipsi postremo
in vltima orbis tendentes· vrbem in oceano condiderunt· eamq;
lingua sua cades nominauerūt. Nam mos erat antiquis fenicū
gentis cum multis simul mercandi causa a domo proficisci· &

cum incolarum animos cõmertio rerum his ante incognitarũ ſibi conciliaſſent·loca que condendis vrbibus idonea videbant̃· capere. Ex his profecta & dido in litus affrice vrbem condidit et carthadam nominauit·quod fenica lingua exprimit ciuitaté nouam. Mox ſermone verſo carthago eſt dicta. Hãc ſcipio de/leuit· que autem nũc eſt·poſtea a romanis condita eſt Carta/go aũt antea birſa·poſtea tirus dicta é·deinde carthago Mem phim ciuitaté egipti edificauit epauus iouis filius cũ in ſecunda egipto regnaret. Haec eſt vrbs in qua carta naſcitur· vbi etiam optimi mathematici fuerunt. Nam hanc vrbé magicis artibus deditam priſtini vſq; ad preſens tempus veſtigia erroris oſten/dunt. Thanis metropolis egipti· vbi pharo fuit·& moyſes cuncta ſigna fecit que in exodo ſcribuntur. Hanc conſtruxiſſe perhibentur titanes id eſt gigantes·& ex ſuo nomine nuncupa uerunt Eliopolis vrbs egipti·que latine interpretatur ſolis ci uitas·ſicut lxx·interpretes arbitrantur. Edificata eſt auté a filiis iſrabel·in qua phutifares ſacerdos fuit· cuius meminit ezechiel.

Vrbem alexandriam condidit alexander magnus· cuius & nomen detinet. Hanc enim idem in terminis regionis affrice et egipti conſtituit·& caput eſſe regiõis egipti iuſſit. Interiacet aũt inter egiptum & mare· quaſi clauſtrum importuoſa. Haec eſt vrbs egipti poſtea verſa in alexandriam Thebas egiptias con didit cathmus·que inter aegiptias vrbes numero portarũ nobi/liores habent̃·ad quas cõmercia arabes vndiq; ſubuehũt. Hinc regio thebaida dicta eſt. Thebee autem et boecie ſunt et egiptie vno tamé auctore ſunt condite Ptolomais & beronice a regi/bus egiptiis nominate·a quibus & edificate fuerunt Tarſum cilicie danaes proles perſeus edificauit·de qua ciuitate fuit pau/lus apoſtolus. Natus inquit tharſo cilicie. Quidam &iã locus indie tharſus vocatur Seleuciam yſaurie condidit ſeleucus q & anthiochiam. Ilus autem appollinis filius in frigia ilium condidit Amazones epheſum in aſia conſtruxerũt Theſeus vero ſmirnam conſtruxit·quae homero poete patria extitit. Et ſmirna vocata·qͥ eius cãpos ernius fluuius ſecat. Dioſcoriã colchorum vrbem amphiatus & circius aurige caſtoris & pol/lucis fabricauerunt·& ex eorum nomine eam cognominantes. Nam caſtor & pollux grece dioſcori appellantur Nicomedia a nicomedo rege bithinie edificata eſt Bithinia cõdita a fenice

que primum mirandina vocabatur Constantinopolim vrbē grecie constantinus ex nomine suo instituit·solam rome meri/tis & potentia adequatam. Haec condita primū a pausino rege spartanorum. Et vocata bizantium· vel q̄ tantum pateat inter adriaticum mare & propontidem· vel q̄ sit receptaculum terre marisq; copiis. Vnde & eam constantinus aptissimam condere iudicauit·ut receptaculum sibi terre marisq; fieret. Vnde & nūc romani imperii sedes & tocius caput est orientis· sicut & roma occidētis Epirus ciuitas tracie condita est a pirrho & cognominata Athenas melladas cecrops condidit·& ex suo nomīe cecropiam nomīauit. Hanc anfixion idem qui in grecia tercius post cecropem regnauit minerue sacrauit·& nomē ciuitati athenas dedit. Nam minerua grece athenas dicitur. Vnde & mineruam greci inuētricem multarum artium asserunt·quia & littere & artes diuersorum studiorum & ipa philosophia veluti templum athenas habuerunt Corinthum in achaia condidit corinthus orestis filius. Hanc greci corintheam vocāt· hoc est administrationem reipublice. Thebas boecie cathmus veniens a fenicibus cōdidit thebis egiptiis prius ab eo constructis Lacedemonia condita a lacedemōe semele filio Sparta ab sparto filio foronei vocata·qui fuit filius inachi. Ipsam autem esse spartam quam & lacedemoniam ciuitatem atq; inde lacedemonios spartanos dici Achaia ab acheo constructa Pelops q. apud argos regnauit peloponensem vrbem condidit. Cecrops in insula rhodos rhodum edificauit. Carpatus eodum. Aeostiphonis filius paphum Angeus ligurgi filius samū Dardanus aūt condidit dardaniam. Thesaloniam thessalus greci filius edificauit·in quā etiā regnauit Brundusium construxerunt greci. Brundusium autem dictum est grece· q̄ brunda caput cerui dicatur. Sic est enim ut & cornua videantur & caput & lingua in positione ipius ciuitatis In italia autem a iano ianiculum·a saturno saturnia atq; latium conditum· eo q̄ ibi fugiens latuisset cognomīatum Ab hercule in campania pompeia·qui victor ex hispania pompam boum duxerat Aeneas autem post excidiūm troie in eandem italiam veniēs· ab vxoris noīe lauiniā cōdidit Ascanius vero relicto lauinie nouerce sue regno albam longam edificauit. Alba autem vocata propter colorem sui. Longa quia longum oppidum est·iuxta prolixitatem

collis in quo positum est. Ex hac &iam vrbe reges albanorum appellari ceperunt Capuam capis siluius rex albanorum construxit· appellata nomine conditoris. Licet & sint qui dicāt a capacitate eam capuam dictam· q͂ eius terra omnem vite fructū capiat. Alii a locis campestribus in quibus sita est. Est autem caput vrbium campanie· inter tres maximas romam carthaginemq; numerata· ex qua & prouincia italie campania dicta est Romulus cum interfecto apud albam amulio· auum munitorem in regnum constituisset· in eum locū vbi nunc roma est deuenit· ibiq; sedes posuit· menia construxit· vrbemq; ex suo nomine romam vocauit. Hanc autem antea euander dicitur cōdidisse· ut est illud. Tunc pater euander romāe cōditor arcis. Ancus marcius ex filia nume pompilii natus ē· hic vrbē in exitu tiberis condidit· quae & peregrinas merces exciperet· & hostem moraret· quam ab ipo situ hostiam appellauit. Galli qdam intestina discordia & assiduis discessionibus suorū permoti sedes nouas querētes italiam profecti sunt· sedibusq; ꝑprius tuscis expulsis mediolanum atq; alias vrbes condiderunt. Vocatū aūt mediolanum· ab eo q͂ ibi sus sub medio lanea perhibet inuēta. Historiis placet a messapo greco messappie datā originē· versa postmodum in nomē calabrie· quam in exordio cenotri frater peuceci us peuceciam nominauerat. Manto thiresie filia post interitū thebanorū dicit delata in italiam mantuam condidisse. Est autem in venecia quae gallia cisalpina dicitur. Et mantua dicta· q͂ manes tuet Parthenopia a parthenope virgine quadam illic sepulta partenopia appellata· quod oppidum postea augustus neapolim esse maluit. Ad ꝓmunctoriū leucbaten in quo actium appollinis templum fuit· bellum augustus cōtra antonium gessit· quo victo vrbem in actiaco sinu condidit· quam a victoria nicopolim appellauit Palantbus pathenio/rum dux parthenios ꝯstituit Taras neptuni filius fuit· a quo tharentum ciuitas & condita & appellata est Cum cirus maritimas vrbes grecie occuparet· & focenses ab eo expugnati omnibus angustiis premeretur· iurauerunt ut profugerent q͂m longissime ab imperio persarum· vbi nec nomen quidem eorū audirent· atq; ita in vltimos gallie sinus nauibus profecti· armisq; se aduersus gallicam feritatem tuentes marsiliam condiderunt· & ex nomine ducis nuncupauerunt. Hos varro trilingues esse

Euander Romanus conditor arcis

Galli mediolanum condiderunt ... per ea pugnant

dicit· q̄ & grece loquantur & latine & gallice Narbonam & arelatum et pictauis coloni proprii condiderunt Burdegalim appellatam ferūt· q̄ burgos gallos primum colonos habuerit· quibus antea cultoribus adimpleta est Terraconam in hispa/nia scipiones construxerunt· ideo caput est terraconensis ꝓuin/cie Caesaraugustam terraconensis hispanie oppidum a cesare augusto & situm & nominatum· loci amenitate & deliciis pre stantius ciuitatibus hispanie cūctis· atq; illustris· florēs sancto/rum martirū sepulturis Affri sub hannibale maritima hispa nie occupantes· carthaginem spartariam construxerunt· q̄ mox a romanis capta & colonia facta nomen etiam prouincie dedit Nunc autem a gothis subuersa atq; in desolationem redacta est

Saguntum greci ex insula iacincto profecti in hispaniā con/diderunt· quam afri postea bello impetitā deleuerunt Emeri tam caesar augustus edificauit· postq̄m lusitaniam et quasdam oceani insulas cepit· dans ei nomē ab eo q̄ ibi milites veteranos constituisset. Nam emeriti dicuntur veterani solutiq; a militia.

Olisipona ab vlixe condita est & nuncupata· quo loco sicut historiographi dicunt celum a terra & maria disiungūtur a ter ris. Hispalim cesar iulius condidit· quam ex suo nomine & rome vrbis vocabulo iuliam romam nuncupauit. Hispalis aūt a situ cognominata est· eo q̄ in solo palustri suffixis profundo palis locata sit· ne lubrico atq; instabili fundamēto caderet Ga dis oppidum a penis id est a grecis conditum· qui &iam et car thaginem spartariam condiderunt Septem oppidum a mon tibus septē· qui a similitudine fratres vocati· gaditano imminent freto Tingis ciuitatis & lixis ciuitatis anteus auctor ē· quem hercules fertur lucte certamine superatum interfecisse Lix aūt a lixo flumine mauritanie nuncupara· vbi antei regia fuit. Et sa/la q̄ immineat sale flumini Cesarea mauritanie oppidū iuba rex maurorum in honore cesaris augusti condidit· quā ex eius nomine cesaream appellauit. Sicut herodes aliam cesareā in pa/lestina· que nunc vrbs est clarissima Icosium cesariensis mau ritanie oppidū· hercule illuc transeunte· xx· a comitatu eius disce dentes construxerunt. Hanc ne quis imposito a se nomine pri/uatim gloriaretur· de condentiū numero vrbi icosio nomen est datum Cirene regina fuit libie· que ex suo nomine ciuitatem cirenen condidit· ex qua & libiam cirenensem vocauit

CIuitas est hominum multitudo societatis vinculo adunata. dicta a ciuibus. id est ab ipis incolis vrbis. pro eo q plurimorum consciscat & contineat vitas. Nam vrbs ipa menia sunt. Ciuitas autem non saxa. sed habitatores vocantur. Tres autem sunt societates. familiarum. vrbium. gentium. Vrbs vocata ab orbe. q antique ciuitates in orbe fiebant. Vel ab orbe parte aratri. quo muri designabantur. Vnde est illud. Optauitq locum regno & cōcludere sulco. Locus enī future ciuitatis sulco designabatū id est aratro. Cato. Qui vrbē inquit nouā condit. thauro & vacca aret. vbi arauerit murū faciat. Vbi portam vult esse aratrum sustollat & portet. & portā vocet. Ideo autem vrbs aratro circumdatur dispari sexu iuuencorum. propter commixtionem familiarū. & imaginem serētis fructumq reddentis. Vrbs autem aratro conditur. aratro vertitū Vnde & oracius. Imprimeretq muris hostile aratrum. Oppidum quidam ab oppositione murorū dixerunt. Alii ab opibus recondendis. eo q sit munitum. Alii q sibi in eo conuentus habitantium opem det mutuam contra hostem. Nam primū homines tanq̃m nudi & inermes. nec contra beluas presidia habebant. nec receptacula frigoris & caloris. nec ipi inter se homīes ab hominibus satis erāt tuti. Tandem naturali sollercia speluncis siluestribusq tegumentis tuguria sibi & casas virgultis harundinibusq contexuerunt. quo esset vita tutior. ne his qui nocere possent aditus esset. Haec est origo oppidorum. que q opē darent idcirco oppidā nominata dixerunt. Oppidum aūt magnitudine & menibus discrepat a vico & castello & pago. Ciuitates aūt colonie aut municipia. aut vici. aut castella. aut pagi appellantur. Ciuitas proprie dicitū quam non aduene sed eodem innati loco condiderunt. Ideoq vrbes a propriis ciuibus condite. ciuitates non colonie nuncupantur. Colonia vero est que defectu indigenarum nouis cultoribus adimpletur. Vnde & colonia a cultu agri est dicta. Municipium ē quo manēte statu ciuitatis ius aliquod minoris aut maioris officii a principe impetrat. Dictum autē municipium a muniis id ē officiis q tantum munia id est tributa. debita. vel munera redduntur. Nam liberales & famosissime cause & que ex principe proficiscuntur ibi non agunū. haec enim ad dignitatē ciuitatū pertinēt

Vici & castella & pagi hi sunt· qui nulla dignitate ciuitatis ornantur· sed vulgari hominum conuentu incoluntur· et ꝓpter paruitatem sui maioribus ciuitatibus attribuūtur Vicus aūt dictus ab ipis tantum habitatiōibus· vel ꝙ vias habeat tātum sine muris· est autem sine munitione murorum. Licet et vici dicantur ipe habitationes vrbis. Dictus autem vicus· eo ꝙ sit vice ciuitatis Castrum antiqui dicebant oppidum loco altissimo situm· quasi casam altam. Cuius pluralis est numerus castra· diminutiuum castellum est· siue ꝙ castrabatur licentia in ibi habitātium· ne passim vaga hosti pateret Pagi sunt apta edificii loca· inter agros habitantibus. Hec & conciliabula dicta· a conuentu & societat: multorū in vnum Competa sunt vbi vsus est conuentus fieri rusticorum. Et dicta competa ꝙ multa loca in agris eodem competunt· & quo cōuenitur a rusticis Suburbana sunt circūiecta ciuitatis edificia· et quasi sub vrbe Menia sunt muri ciuitatis· dicta ab eo ꝙ muniant ciuitatem· quasi munimenta ciuitatis vel vrbis· id est tutamenta. Munium autē dictum quasi manu factum· sicut & muri a munitione dicti· quasi muniri· eo ꝙ muniant & tueantur interiora vrbis Menia autem duplicem habent significationem. Nam interdū menia abusiue dici solent omnia edificia publica ciuitatis· ut. Diuidimus muros· & menia pādimus vrbis. Proprie autē menia sunt tantum muri Murus aūt turribus propugnaculisq; ornatur

Turres vocate ꝙ teretes sint & longe. Teres enim est aliquid rotundum cum proceritate· ut columna. Nā et q̃muis quadrate aut late construantur· procul tamen a videntibus rotunde existimantur. Ideo quia omne cuiusq; anguli simulachrū per longum aeris spacium euanescit atq; consumitur· & rotundum videtur. Propugnacula pinne murorum sunt· dicta quia bis propugnatur Promurale vero eo ꝙ sit pro munitione muri· est enim murus proximus ante murum. Porta dicitur quia potest vel importari vel exportari per eam aliquid. Proprie aūt porta aut vrbis aut castrorum vocitatur· sicut superius dictū ē.

Vicus ut predictum est ipe habitationes vrbis sunt. Vnde et vicini dicti Vie ipa spacia angusta q̄ inter vicos sunt Platee perpetue ac latiores ciuitatum vie sunt· iuxta proprietatē lingue grece a latitudine nuncupate. Platos enim graeci latum dicunt.

Quintane pars platee quinta est· qua carpentum progredi

poteſt   Cloacæ dicte q̄ his percolantur aque. Has primum ro me feciſſe dicunt tarquinium priſcum· ut quotiens pluuiarum inundatio exiſteret· per eas aque extra ciuitatem emitterentur· ne maximis perpetuiſq; tempeſtatibus planiciem· fundamenta vrbium ſtrages aquarum ſubuerteret   Imbuli vel quia ſubuo lumina ſunt· vel q̄a ſub his ambulant· ſunt enim porticus hinc inde platearum   Forus eſt exercendarum litium locus· a fan/ do dictus· ſiue a foroneo rege· qui primus graecis legem dedit. Haec loca & proroſtra vocantur· ideo q̄ ex bello punico captis nauibus carthaginenſium roſtra ablata ſunt· & in foro romano prefixa: ut eſſent huius inſigne victorie   Curia dicit̄· eo q̄ ibi cura per ſenatum de cunctis adminiſtraretur.   Pretorium· eo q̄ ibi pretor ſedeat ad diſcuciēdum   Gimnaſium generalis eſt exerciciorum locus. Tamen apud athenas locus erat vbi diſce/ batur philoſophia· et ſapientie exercebatur ſtudium. Nam gim naſium generalis graece quod latine exercicium dicitur· hoc eſt meditatio. Sed & balnea & loca curſorum & athletarum gim/ naſia ſunt· eo q̄ illic omnes in ſue artis ſtudio exercitent̄   Ca/ pitolium rome vocatum· eo q̄ fuerit romane vrbis & religiōis caput ſummum. Alii aiunt cū tarquinius priſcus capitolii fun/ damenta rome apperiret· in loco fundamenti caput hominis lit teris tuſcis notatum inuenit· & proinde capitolium appellauit. Arces ſunt partes vrbis excelſe atq; minute. Nam quecunq; tutiſſima vrbium ſunt· ab arcendo hoſtem arces vocātur. Vnde & arcus & arca   Circum romani dictū putāt· a circuitu equo rum· eo q̄ ibi circum metas equi currant.   Theatrum autem ab ſpectaculo nominatum   q̄ in eo populus ſtans deſuper atq; ſpectās ludos ſcenicos contemplaret̄   Am/ phiteatrum vero vocatum q̄ ex duobus ſit theatris cōpoſitum Nam amphiteatrum rotundum eſt. Theatrum vero ex medio amphiteatri eſt· ſemicirculi figuram habens   Laborinthus eſt perplexis parietibus edificium· qualis eſt apud cretam a dedalo factus· vbi fuit minotaurus incluſus· in quo ſiquis introierit ſi/ ne glomere lini· exitum inuenire non valet. Cuius edificii talis eſt ſitus· ut apperiētibus fores· tonitruum intus terribile audiat̄. Deſcenditur centenis vltra gradibus· intus ſimulachra & mon ſtrifice effigies in partes diuerſas tranſitus innumeri per tene/ bras & cetera· ad errorem ingrediētium facta· ita ut de tenebris

eius ad lucem venire impossibile videat. Quatuor autem sunt laborinthi. Primus egiptius. Secūdus creticus. Tercius in lemno. Quartus in italia· omnes ita constructi· ut dissoluere eos nec vlla secula quidem possint Pharus turris est maxima· quam greci ac latini in cōmune ab ipius rei vsu pharum appellauerūt eo q flammarum inditio longe videatur a nauigantibus· qualem ptolomeus iuxta alexandriam construxisse octingentis talentis traditur. Vsus eius est nocturno nauiū cursu ignes ostēdere· ad nuncianda vada portusq introitus· ne decepti tenebris nauigantes in scopulos incidant. Nam alexandria fallacibus vadis insidiosos accessus habet. Hinc igitur in porticibus machinas ad prelucendi ministerium fabricatas pharos dicunt. Nam phos lux est· phoros visio dicit̄. Vnde et lucifer grece phosforos appellatur Coclee sunt alte & rotunde turres. Et dicte coclee quasi ciclee· q in eis tanq̄m per circulum orbemq conscendat̄· qualis est rome centum septuagintaquinq pedibus. Terme appellate q caleant. Greci enim termon calorē vocāt. Balneis vero nomen inditum a leuatiōe meroris. Nam greci balamon dixerunt· q anxietatem animi tollat. Hec & gimnasia dicūtur· quia ibi athlete vncto corpore & perfricato manibus exercitantur. Nam gimnasium graece latine exercitium dicitur· gimnas vero nudus Apoloterium vbi lauantium vestimēta ponunt̄ ab exuendo dictum. Apoloterin enim grece exuere dicit̄ Popina grecus sermo est· qui apud nos corrupte propina dicitur· est autem locus iuxta balnea publica· vbi post lauacrum a fame & siti reficiuntur. Vnde & propina & propinare dicitur. Pina enim grece famem significat eo q hic locus famem tollat Taberne olim vocabantur edicule plebeiorum parue & simplices in vicis· axibus & tabulis clause. Vnde & tabernarii· q ibi soleant considere. Dicte autem taberne· q ex tabulis ligneis erāt cōstructe· que nunc etsi non speciem· nomen tamen pristinum retinet Macellum dictum q ibi mactentur pecora· que vēduntur mercantibus. Mercatum autem a commercio nominatum· Ibi enim res vendere vel emere solitū est Sicut et theloneum dicit̄ vbi merces nauium & nautarum emolimenta redduntur ibi enim vectigalis exactor sedet· precium rebus impositurus et voce a mercatoribus flagitans Carcer est a quo prohibemur exire· & dictus carcer a coercendo De Habitaculis Ca· iii

HAbitatio ab habitãdo vocata·ut·habitare casas Domus ex greca appellatiõe vocata. Nam domata greci tecta dicunt. Est autem domus vnius familie habitatio·sicut vrbs vnius populi·sicut orbis domicilium tocius generis humani. Omne edificium domus antiq edem appellauerũt

Alii edem ab edendo quidem sumpsisse nomen existimant· dantes exemplum de platone. Si vocassem vos in edem ad prandium. Hinc & edificiũ· eo q fuerit prius ad edendum factum.

Aula domus est regia siue spaciosum habitaculum· porticibusq quatuor conclusum Atriũ magna edes est·siue amplior et spaciosa domus. Et dictum est atrium·eo q addantur ei tres porticus extrinsecus. Alii atrium quasi ab igne & ligno atrum dixerunt·atrum enim fit ex fumo Palacium a palante principe archadum dictum·in cuius honore archades palanteum oppidum construxerunt·et regiam in ipsius nomine conditam palacium vocauerũt. Thalamum hac ex causa vocatum ferunt cum enim rapte fuissent a romanis sabine· ex quibus cum vna ante alias specie nobilitatis cum magna omnium admiratione raperetur·talamoni duci eã oraculo responsum est dari· & quoniam hee nuptie feliciter cesserãt·institutum est ut in omnibus nuptiis thalami nomen iteretur. Egiptii quoq lingua sua loca in quibus nubentes succedunt & incubunt thalamũ nominant

Cenaculum dictum a communione vescendi. Vnde et cenobium congregatio. Antiqui enim publice & in cõmune vescebantur·nec vllius conuiuium singulare erat·ne in oculto delicie luxuriã gignerẽt Triclinium est cenaculum·a tribus lectulis discumbẽtium dictum. Apud veteres enim in loco vbi cõuiuii apparatus exponebatur·tres lectuli strati erant in quibus discũbentes epulabantur. Clinion enim grece lectus vel accubitus dicitur·ex quo confectum est ut tricliniũ diceretur Cella dicta q nos ocultet & celet Cubiculum vero q eo cubemus·ibiq dormientes requiescamus. Cubile autem cubandi locus est.

Secessus q sit locus secretus·id est sine accessu Diuersoriũ dictum·eo q ex diuersis viis ibi cõueniatur. Hospiciũ sermo grecus est·vbi quis ad tempus hospitali iure inhabitat·& iterũ inde transiens migrat. Inde & metatum quia mutatur. Vnde legitur. Et castra metati sunt·pro mutauerũt. Non enim illic permanet exercitus sed ptransit. Menianus collega crassi in foro

proiecit macerias·ut essent loca in quibus expectantes insisteret que ex nomine eius meniana appellata sunt. Haec sunt solaria· quia patent soli. Post hec alii lapide· alii maceria edificare porti/ bus meniana & foribus & domib9 adiecerūt Tabulata olim lignee domus fiebant·inde nomē permanet tabulatorū Apo geum est constructum sub terris edificium·quod nos antrum vel speluncam dicimus Solarium dictum· ꝙ soli & auris pa teat·qualis fuit locus in quo dauid bethsabee lauantem aspexit & adamauit Cum hierosolimam antiochus obsideret·hirca/ nus princeps iudeorū reserato dauid sepulcro·tria milia talenta auri inde abstraxit·ex quibus trecenta antiocho dedit·ut obsidi onem relinqueret·atq; ut facti inuidiam demeret·fert̄ ex reliqua pecunia instituisse primus xenodochia·quibus aduētum susci/ peret pauperum & peregrinorū. Vnde & vocabulum sumpsit· Nam ex greco in latinum xenodochium peregrinorū susceptio nuncupatur Vbi autem egrotātes de plateis colligunt̄ misso/ comion grece dicit̄·in quo consumpta languoribus atq; meniis miserorū membra fouentur De. Edificiis sacris Ca·iiii

Sacra sunt loca diuinis cultibus instituta· utpote ea in quibus altaria litantibus de more pontificibus cō secrātur Sancta iuxta veteres exteriora templi sunt Sancta autem sanctorum locus templi secretior·ad quē nul/ lius erat accessus nisi tantū sacerdotis. Dicta autē sanctasancto/ rum. quia exteriori oraculo sanctiora sunt·sicut canticacāticorū quia canticā vniuersa precellunt. Sanctum autē a sanguine ho/ stie nuncupatum. Nichil enim sanctū apud veteres dicebatur· nisi quod hostie sanguine esset consecratum· aut conspersum. Item sanctū quod extat esse sancitū. Sancire ē autē confirmare & irrogatione pene ab iniuria defendere. Sic & leges sancte·& mores sancti esse dicuntur Propiciatoriū oraculum inter duo cherubin. Et dictum ꝓpiciatoriū· quasi propiciatiōis oratoriū Propiciatio eni placatio ē. Oracula dicta·eo ꝙ inde responsa reddantur. Et oracula quasi ab ore Penetralia secreta sunt ora culorum·& penetralia dicta ab eo quod est penitus·hoc ē pene intus Oratorium orationi tantū est consecratū·in quo nemo aliud agere debet·nisi ad quod est factū· vnde & nomē accepit.

Mōasterium vnius monachi habitatio est. Mono eni apud grecos solus·sterio habitatio vel statio·id ē solitarii Cenobiū

vero ex greco & latino videtur esse compositum· est enim habi taculum plurimorum in commune viuentium. Ceno enĩ grece commune dicitur. Templi nomen generale· pro locis enim quibuscunqꝫ magnis antiqui templa dicebant. Et templa dicta quasi tecta ampla. Sed & locus designatus ad orientem a con/ templatione templum dicebatur. Cuius partes quatuor erant· antica ad ortum·postica ad occasum·sinistra ad septentrionem· dextra ad meridiem spectans. Vnde & quando templum con/ struebant orientẽ spectabãt equinoctialem·ita ut linee ab ortu ad occidentem misse fierent partes celi dextra sinistraqꝫ equales ut qui consuleret ac deprecaretur dominũ·rectum aspiceret ori/ entem Fana dicta a faunis quibus templa error gentilium cõ struebat·vnde consulentes demonum responsa audirent De/ lubra veteres dicebant templa fontes habentia·quibus ante in/ gressum diluebantur·& appellari delubra a diluendo. Ipa sunt nunc edes cũ sacris fontibus·in quibus fideles regenerati purifi cãtur·et bene quodã presagio delubra sunt appellata·sunt enim in ablutiõem peccatorum. Fons autem in delubris locus rege/ generatorum est·in quo septem gradus in spiritus sancti miste rio formantur·tres in descensu·et tres in ascensu. Septimus vero idem qui et quartus·id est similis filio hominis extinguens for nacem ignis·stabilimentum pedum·fundamentũ aque·in quo plenitudo diuinitatis habitat corporaliter Basilice prius voca bantur regum habitacula·vnde & nomẽ habent. Nam basileus rex·& basilice regie habitationes. Nunc autem ideo diuina tẽpla basilice nominãtur·quia ibi regi omnium deo cultus & sacrifi/ cia offerũtur. Martirium locus martirii greca deriuatione·eo ꝗ in memoriam martirum sit constructum·vel ꝗ sepulchra sanctorum ibi sint martirum Aram quidam vocatã dixerũt ꝗ ibi incense victime ardeant. Alii aras dicunt a precationibus id est quas greci aras vocant. Vnde contra imprecatio satura di/ citur. Alii volunt ab altitudine aras·sed male. Altare autẽ ab altitudine constat esse nominatum·quasi alta ara Pulpitũ ꝗ in eo lector vel psalmista positus in publico conspici a populo possit·quo liberius audiatur Tribunal eo ꝗ inde a sacerdote tribuant̃ precepta viuendi·est enim locus in sublimi ꝯstitutus vnde vniuersa exaudiri possint. Alias tribunal a tribubus deno minatum·ꝗ ad illud tribus conuocentur Analogiũ dictum

q̄ sermo inde predicetur. Nam logos grece sermo dicitur· q̄ & ipm altius situm est De. Repositis Ca·v

SAcrarium ꝓprie est locus templi· in quo sacra repo/nuntur·sicut donarium est in quo collocant̄ oblata· sicut lectisternia dicuntur vbi homines consedere cō sueuerunt. Ab inferendis igitur & deportandis sacris sacrariū nuncupatur Donaria vero eo q̄ ibi dona reponantur que in templis offerri consueuerunt Erarium vocatum·qa prius ibi es signatum recondebatur.Hoc enim olim in vsu erat· auro ar/gentoq; nōdum signato· ex quorū metallis q̄muis postea facta fuisset pecunia·nomē tamē erarii permansit·ab eo metallo vnde pecunia initiū sumpsit Armarium locus est vbi quarūcunq; artium instrumenta ponuntur. Armamentarium vero vbi tantum tela armorum sunt. Vnde iuuenalis.Quicquid habent telorum armamentaria celi.Dicta autem vtraq; ab armis id est brachiis quibus exercentur Bibliotheca est locus vbi reponū tur libri.Biblio eni grece liber·theca repositoriū dicit̄ Promp/tuarium dictum·eo q̄ inde necessaria victui promuntur id est proferūtur Cellarium q̄ in eo colligantur ministeria mensā/rum·vel que necessaria victui supersunt. Inter promptuarium autem & cellarium hoc interest· q̄ cellarium est paucorū dierū promptuarium vero temporis longi Apotheca autē vel hor/rea greco verbo repositoria vel recōditoria dici possunt·eo q̄ in his homines elaboratas fruges reponunt. Vnde & enthecā gre/co sermone repositam rei copiosam substantiam appellamus

De. Operariis Ca·vi

ERgasterium locus est vbi opus aliquod fit. Graeco enim sermone ergo opera·sterio statio·id est operarii statio Ergastulum quoq; ipsum a greco vocabulo nuncupatur·vbi deputantur noxii ad aliquod opus faciendum ut solent gladiatores & exules qui marmora secant·& tamē vin culorum custodiis alligati sunt. Geneceum grece dictum·eo q̄ ibi conuentus feminarum ad opus lanificii exercendum cō/ueniant.Gene enim grece mulier nuncupatur Pistrinū quasi pilistrinum· quia pilo antea tundebant granum. Vnde et apud veteres nō molitores sed pistores dicti·quasi fissores·a findendis granis frumenti·mole enim vsus nondum erat· sed granū pilo findebant. Vnde &. Virgilius. Nunc torrete igni fruges·nunc

frangite saxo Clibanus fornax a cliuo scilicet dictus·ab eo q in erectione sit collectus·cliuum enim ascensum dicimus siue flexuosum Furnus per deriuationem a farre dictus·q panis ex eo factus ibi coquitur Torcular dictum eo q ibi vue calcẽtur·atq3 extorte exprimantur Forus est locus vbi vua calcat̃ dictus q ibi feriatur pedibus. Vnde & calcatorium dicitur·sed hoc nomen multa significat. Prima species fori locus est in ciuitate ad exercendas nundinas relictus. Secunda vbi magistratus iudicare solet. Tercia quã supra diximus quam calcatorium nominauimus. Quarta spacia plana in nauibus·de q̃bus virgilius Laxatq3 foros Lacus dictus q ibi decurrit frugum liquor

De. Aditibus Ca·vii

ADitus ab adeundo dictus·per quem ingredimur & admittimur Vestibulum ẽ vel aditus domus priuate·vel spacium adiacens edibus publicis. Et vestibulum dictum·eo q eo vestiantur fores·aut q aditum tecto vestiat·aut obstãdo Porticus q transitus sit magis q̃m ibi stãdum sit·quasi porta & porticus·eo q sit aperta. Ianua a iano quodam appellatur·cui gẽtiles omnem introitum vel exitum sacrauerunt. Vnde & lucanus. Ferrea belligeri compescant limina iani. Est autem primus domus ingressus· cetera intra ianuã ostia vocatur generaliter Ostium est per quod ab aliquo arcemur ingressu·ab obstando dictum·siue ostium· q̃a ostendit aliquid intus. Alii aiunt ostium appellari· quia hostem morat̃· ibi enim aduersarius nos obiicimus. Hinc & ostia tiberina· q̃a hostibus sunt opposita Fores & value claustra sunt. Sed fores dicuntur que foras. Value que intus reuoluuntur·& duplices complicabilesq3 sunt. Sed generaliter vsus vocabula ista corrumpit. Claustra ab eo q claudantur dicta. Fenestre sunt quibus pars exterior angusta & interior diffusa est· quales in horreis videmus·dicte eo q lucem fenerent. Lux enim grece fos dicitur. Vel quia per eas intus positus homo foras videt. Alii fenestram putant dictam·eo q domui lucem ministrat·compositum nomẽ ex greco latinoq3 sermõe·fos enim grece lux ẽ Cardo est locus in quo hostium vertitur & semper mouet̃·dictus a potoicardias·q quasi cor hominem totum· ita ille cuneus ianuam regat ac moueat. Vnde et prouerbiale est in cardine rem esse. Limina ostiorum dicta·eo q transuersa sint ut limes· &

ut per ea ſicut in agro aut introeatur·aut foras eatur Poſtes et antes quaſi poſt et ante Et antes·quia ante ſtant·vel qa antea ad eas accedimus priuſ q̃m domum ingrediamur. Poſtes eo ꝙ poſt hoſtium ſtent

De.Partibus edificiorum Ca·viii

Fundamẽtum dictum·eo ꝙ fundus ſit domui. Idem & cementum a cedendo dictum·ꝙ craſſo lapide ſurgat Paries nũcupatus·quia ſemper duo ſunt pares Vel a fronte vel a latere·ſiue enim tetragonum ſiue exagonũ ſit qui ſe conſpiciũt ex pari erunt·aliter enim ſtructura facta deformis ẽ. Parietinas dicimus quaſi parietum ruinas·ſunt enim parietes ſtantes ſine tecto & ſine habitantibus. Angulus ꝙ duos parietes in vnum coniungat Culmina dicta ſunt·quia apud antiquos tecta culmo tegebãtur ut nunc ruſticani. Hinc tecti ſummitas culmen dicit̃. Camere ſunt volumina introrſum reſpicientia·appellate a curuo Camur enim grece curuum eſt Laquearia ſunt que cameram ſubtegunt & ornant·que et lacunaria dicũtur.Principaliter autem lacus dicitur·ut lucilius Reſultãt edeſq; lacuſq;.Cuius diminutio lacunar facit· ut oratiꝰ Neq; aureum mea retinet in domo lacunar. Inde fit alia diminutio lacunarium·et per antiſticon laquearium facit Abſida greco ſermone latine interpretatur lucida· eo ꝙ lumine accepto per arcum reſplendeat. Sed vtrum abſidam an abſidem dicere debeamus hoc verbi genus ambiguum quidam doctorũ exiſtimãt Teſtudo eſt camera templi obliqua.Nam in modum teſtudinis veteres templorum tecta faciebãt·que ideo ſic fiebãt· ut celi imaginem redderent·quod conſtat eſſe conuexum. Alii teſtudinem volunt eſſe locum in parte atrii aduerſum venientibus Arcus dicti ꝙ ſint arta concluſiõe curuati.Ipi et fornices

Pauimenta originẽ apud grecos habẽt elaborata arte picture

Lithoſtrata paruulis cruſtis ac teſſelis tinctis in varios colores.Vocata autem pauimenta·eo ꝙ pauiantur id eſt cedant̃·vnde & pauor·quia cedit cor Oſtracus eſt pauimentũ teſt aceũ· eo ꝙ fractis teſtis calce admixta feriat̃.Teſtam enim greci oſtra dicũt Compluuium dictum·quia aque partes que circa ſunt eo conueniant Teſſele ſunt e qbus domicilia ſternunt̃·a teſſeris nominata·id eſt quadratis lapillis per diminutionẽ Baſes fulture ſunt columnarum·que a fundamẽto conſurgunt·& ſuperpoſite fabrice ſuſtinent pondus. Baſem autem nomen petre

fortissime siro sermõe. Columne ꝑ longitudine et rotũditate vocate·in quibus tocius fabrice põdus erigitur. Antiqua ratio columnarum erat altitudinis tercia pars latitudinum. Genera columnarum rotundarum quatuor·dorice· ionice·tuscanice·corinthee· mensura crassitudinis & altitudinis inter se distantes. Quintum genus est earum que vocatur attice·quaternis angulis aut amplius paribus laterum interuallis. Capitella dicta ꝙ sint columnarũ capita·sicut super collum caput. Epistilia sunt que super capitella columnarum ponuntur·et est grecum id est supermissa Tegule ꝙ tegant edes Et imbrices ꝙ accipiant imbres Lateres & laterculi ꝙ lati formentur·circũactis vndiqꝫ quatuor tabulis. Canalis ab eo ꝙ caua sit in modum canne. Sane canalem melius genere foemimno q̃m masculino proferimus. Fistule aquarum sunt dicte· ꝙ aquas fundant & emittant. Nam stola grece mittere est. Forme earum ꝑ magnitudine aque & capacitatis modo fiunt

De. Munitionibus Ca·ix

Munitum vel munimentum dictum· quia manu est factum Cohors vocita vel quia coercet cũcta que interius sunt id est concludat vel ꝙ coerceat obiectu suo extraneos & adire ꝓhibeat. Vallum est quod mole terre erigitur·ut custodia protendat. Dictum autem vallum a vallis Nam valli fustes sunt quibus vallum munitur. Et valli dicti· ꝙ figant & euellant Interualla spacia sunt inter capita vallorꝫ id est stipitum q̄bus vallum fit. Vnde et cetera quoqꝫ spacia dicunt ab stipitibus scilicet. Agger est cuiuslibet rei aceruatio· Vnde fosse aut valles possunt repleri. Agger proprie dicit̃ terra aggesta·que vallo facto propius ponit̃ sed abusiue· & muros & munimenta oia aggerẽ dicimus. Macerie sunt parietes longi quibus vinee alique claudunt̃ longũ enim greci macron dicũt. Formatũ siue formaciũ in affrica vel hispania parietes e terra appellant·quõm in forma circumdatis duabus vtrimqꝫ tabulis inferciuntur magis q̃m instruuntur· eius durant incorrupti vẽtis ignibus omniqꝫ cemento fortiores Sepes munimẽta satorꝫ sunt·vnde & appellate Caule munimenta ouiũ vel sepimẽta ouilium·est enim grecum nomen c detracta. Nam graeci aulas vocãt animaliũ receptacula De. Tentoriis Ca·x

Tabernacula tẽtoria sunt militũ· q̄bus in itinere solis

ardores tempestatesq; imbrium frigorisq; iniurias vitant. Dicta autem tabernacula quia cortine distentis funibus tabulis interstantibus appenderentur que tentoria sustinerent. Tentoriu vocatu eo quia tendatur funibus atq; palis. Unde & hodie pretendere dicuntur. Papiliones vocantur a similitudine paruuli animalis volantis quod maxime habundat florentibus maluis. hee sunt auicule que lumine accenso conueniunt et circa volitantes ab igne proxime interire coguntur

De. Sepulcris Ca. xi

Sepulcrum a sepulto dictum. Prius aut quisq; in domo sua sepeliebat. Postea vetitu est legibus ne fetore ipo corpora viuentium contacta inficerent. Monumentum ideo nuncupatur eo quia mentem moneat ad defuncti memoriam. Cum enim non videris monumentu hoc est illud quod scriptum est excidit tanq̄m mortuus a corde. Cu autem videris monet mentem & ad memoria reducit ut mortuu recorderis. Monumeta itaq; & memorie pro mentis admonitioe dicte. Tumulus dictus quasi tumes tellus. Sarcofagus grecum nomen est eo quia ibi corpora absumant. sarco enim graece caro. fagos comedere dicit. Mausolea sunt sepulcra seu monumenta regu a mausoleo rege egiptioru dicta. Nam eo defuncto vxor eius mire magnitudinis & pulcritudinis exstruxit sepulcrum in tantu ut vsq; hodie omnia monumenta preciosa ex nomine eius mausolea nuncupentur. Piramides est genus sepulcrorum quadratu & fastigiatu vltra omnem celsitudine que fieri manu possit. Unde & mensura vna vmbrarum egresse nullam habere vmbra dicunt. Tali aute edificio surgunt ut a lato incipiat & in angusto finiant sicut ignis. Pir enim dicit ignis. has egiptus habet. Apud maiores enim potentes aut sub montibus aut in motibus sepeliebant. Inde tractum est ut super cadauera aut piramides fierent aut ingentes columne collocarentur

De. Edificiis publicis Ca. xii

Casa est agreste habitaculum palis atq; virgultis harundinibusq; contextu quibus possint homies tueri a vi frigoris atq; caloris iniuria. Tugurium casula e quam faciut sibi custodes vinearu ad tegime sui quasi teguriu siue propter ardore solis & radios declinandos siue ut inde vel homines vel bestiolas que insidiari natis solent frugibus abigant. Hanc rustici cauannam vocat quia vnu tantum capiat. Tescua

quidam putant esse tuguria·quidam loca prerupta & aspera.
Magalia edificia numidarum agrestium oblonga· incuruis lateribus tecta quasi nauiū carine sunt· siue rotunda in modū furnorum.Et magalia dicta quasi magaria·quia magar punici nouam villam dicunt·vna littera cōmutata l pro r magaria tuguria.

De.Agris Ca·xiii

AGer latine appellari dicitur eo ꝙ in eo agatur aliqd. Alii agrum pro greco nominari manifestius credut Vnde & villa grece coragros dicitur Villa a vallo id est aggere terre nuncupata·quod pro limite constitui solet.
Possessiones sunt agri late patētes publici priuatiq; quos initio non mancipatione·sed quisq; ut potuit occupauit atq; possedit.vnde & nuncupati Fundus dictus ꝙ eo fundatur & stabiliatur patrimonium.Fundus autem & vrbanum edificium & rusticanum intelligēdum est Predium ꝙ ex omnibus patrifamilias maxime preuidetur id est apparet· quasi ꝑuidium· Vel ꝙ antiqui agros quos bello ceperunt·in prede nomine habebant.Omnis autem ager ut varro docet quadrifarie diuidit·
Aut enim aruus est ager·id est sationalis Aut consitus id est aptus arboribus Aut pascuus· qui herbis tantum & animalibus vacat Aut floreus·quod sunt horti apibus congruentes et floribus.Quod &iam virgilius in quatuor libris georgicorum secutus est. Rura veteres incultos agros dicebant id est siluas et pascua.Agrum vero qui colebatur.Nam rus ē quo mel·quo lac·quo pecus haberi potest.Vnde et rusticus appellatur.Haec agrestium prima & ociosa felicitas Seges ager est in quo serit.Vnde & virgilius. Illa seges demum votis respondet auari.Agricole Compascuus ager dictus·qa diuisoribus agrorum relictus est ad pascendum cōmuniter vicinis Alluuius ager est quē paulatim fluuius in agrū reddit Arcifinius ager dictus est·quia certis linearum mensuris non continetur sed arcentur fines eius obiectu fluminum· montium arborum Vnde & in his agris nichil subsciuorum id est ciborū interuenit Noualis ager est primum proscissus·siue qui alternis annis vacat·nouandarum sibi virium causa. Noualia enim semel cum fructu erunt·& semel vacua Squalidus ager quasi excolidus·ꝙ iā a cultura exierit·sicut exconsul ꝙ a ꝯsulatu discesserit
Vliginosus ager est semper vuidus. Nam humidus dicitur

qui aliquando siccatur. Vligo enim humor terre est naturalis· ab ea nunquam recedens. Subsiciua sunt proprie que sutor de materia precidens quasi supuacua abiicit. Inde & subsiciua agri quos in partica diuisos recusant quasi steriles vel palustres. Ité subsiciua que in diuisura agri non faciút centuriá id est iugera ducenta Area dicitur tabularum equalitas. Dicta autem area a planicie atq; equalitate· vnde et ara. Alii aream vocatam dicút q pro triturandis frugibus eradatur· vel q non triturétur in ea nisi arida. Pratum est cuius feni copia armenta tuentur· cui veteres romani nomen indiderunt· ab eo q protinus sit paratú· nec magnum laborem culture desideret. Prata aút sunt q secari possunt. Paludes dicte a pale pastorali dea· q paleam id est pabula nutriat iumentorú De. Finibus agrorú Ca xiiii

Fines dicti· eo q agri funiculis sint diuisi. Mensurarú enim linee in terrarum particione tenduntur· ut di/mensionis equalitas teneatur Limites appellati antiquo verbo transuersi. Nam transuersa omia antiqui lima vel limina dicebant· a quo & limina ostiorum· per que foras et in/tus itur. Et limites q per eos i agros foris eatur. Hinc & limes vocabulum accipit Cingulum quo serui publici cingebátur obliqua purpura Termini dicti· q terre mensuras distiguút atq; declarant. His enim testimonia finiú intelligunt et agrorú intentio & certamen aufert. Limites maximi in agris sunt duo cardo & decumanus. Cardo est qui a septentrione directus a cardine celi est. Nam sine dubio celum vertit in séptétrionali orbe Decumanus est qui ab oriéte in occidenté per transuer/sum dirigitur· qui pro eo q formas decem faciat decumanus é appellatus. Ager enim bis diuisus figuram denarii numeri effi cit Arca ab arcédo vocata· fines enim agri custodit· eosq; adire probibet Trifinium dictum· eo q trium possessionum fines astringit. Hinc & quadrifinium quod quatuor. Reliq limites angustiores & inter se distant imparibus interuallis & nomi/nibus designatis De. Mensuris agrorum Ca·xv

Mensura est quicquid pódere· capacitate· longitudine altitudine· latitudine animoq; finitur. Maiores itaq; orbem in partibus· partes in prouinciis· puincias in regionibus· regiões in locis· loca in territoriis· territoria in agris. agros in centuriis· centurias in iugeribus· iugera in climatibus·

deinde climata in actus particas passus gradus cubitos pedes palmos vncias & digitos diuiserunt tanta enim eorũ fuit solertia Digitus est pars minima agrestium mensurarum Inde vncia habẽs digitos tres Palmus autem quatuor digitos habet Pes sedecim digitos Passus pedes quinq; Partica passus duos id est pedes decem. Partica autẽ a portãdo dicta quasi portica. Omnes autem precedentes mensure in corpore sunt ut palmus pes passus & reliqua sola partica portatur est enim x pedum adinstar calami ĩ ezechiele templũ mensurãtis Actus est minimus latitudine pedum quatuor longitudine centum viginti Climata quoq; vndiq; versum habẽt pedes quinquaginta ita Actus quadratus vndiq; finitur pedibus cẽtum viginti ita. Hũc betici arapennẽ dicunt ab arãdo scilicet Actus duplicatus iugerum facit & ab eo q̃ est iunctum iugeri nomẽ accepit Iugerum autem constat longitudine pedum ducentorum quadraginta latitudine centum viginti ita. Actum ꝓuincie betice rustici agrum vocant. Porcam vero betici triginta pedum latitudine & centũ lxxx longitudine definiunt ita. Sed porca est quod in arando extat quod defossum est. At galli cãdecum id est candidum appellant in arcis vrbanis spacium centum pedum quasi centecum vel centaceum. In agrestibus autẽ pedum centum quinquaginta quod aratores vel quadratũ vel iustum candecum id est candidum vocant. Porro stadialis ager habet passus centum vigintiquinq; id est pedes dc xxv cuius mensura octies computata miliarium facit quod constat quinq; milia pedibus Centuria autem ager est ducentorum iugerum que apud antiquos a centum iugeribus vocabat̃ sed postea duplicata est nomenq; pristinum retinuit. In numero enim centurie multiplicate sunt sed nomẽ mutare nõ potuerũt

De. Itineribus Ca xvi

MEnsuras viarum nos miliaria dicimus greci stadia galli leucas egiptii signes perse parasangas sunt autẽ proprio queq; spacio Miliarium mille passibus terminatur & dictum miliarium quasi milleadium habẽs pedes quinq; milia Leuca finitur passibus mille quingentis Stadium octaua pars miliarii est constans passibus centum vigintiquinq;. Hoc primum herculem statuisse dicunt eumq; spacio determinasse quod ipe sub vno spiritu confecisset ac ꝓinde sta

dium appellaſſe· quõm ĩ fine reſpiraſſet ſimulq; ſtetiſſet Via
eſt qua poteſt ire vehiculum· & via dicta a vehiculorũ incurſu.
Nam duos actus capit propter euntium & venientiũ vehicu/
lorum occurſu. Omnis autem via aut publica· eſt aut priuata.
Publica eſt que in ſolo publico eſt·quae inter actus populo
patet. Haec aut ad mare aut ad oppida pertinet Priuata ẽ que
vicino municipio data eſt. Strata dicta· quaſi vulgi pedibus
trita. Lucrecius. Strataq; iam vulgi pedibus detrita viarum. Ipſa
eſt et dilapidata id eſt lapidibus ſtrata. Primum autem peni di
cuntur lapidibus vias ſtrauiſſe. Poſtea romani eas per omnem
pene orbem diſpoſuerunt propter rectitudinem itinerum·et ne
plebs eſſet occiſa Agger eſt media ſtrate eminentia coaggera/
tis lapidibus ſtrata·ab aggere id eſt coaceruatione dicta· quam
hiſtorici viam militarem dicunt·ut. Qualis ſepe vie deprenſus
in aggere ſerpens Iter vel itus ẽ via·quaſi iri ab hoĩe quaqua
verſum poteſt Item valitus eſt via qua iri ab hoĩe nequaq̃m
vſũ poteſt. Iter autem & itiner diuerſam habent ſignificationẽ.
Iter enim eſt locus tranſitu facilis. Vnde & appellamus itum.
Itiner autẽ eſt itus longe vie & ipſe labor ambulandi·ut quo
velis peruenias Semita itineris dimidium ẽ·a ſemi itu dicta.
Semita autem hominum ẽ calles ferarum & pecudum. Callis
eſt iter pecudum inter mõtes anguſtum & tritum a callo pecu/
dum vocatũ·ſiue callo pecudum per duratum. Tramites ſunt
tranſuerſa in agris itinera ſiue recta via dicti ſiue ꝙ tranſmittãt
Diuortia ſunt flexus viarũ ·hoc eſt vie in diuerſa tẽdentes
Eadem diuticula ſunt hoc ẽ diuerſe ad diuiſe vie ſiue ſemite trãſ
uerſe que ſunt altere vie Biuiũ quia duplex ẽ via. Cõpeta qa
plures in ea competunt vie quaſi triuie quatrie. Ambitus inter
viciorum ediſſicia locus duorum pedum & ſemipedis ad cir/
cuendi facultatẽ relictus & ad ambulando dictus. Orbita veſ/
tigiũ carri ab orbe rote dicta· Porro actus quo pecus agi ſolet
Cliuoſum iter flexuoſum. Veſtigia ſunt pedum ſigna pmis
plantis pedum expreſſa·vocata qđ his vie precurrentiũ inſti/
gentur·id ẽ cognoſcantur Explicit liber quindecimus

INCIPIT·LIBER·SEDECIMVS·DE PVLVERIBVS·ET·GLEBIS·TERRE

Ca·1

PVLVIS ·DICTVS· ꝙ VI·VENTI·PELLATVR. TOLLITVR·ENIM·EIVS·FLATV·NEC·RESIstit nec stare nouit. sicut ait propheta tãꝙ puluis quem proicit ventus a facie terre Limus vocatus ꝙ lenis sit Cenum ẽ vorago luti Cinis ex incendio dicitur ab eo enim fit fauilla ꝙ ꝑ ignẽ effecta sit. nam fos ignis est Gleba quod sit globus pulueris enĩ colleccõne conpingit̃ · et in vno glomere adunatur Terra autẽ ligata gleba ẽ. soluta puluis· Labina eo ꝙ ãbulantibus lapsum inferat. Dicta ꝑ deriuacionẽ a labe Lutum vocatum quidam ꝑ antifrasim putant ꝙ non sit mundum Nam omne lotum mundum est. Volutabra appellata ꝙ ibi apri volutentur Vligo sordes limi vel aque sunt Sabulũ leuissimum terrae genus Argilla ab argis vocata apud quos ꝓmum ex ea vasa confecta sunt Creta ab insula creta vbi melior est creta· Cimolia cãdida est ab insula cimea italie dicta q̃rum altera vestimentorũ ꝓciosos colores emollit· et cõfricato sulphure quodam nitore exhilarat· Altera gẽmis nitorẽ ꝓstat Creta argẽtaria et ipsa candida appellata. eo ꝙ nitorẽ argento reddat Terra samaria a samo insula dicta· glutinosa et cãdida et lingue lenis· medicamentis et vasculis necessaria· Puluis puteolanus in puteolanis italie colligit̃ collibus. Opponiturq; ad sustinẽda maria· fluctusq; frangendos· Nam mersus aquis protinus lapis fit. Vndisq; cotidie forctior effectus in saxum mutatur· Sicut argilla ab igne in lapidem vertitur· Sulphur vocatum quia igne accenditur· vr enim ignis est. Nam uis eius et in aquis feruentibus sentitur· Neq; alia res facilius accendit̃ Nascitur ĩ insulis eoleis inter siciliã et italiã· quas ardere dicunt Inuenit̃ et in aliis locis effossum· Huius genera sunt quatuor Viuũ quod foditur translucetq; et viret· ꝙ solum ex omnibus generibus medici vtuntur. Alterum quod appellant glebam vsibus tantum fullonum familiare. Tercium liquor est. Vsus eius ad lanas suffundẽdas ꝙ candorẽ mollicieq; prestat. Quartum ad licinia conficiẽda maxime aptum. Sulphuris tanta vis

est ut morbos epilenticos cõmiciales deprehendat nidore suo impositis ignibus exardescens in calice vini prunaqꝫ subdita circunferés exardescentibus repercusso ·palorem dirum velut defunctorum effundit

De Glebis et aquis Ca·ii·

b Itumé i iudea e lacu assaltide emergit·Cuius glebas supnatátes naute scafis appropinqntes colligũt. In siria auté limus ẽ·passim a terra exestuans.spissat̃ auté vt̃qꝫ et densitate coeũt et vtraqꝫ greci spissa assaltõ appellát Natura eni ardens et igni icognita et neqꝫ aqua neqꝫ ferro rumpit̃ nisi solis mulieribus inquinamétis vtilis ad cõpages nauium

Alumen vocatũ a lumie qꝫ lumen coloribus prestat tinguendis· Est auté salsugo terre efficiturqꝫ hieme ex aqua et limo et estiuis solibus maturatur. Huius species due sũt liquidum et spissum Sal quidam dictum putant·qꝫ in igne exiliat·fugit eni ignem dum sit igneũ·sed naturam sequitur·quia ignis et aqua inter se semper inimica sunt. Alii sal a salo et sole vocatum existimát. Nam aquis maris spõte gignit̃ spuma in extremis litoribus vel scopulis derelicta et a sole decocta. Sunt et lacus et flumia et putei e quibus hauritur.De hinc in salinis ingestus sole siccatur·sed et flumina densantur in sale amne reliquo sub gelu fluente .Alibi quoqꝫ detractis arenis colligit̃ ·crescens cum luna noctibus. Nam in cirnea ammoniacus sub arenis inuenitur· Sunt et montes natiui salis·in quibus ferro cedit̃ vt lapis·renascens maius .Tante alicubi duricie ut muros domosqꝫ massis salis faciant.sicut in arabia.In natura quoqꝫ salis differécie sunt.ná alibi suauis alibi salsissimus· Cõmune sal i igne crepitat tragaseum nec crepitat in igne nec exilit·agrigentinum silicie flammis paciens·in aqua exilit·i igne fluit contra naturam Sunt et colorum differentie·memfiticus rufus est·i parte quadam sicilie ubi ethna est purpureus Item in eadem sicilia i pachino adeo splendidus et lucidus ut imagines reddat. In capadocia crocinus efodit. Salis natura necessaria est ad omné escá·Pulmentis eni saporem dat·excitat auiditatem et appetitum i omnibus cibis facit.Ex eo qppe omnis victus delectacio et sũma hilaritas .hinc et salus nomen accepisse putatur· Nichil enim vtilius sale et sole. Deniqꝫ cornea uidemus corpora nauticorum.Quin etiam pecudes

armenta et iumēta maxime sale prouocātur ad pastū. Multū largiores lacte: multoqȝ graciores casei dote. Corpora eciam sal stringit siccat et alligat. Defuncta eciam a putrescendi labe vindicat ut durant. Nitrum a loco sumpsit vocabulum nascitur enim in oppido vel regione egipti nitria prunamqȝ circumferens ex quo et medicine fiunt et sordes corporum vestiumqȝ lauātur. Huius natura non multū a sale distat. Habet enim virtutem salis et similiter oritur canescentibus siccitate litoribus. Afronitrum grece latine spuma nitri est. De quo quidam ait. Rusticus es nescis quid greco nomine dicar spuma vocor nitri grecus es afronitro. Colligitur autē in ispania in asia in speluncis distillans. De hinc siccatur sole. Optimum putatur si minime fuerit ponderosum & maxime fricabile colore pene purpureo. Calcantum dictum quia calcidis est timum id est flos. Vnde et aput latinos aeris flos appellatur. Fit autem nunc multis ī regionibus. Olim in ispania e puteis vel stagnis id genus aque habentibus aquā decocquebant & in piscinas ligneas fundebant appendentes super eas restes lapillis extentas quibus limus in similitudine vitrei acini adherebat sicqȝ effectum siccabatur diebus triginta. Fit autē nūc alibi ī speluncis quod liquide collectum de hinc diffusum in quosdā botros solidatur. Fit et in scropibus cauatis. quorum elateribus decadentes gutte coalescūt. Fit et in salis modo ex flagrātissimo sole adeo constricte virtutis est ut in leonum et vrsorum ora aspersum tantam vim habeat stringēdi ut non valeant mordere

De Lapidibus vulgaribus. Ca. iii.

Lapis a terra tanqȝ densior et iam vulgo discernitur. Lapis autem dictus ꝙ ledat pedem lapis mollis est & sparsus. Saxa harent et a montibus exciduntur. Petra grecum est. Silex est durus lapis eo ꝙ exiliat ignis ab eo dictus. Scopulus a saxo eminēti qsi ab speculando dictus siue a tegemēto nauium apotoscopon. Spelea grece spelunca latine est autē rupis cauata. Crepido extremitas saxi abrupta Vnde et crepido vocata ꝙ sit abrupti saxi altitudo sic heret pede pes densus vnde et vocat. Cauces aspera saxa ī mari dicta cauēdo qsi caute. Murices petre in litōre similes muricis viuis acutissīe et nauibus pniciose. Icon saxū est ꝙ humane

vocis sonū captans· etiam verba loquenciū immitatur Icon autē grece imago latine vocat· eo q̄ ad vocē respondens aliem efficitur imago sermonis· Licet hoc quidem et locorum natura eueniat ac plerumq̧ conuallīū Calculus est lapillus terre admixtus· rotundus atq̧ durissimus· et omni puritate lenissimus. Dictus autē calculus q̄ sine molestia a breuitate sui calcet

Cui contrarius est scrupus lapillus minutus et asper. Qui si inciderit in calciamento nocet et molestia est animo Vnde et animi molestiā scrupulum dicimus. Hinc et scrupea saxa· idē aspera Cotis nomē accepit q̄ ferrum ad incidendum accuat Cotis enim greco sermone incisio nominatur. Ex hiis aliae aquarie sunt· aliae oleo indigent in acuendo· sed oleo lenem aque aciem acerrimium reddunt. Pumex vocat̄· eo q̄ spume densitate concretus fiat. Est aridus candore paruus· tantamq̧ naturam refrigerādi habens· ut in vase missus· multa deferuere desinant. Rudos artifices appellant lapides contusos· & calce admixtos· quos in pauimentis faciēdis superfundunt. Vnde & rudera dicunt Gipsum cognatū calci est· & est nomen grecum Plura eius genera Omnium autem optimum lapidis specularis est. Est enim insignis edificiorum & coronis gratissimus· Calcifiuua dicta· quia dum sit tactu frigida· intus ocultum continet ignem. Vnde & perfusa aqua· statim latens ignis erumpit. mirum aliquid natura eiuus facit· Postquam enim arserit· aquis incenditur· quibus solet ignis extingui Oleo extinguitur quo solet ignis accendi. Vsus eius structure fabrice necessarius. Nam lapis ita lapidi non potest adherere fortius· nisi calce coniunctus. Calcis e lapide albo & duro melior structuris· & ex molle vtilis tectoriis Arena ab ariditate dicta· nō abherēdo in fabricis ut q̄dam volūt. Huius probacio· si· manu impressa stridat· aut si in vestem candidam sparsa nichil sordis relinquat

De Lapidibus· insignioribus Ca· iiii

MAgnes lapis indicus· ab inuentore vocatus. Fuit in india autē primum repertus· clauis crepidarū· baculiq̧ cuspidi herens· cū armenta idem magnes pasceret. Postea & passim inuenitur. Est autē colore ferrogineus Sed p̄batur cum ferro adiūctus eius fecerit raptū. Nam adeo aprehendit ferrum· ut catenam faciat anulorum. Vnde & eum

vulgus ferrum viuum appellat. Liquorem quoq; vitri ut ferrũ trahere creditur. Cuius tãta vis est: ut refert beatissimus augustinus quod quidam eundem magnetem lapidem tenuerit sub vase argenteo ferrumq; super argentum posuerit deinde subter mouente manu cum lapide ferrum cursum desuper mouebat vnde factum est uti ĩ quodã templo simulacrum e ferro pendere in aere videret. Est quippe & alius in ethiopia magnes qui ferrum non ambigit sed respuit. Omnis autem magnes tanto melior est quãto magis ceruleus est. Gagates lapis primum inuentus est in sicilia gagathis fluminis fluore reiectus. vnde & nominatus. Licet & ĩ britania sit plurimus. Est autẽ niger planus leuis & ardens igni ad motos fictilia ex eo non delent scripta. Incensus serpentes fugat epilẽticos manifestat demoniacos prodit deprehendit virginitatẽ mirum quia accendit aqua oleo restringit. Abeston arcadie lapis ferrei coloris ab igne nomen sortitus eo q accensus semel nunq; extinguitur De quo lapide mechanicum aliquid ars humana molita est q gentiles capti sacrilegio mirarentur. Deniq; in templo quodam fuisse ueneris fanũ. ibiq; candelabrũ et in eo lucernã sub diuo sic ardentem ut eam nulla tẽpestas nullus imber extingueret. Pyritis enĩ persicus lapis fuluus. aeris similans qualitatem. Cuius plurimus ignis. Siqdem facile scintillas emittit. Hic tenentis manũ si vehementius prematur adurit ppter q ab igne nomen accepit. Est et alius pyritis uulgaris quem viuum lapidem appellant qui ferro uel lapide percussus scintillas emittit q excipiunt sulphure uel fungis uel foliis. edito celerius prebet ignem. Hunc uulgus cocarem petram vocat. Selenites qui latitudine lunaris interptatur eo q interiorẽ eius candorem cum luna crescere atq; deficere aiunt. Gignitur in persida. Dionisius lapis fuscus et rubẽtibus notis sparsus. Et ob hoc ita vocatur quia si aquis mixtus coteratur uinum flagrat. Et q in illo mirũ est ebrietati resistit. Iracius niger & sonorus nascitur in flumine cuius nomen est pontus in equrcia. Frigus lapis ex loco txit vocabulum. Nascit enim in frigia colore pallidus mediocriter grauis. Est autem gleba pumicosa. uritur antea vino perfusus flatusq; follibus donec rubescat ac rursus dulci uino ternis uicibus intinguit tinguendis tantũ uestibus utilis. Sirius lapis a siria ubi reperit

appellatus.hic itegerfluctuari tditur·cōminutus mergi Arabicus similis est ebori sine ulla macula· Hic defricatus ad cutē sucū dimittit croco similem. Iudaicus lapis albus est atqꝫ i steemate glādis·scripturis sub inuicē modolatus quē grāmas appellant Samius a samo insula ubi repeꝛit vocatus Est grauis & candidus·poliēdo auro utilis Memficus vocatus a loco egipti·& est gemmantis nature·Hic tritus atqꝫ in his q urēda sunt & secanda ex aceto in linitus·ita obstupescere facit corpus·ut non senciat cruciatū Sarcofagus lapis dictus·eo ꝙ corpora defunctorum condita i eo infra quadraginta dies adsumūtur Sarcos eni grece arca dicit.fagus comedere·Nastit autē i troade fissiliqꝫ uena scindit·Sunt eiusdem generis in oriēte saxa q eciā uiuētibus alligata erodūt corpora mciores autē seruādis corporibus nec adsumētes Emathites appellatus·eo ꝙ cute resolutus·in colorem ueniat saguinis Est autē ad modum liuidus et ferrugineus. Nascitur in vltia egipti·babiloia·& ispania. Andromatus colore niger·pondere & duricia insignis. Vnde et nomē traxit. Precipuus reperitur inafrica·trahere autē in se argentum uel es dicit.Quiqꝫ atritus ut emathites·in colorem redigit sanguinis Iscistos inuenitur in vltima ispania·croco similis cum leui fulgore·facile fricabilis. Amiantos appellatus a ueteribus·eo ꝙ si ex ipso uestis fuerit contacta contra ignem resistat·& igni imposita non ardeat·sed spendoē accepto nitescat·Et est sciscialo similis ueneficiis resistens ommibus specialit magorum Batracides similis est teste lamiose scissibilis Galactides colore cinerius gūstu suauis & ideo vocatus·quod q dam de se lacteū atritus dimittat Obsius lapis niger est·translucidus·et vitri habens similitudinē.Ponitur in speculis parietū propter imaginum umbras reddendas·gemmas multi ex eo faciunt· Nascitur in india & in samo italie Nitridas lapis eufratis sole repcussus coloribus micat uariis Ethites lapides reperiuntur in nidis aquilarum·aiūt binos inuenire·marem et feminā· nec sine his parere aquilas Horum masculus durus·similis galle subrutulis.Femineus vero pusillus ac mollis·alligati partus celeritatē faciunt·eciam aliquibus.vulue ex cidunt nisi cito parturientibus auferātur. Fingites capadocie lapis.duricie marmoris candidus atqꝫ translucens. Ex quo quondam templum

constructũ est a quodam rege foribus aureis. quibus clausis claritas intus diurna erat. Emites ebori similis in quo dariũ conditum ferũt. parioq; similis cãdore et duricia. minus tantũ ponderosus qui poros vocat. Ostracites vocatus q similitudinem teste habeat. usus eius pro pumici. Melanites lapis dictus ẽ eo q melleũ et dulcem sucum reddat. Hismiris lapis asper et indomitus et oĩa atterẽs. ex quo lapide gẽme terũtur. Crisites lapis colore similis ocree. inuenitur in egipto. Amnites similis nitro. sed durior. Gignitur in egipto uel arabia. vi nascitur in ethiopia veluti viridis. sed lacteus cum resoluitur remordens uehemẽter. Coranus albus est. duriorq; pario. Molicius veluti uiridis et grãdis. inuenitur in egipto. Tusculanus a loco italie dictus. dissilire igne traditur. Savinus fuscus adito oleo. etiã lucere fert. Est et quidam viridis lapis. vehemẽter igni resistens. Sifinius mollis et candidus excalefactus oleo nigrescit. aqua durescit. Lapides quoq; medicinalium mortariorum. ac pigmentorum vsibus apti Ethesius precipuus deinde colaticus. Tebaicus quoq; et basanites lapides. nichil ex sese remittẽtes. Specularis lapis vocatus est q vitri more transluceat. Repertus primum in ispania citeriore et circa segobricã urbem. Inuenitur enim sub terra. Et effossus exciditur atq; finditur. in quaslibet tenues crustas

De marmoribus Ca. v.

Post lapidum genera veniemus ad marmora. Nam inter lapides et marmora differentie. Nam marmora dicuntur eximii lapides. que maculis et coloribus commutantur. Marmor sermo grecus est. a viriditate vocatũ. Et q̃uis postea & alii colores inueniãtur nomẽ tamẽ pristinũ a viriditate tenet. Marmorũ colores & genera ĩnumerabilia sunt. nõ tamen omnia e rupibus exciduntur. sed multa sub terra sparsa sunt. preciosissimi generis. Sicut lacedemoniũ viride. cunctisq; hilarius. Repertum prius aput lacedemonios vnde et vocabulũ traxit. Ophites serpẽtiũ maculis similis est vnde et uocabulum sumpsit. Duo eius genera. molle. candidũ nigrũ. durum. augusteum. & tiberium. In egipto augusti ac tiberii primum principatu reperta sunt. Differentia eorũ est ab ophite. cum illud ut prediximus serpentium maculis sit simile hec maculis diuerso modo colligunt. Nam augusteũ vndati

est crispum in uertices · tiberium sparsa non conuoluta cani/
cie Purporitis ex egipto est rubens· candidis interuenienti/
bus punctis·nominis eius causa·q rubeat ut purpera Basa/
nites ferrei coloris siue duricia·vnde et nomé ei datú est·Inué/
tus in egipto & in ethiopia. Alabastrites lapis candidus
intertinctus variis coloribus·ex quo euágelici illius vasculum
unguenti fuerit· Cauant enim hunc ad vasa unguétaria·quo/
niam optime seruarein corrupta dicitur. Nascitur circa thebas
egiptias & damascum sirie·ceteris candidior. probatissimus
uero in india Parius candoris eximii·ligdinus cognomen/
to. Hic aput paron insulam nascit·vnde & parius nucupatur
Magnitudo eius q lances craterasq; non excedat·vnguentis et
ipse aptus Coraliticus i asia·repertus mésura nó ultra cubita
bina. Candore proximo eboris ad quandam similitudinem·e
diuerso & niger Alabandicus terre sue nomine nuncupatus
est.Purpure aspectu similis·iste i oriente igne liquatur atq; ad
usum vitri fundit Thebaicus intertictus aureis guttis.Inue/
nitur i parte egipti·asscripta cuticulis ad teréda colliria quadam
utilitate naturali conueniens. Sienites circa sienē uel thepas
nascit·trabes ex eo fecere reges Marmora auté q in officinis
rupibusq; gignuntur·ex quibus ita sui diuersi coloris maculis
distictus·cuius pmú usum insule ciclades dederút Lesbius
libidior est paulo huic·sed et ipse diuersi coloris maculas habés
Coritheus amoniace gutte similis·cú uarietate diúsorum colorum
Corinto primú reptus é· Ex eo columne ingétes liminaq; fiút
ac trabes Caristeum vindem optimú·q nomen ab aspectu
habens·eo q gratus sit·his qui gémas sculpunt·eius ení viridi/
tas reficit oculos Numidicú marmor numidia mittit ad cuté
sucú dimittit·croco similem· vnde & nomé accepit·nó crustis
sed in massa & liminum vsi aptú Luculleum marmor nascit
in cheo insula· cui lucullus consul nomé dedit.Qui delectatus
illo primus romá inuexit· solúq; pene hoc marmor ab amatore
nomen accepit.Est & liniésis tessriá appellatus a colore cineris
Cuius lapidis alligacio contra serpentes laudat.Ebur a barro
idé elefanto dictú·Oratius Quid tibi uis mulier nigris dignissi/
ma barris De gemmis· Ca·vi·

Post marmorum genera gemme secuntur que multú
auro decoré tribuunt uenustate colorú.Primordia

eius a rupe caucasea. Fabule ferūt ꝓmetheū primū fragmenta saxi eius inclusisse ferro. ac digito circūdasse. hisq; initius cepisse anulum atq; gemmam. Genera gēmarum innumerabilia esse traduntur. E quibus nos ea tantum que principalia sunt. siue notissima adnotauimus. Gemme vocate q instar gūmi trāsluceant. Preciosi lapides ideo dicti sūnt. quia care valent. siue vt a vilibus discerni possunt. seu quod rari sint. Omne enī qđ rarum est. magnum & preciosum vocatur. vt ī samuelis volumine legit. Et sermo dnī preciosos erat in israhel. hoc ē rarus.

De viridioribus gemmis. Ca. vii.

Omnium gēmarum virentium. smaragdus pricipatū habet. Cui veteres terciā post margaritas & vniones tribuūt dignitatē. Smaragdus a nimia viriditate vocatus. Omne enī satis viride smaragdum dicitur. Nullis enī gēmis vel herbis maior q huic austeritas ē. Nam herbas virentes fronde q exuperat. inficiens circa se viriditate repercussum aerem. Sculpentibus quoq; gemmas. nulla gratior occulorum refectio est. Cuius corpus si extentū est. sic speculum. ita imagines reddat. Quippe vero cesar gladiatorū pugnas in smaragdo expectabat. Genera eius duodeci. sed nobiliores scithici. qui in scithica gente reperiuntur. Secundum locum tenet bactriani. Colliguntur enim i commissuris saxorum, flante aquilone. Tunc enim tellure de operta intermicāt. quia his ventis arear ne maxime mouētur. Terciū egiptii habēt. reliqui metallis aerariis inueniūtur. sed viciosi. Nam aut a ere. aut plumbo. vel lap. llamentis. vel salis similes notas habent. Smaragdi autem mero et viridi proficiunt oleo quis natura imbuantur. Calcūsmaragdus dicta q viridis sit et turbida aereis venis. hec ī egipto vel cipro insula nascitur. Prasius pro viridante colore dictus. sed vilis. Cuius alterum genus saguineis pūctis abhorret. Tercium distintū virgulis tribus candidis. Berillus in india gignitur. gentis sue lingue nomen habens. viriditate similis smaragdo. sed cum palore. Politus autem ab indis in sex angulis formas vt hebetudo coloris repercussione angulorum excitetur. Aliter politus nō habet fulgorē. Genera eius nouem.

Crisoberillus dictus eo q pallida eius viriditas in aureum colorem resplendeat. & hunc india mittit. Crisoprassus indius est colore porri sucū referens aureis interuenientibus guttis.

vnde et nomen accepit· quem quidam berillorũ generis iudica/uerunt. Iaspis de greco in latinum viridis gemma interptatur Ias grece qppe viride pinasin gẽma dicit· é auté smaragdo subsimilis & crassi coloris. Species eius ·x· & ·vii· Volũt autem iaspidem gemmã & gratie & tutele esse gestantibus· quod credere ñ fidei sed supstitionis est. Tobazion ex virenti genere est omniq3 colore resplendés inuenta primũ i arabie insula· in qua trogodite pdones fame & tempestate fessi· cũ herbarũ radices effoderent· eruerunt· Que insula postea quesita nebulis coopta tandem a nauigantibus inuenta est· sed ob hoc locus & gẽma nomé ex causa accepit· Nã tobazin trogoditarũ lingua significationem habet querendi· Est autem amplissima gẽmarum· Eadé sola nobiliũ limam sentit· Genera eius duo. Callaica colore viridis· sed pallens & nimis crassa· Nichil iocũdius aurũ decés vnde & appellata· Nascitur in india vel germania in rupibus gelidis oculi mõ extuberás. Melocites spissius virens & crassior q3 smaragdus a colore malue nomen accepit in reddẽdis laudata signis· Nascitur in arabia. Eliotropia viridi colore & nubilo· stellis puniceis supsparsa· cũ sanguineis venis· causa nominis de effectu lapidis est Nam deiecta in labris eneis· radio solis mutat sanguineo repcusso· Extra aquã autem speculi mõ solé excipit· dephéditq3 deffectus eius· subeunté luna ostédés· mago2 impudentie. Manifestissimũ in hoc quoq3 exemplum est· quod admixta herbe eliotropio quibusdã additis pcātationibus gerentem cõspici negent· Gignit in cipro & africa sed melior in ethiopia. Sagda gẽma prasini coloris· apud chaldeos· cuius tanta vis est· ut pmeantes naues e pfundo petat & carinis ita tenacit adhereat· ut nisi abrasa pte ligni vix sepereẽ.

Mirites dicta est· q2 in eo mirre color est· compssus auté usq3 ad coloré nardi. Spirat suauitatem aromatis· Repitur in arabia uel egipto mirre coloris & odoris· vñ & nomé accepit. Melecros bicolor ex vna pte viridis· ex altera melli similis Coaspites a flumine psarum dicta est ex viriditate fulgoris aurei

De· Rubris gemmis Ca· viii·

Corallius gignit in mari· Forma ramosus colore viridis· et maxime rubens· Vie eius candide sub aqua et molles. Detractus cõfestim durescit et rubescit· tactuq3 protinus lapidescit. Itaq3 occupari · euelliq3 retibus solet.

aut acro ferramento precidi · Qua de causa coralius vocitatur
Quanto autem aput nos margaritum indicum preciosum est
tanto apud indos corallium · Hunc magi fulminibus resistere
affirmant · si creditur. Sardius dicta eo quod reperta sit primum
a sardis. Haec rubrum habet colorem · marmoribus prestans ·
sed inter gemmas vilissima · Genera eius quinque Onix appel/
lata · quod habeat in se permixtum candorem in similitudinem
vnguis humane · greci enim vnguē onice dicūt. Hāc india vel
arabia gignit Distant autē inuicē · nam indica igniculos habet
albescentibus zonis · arabica autē nigra cū candidis zonis · Ge/
nera eis quinque Sardonix ex duorum nominum societate
vocata. Est enim ex onicis cādore et sardo. Constat autem tri/
bus coloribus subterius nigro · medio cādido · superius mineo
hec sola signādo nihil cere auellit. Reperitur aūt aput indos &
arabes de tecia torrentibus · Genera eius quinque. Emathites
rubore sanguineus · ac propter emathites vocatus. Emath pre
sanguis est · gignit in ethiopia quidē · sed principalis in arabia
& arffica inuenitur. De qua promittunt magi quidā ad coar/
guandas barbarorum insidias. Sucinus quē greci electron
appellant · fului cereique coloris. Fertur arboris esse sucus · & ob
id sucinū appellari. Electrum autē vocari fabulosa argumē/
tacio dedit. Namque fetonte fulminis ictu interempto sorores
eius luctu mutatas in arbores populus lacrimis electrū oībus
annis fundere iuxta eridanū amnē. Et electrum appellatū quoniā
sol vocitatus est electron plurimi poete dixere · Constat autem
eum non esse succū populi · sed pinee arboris. Nam accēsus tede
nidore flagrat Nascitur autem in insulis maris oceani septem/
trionalis sicut gummi · Densatque vt cristallus rigore vel tepore
Ex ea fiunt decoris gratia agrestiū feminarum monilia · vocari
autem a quibusdā arpaga · eo quod atritu digitorū accepta caloris
anima folea paleasque & vestium fimbrias rapiat · sicut magnes
ferrum · quocumque autem modo libeat tinguitur Nam ancusae
radice conciliogque inficiuntur Ligurius vocatus · quod fiat ex vri/
na lincis bestie · tepore indurata Est autem sic & sucinum fulua
adtrahens spiritu folia adpropinquancia

De Purpureis Ca · viii ·

INter purpureas gēmas principatū ametistus indi/
cus tenet Ametistus purpureus est · permixto violacio

colore· & quasi rose nitor· leniter quasdam flammulas fundés Alterú eius genus descendens a iacinctis. Causam nois eius adserunt· quia sit quidá in purpura illius nó ex toto igneú· sed vini colorem habens. Est autem sculpturis facilis Genera eius quinque. Saphirus ceruleus est· cum purpura· habens pulueres aureos sparsos. Optimus aput medos· nusquá tamé plucidus Iacinctus ex nominis sui flore vocatus· hic i ethiopia inuenitur· ceruleum colorem habens · Optimus qui nec rarus est· nec densitate obtonsus· sed vtroque téperamento lucet· purpura refulgens · Hic autem non semper equaliter rutilat. Sed cum facie celi mutatur· Sereno enim persipcuus atq; clarus est Nubilo coram oculis euanescit atque marcescit In os missus· frigidus est. In sculpturis durissimus · nec tamen in vinctus Nam adamante scibitur & signatur · Iacintizonta indicus est iacinctum prope referens Quidam autem eorum cristallo similes capillamentis intercurrentibus obscurátur ex quo etiá vicio illorú nomen est. Ametistizontes appellatus· quia eius extremus igniculus in ametisti violem exit · Celedonia ex irundinum colore vocata· & duorum é generum · Quarum vna ex altera parte purpurea· et alia purpurea nigris intueniétibus maculis· Ceranea scithie gemma· ceruleo nitore coruscans. pura interdum· et punctulis intermicátibus auratis puluisculis varias Roditis rosea est· & ex eo nomen accepit

De Candidis Ca·x·

Margarita prima candidarú gémarum· Quá inde margaritá aiút vocatam · q2 in conchulis maris hoc genus lapidú inueniatur· inest enim in carne cociee· Calculus natus· sicut in celebro piscis lapillus· gignitur autem de celesti rore. Quem certo anni tempore cociee hauriunt. Ex quibus margaritis quedam vniones vocantur. Aptum nomen habentes · q2 tantum vnus· nunq2 duo vel plures simul reperiantur Meliores auté cádide margarite quáq2 flauescút· Illas enim aut iuuentus· aut matutini roris conceptio reddit candidas. Has senectus vel vesptinus aer· gignit obscuras Pedorus secunda post margarritá cádidarum gemmarum. De qua querit in quo colore numerari debeat· tociés iactáti per alienas pulchritudines nominis· adeo vt decoris progatiua vocabulo facta sit. Asterites candida est· inclusam lucem continens.

velut stellā intus ambulantē redditq₃ solis cādidicantes radios Vnde & nomē inuenit. Galactides lacteus est· qui attritus reddit sucum album· ad lactis saporem. Feminis nutriētibus inligata·fecūdat vbera · Infantium quoq₃ collo suspensa·saliuā facere fert·i ore autē liquescere & memoriā adimere Mittunt eā nilus & a celous amnes. Sūt q smaragdū albis venis calac/ ticē vocāt·ccumligatū. Galacies· grādinis et cādorē pfert & figurā. Duncia quoq₃ inuicta ut adamās·etiā in igne posi ta manere suū frigus. Solisgemma cādida est·traxitq₃ nomē q₂ ad speciem solis·in orbē fulgentes spargit radios. Solenites transflucet candido melleoq₃ fulgore·continens lune imaginē Quam iuxta cursū astri ipsius phibent in dies singulos minu atq₃ augeri. Nascit̄ in psida Cinediā inuenit̄ in cerebro piscis eiusdem nois · candida et oblonga · presagare his ferunt magi signa tranquillitatis vel tempestatis· Beloculus albicans·pu/ pillā cingit nigram e medio aureo fulgore lucente · et propter speciem· assiriorū regi belo dicata vnde & appellata · Epime/ las dicitur cum in candida gemma superenigritat color· vnde & nomen habet. Exebenus speciosa & candida ·quo artifi/ ces aurum poliunt

De Nigris Ca· xi·

AGathes reperta primū i sicilia ·iuxta flumē eiusdem nominis·Postea plurimus in terris. Est autē nigra habens in medio circulos nigros & albus·iunctos & variatos·similis emathiti·magi suffitū earū·si creditur·tem/ pestates auertunt·fulmina sistunt Absiccos nigra et ponde/ rosa·disticta venis rubētibus. Haec calefacta igne· in·diebus calorē tenet. Eigptilla nigra est radice·cerulea facie·ex egipto ubi inuenitur vocata. Media nigra est·a medea illa fabulosa inuēta. Habet venas aerei coloris·sudorē reddit croci·saporem vini. Vergentana italica gēma est·ab eis repta·nigra facie·al/ bis intermicātibus notis Bariptos nigra est·cum sanguineis & albis notis. Meramelas·nigra·venas quemlibet colorem secante per medias. Veneria crines·nigerrimi coloris·cōtinēs in se speciē·rufi crinis . Tricuus ex africa nigra·ē·sed trēs sucos reddit. A radice nigrū·e medio sanguineū e summo ocree · Di/ onisia·nigris mixtis·rubētibus notis ex aqua trita vinū flagrat & odore suo ebrietate resistere putatur. Piritis nigra quidem

ſed attrita digitos adurit.

De Variis Ca·xii·

VAngrus varius ex omnibus pene coloribus coſtās vnde & nominatur Olca barbari nominis·ex fuluo & nigro·viridiq; & candido eſt Mitridax ſole percuſſa coloribus micat variis·gignit̃ i per ſida· Droſelitus varius nominis cauſa·quia ſi ad ignem applicetur·velut ſudorem emittit Opalus diſtinctus diuerſarum colore gemmarũ Eſt eni i eo carbunculi tenuior ignis·ametiſti fulgēs purpura ſmaragdi nitens viriditas·& cuncta pariter ſub quadam varietate lucencia·nomen habens ex patria. Sola enim eũ parturit india Pontice a ponto dicit̃ genere diuerſo. Nunc ſanguineis nunc auratis micantes guttis. Alie habētes ſtellas·alie longis colorum ductibus liniate. Exocōtalitus i parua magnitudie multicolor·vnde & hoc ſibi nomē adoptauit. Tam diuerſis eni notis ſparſus eſt·ut·lx·gēmarũ colores in puo orbiculo eius dephendātur. Naſcitur autē in libia apud trogoditas. Murrina aput parthos gignitur·ſed pcipua in germania. Humorē ſub tra putant calore denſatũ·vnde & nomē ſumpſit· Varietas eius in purpurā cādoremq; & ignem cum quoſdā colorē repcuſſos·quales i celeſti arcu expectant̃. Cuius ꝯtraria cauſa criſtallu facit·gelu vehementiore concreto.

De Criſtallinis. Ca·xiii·

CRiſtallus reſplendens et aquoſus colore. Traditur q̄ nix ſit glacie durata per annos. Vnde & nomen greci ei dederũt Gignitur autem in aſia & cipro·maxime in ſeptemtrionũ alpibus·vbi nec eſtate ſol feruentiſſimus inuenitur. Ideoq; ipa diuturna·& annoſa duritia reddit hanc ſpeciē q̄ criſtallus dicitur. Hic oppoſitus radiis ſolis·adeo rapit flammam·vt aridis fungis vel foliis ignem prebeat·vſus etiam eius ad pocula deſtinatur. Nihil autem aliud q̄ frigidũ pati poteſt

Adamans lapis indicus·paruus & indecoros·ferrugineum habēs colorē·& ſplendorē criſtalli nũq̄ autē vltra magnitudinem nuclei auellani reptus. Hic nulli cedit materie nec ferro q̄dē·nec igni·nec vnq̄ incaleſcit. Vnde et nomē iterpretacione greca indomitus accepit· Sed dũ ſit inuictus contemptor ferri ignisq;·ircino rumpitur ſanguine recenti & calido maceratur· ſicq; multis ictibus ferri per frāgit̃. Cuius fragmēta ſculptores

pro gemmis insigniendis perforandisq; utuntur. Hic autem dissidet cum agnete lapide intantum ut iuxta positus ferrū nō paciatur abstrahi magneti. aut si ad motus magnes cōprehendent rapiat atq; auferat. Fertur quoq; in electa similitudine venena dephendere. metus vanos expellere. maleficis resistere artibus genera eius vi. Galacia grandinū & cādoré & figurā adamātine duricie habet etiā i igne positus manere suū frigus

Gerauniorū duo genera sunt. Vnum quē germania mittit cristallini simile splēdet tamē ceruleo & si sub diuo positus fuerit fulgorem rapit sidereū. Cerauniū alterū ispania in lusitanis litoribus gignit cōcolor piropo rubēti & qlitas ut ignis Hec aduersus vim fulgurū opitulari fert si credit. Dicta autem ceraunia quō alibi nō inuenit q; in loco fulminis ictu pximo. grece enim ceranos fulmen dicit. Iris apud arabiam in mari rubro nascit coloris cristallini sexāgulata. Dicta ex argumēto iris. Nam sub tecto pcussa sole species & colores arcus celestis in proximos parietes imitatur. Astrion ex india est cristallo propinqua i cuius centro lucet stella fulgore lune plene sumpsit autē nomen q astris opposita fulgorē rapit ac regit Electria q̄si electoria. Inuentriculis eni gallinaceis inuenni cristallina specie magnitudine fabe. Hanc in certaminibus inuictos fieri magi volunt si credimus Enidros ab aq̄ vocata. Exundat enim aqua ita vt clausam in ea putes fontaneam scaturiginem. Omnium ardencium gemmarū principatum carbunculus habet. Carbūculus autē dictus qđ sit ignitus vt carbo, cuius fulgur nec nocte vincitur. Lucet enim in tenebris adeo vt flammas ad oculos vibret. Genera eius duodecē Sed prestatiores q videntur lucere. veluti ignem efundere. Carbuncuus autem grece antrax dicitur. gignitur in libea apud trogoditas

Antracites vocatus qđ sit & ipse coloris ignei vt carbūculus sed candida vena precinctus. Cuius proprium est qđ iactatus igni velut inter mortuos extinguitur. ac contra aquis perfusus exardescit. Sandasitus nascit in indis loco eiusdē nominis. Species eius velut intra lucido igni intus fulgente auree gutte. Constat autē inter omnes quantus numerus stellarum accedit tanto & precio accedere. Lingnis ex eo q; genere ardentiū est appellat a lucernarum flagrātia gignitur in multis locis sed probatissima apud indus. Genera eius quatuor

Carcedonia hoc q̄ & lignis facere dicit. Quāq̄ multū vilior predictis. Nascitur apud nasadones imbre vt ferunt diuino in/ uenitur repercussū lune plene. Omni autem generi sculpture resistunt. Alabandina dicta ab alabando asie regione. cuius color ad calcedonium vadit sed rarus. Dracotites ex cerebro draconis eruitur. que nisi uiuenti abscisa fuerit. non ingemescit Vnde & eā magi dormiētibus draconibus amputant. Auda/ ces enim viri explorant draconū specus. Spargunt ibi gramina medicata ad īcitandum draconū soporē. atq̄ ita somno sopitis capita desecant & gemmas detrahunt. Sunt candore transl/ cido. Vsu earū orientis reges precipue gloriant. Crisoptasius ethiopicus. Quem lapidem lux celat prodit obscuritas. nocte enim igneus est. de aureus. Flogites ex persida est. osten/ tans intra se quasi flammas estuātes que nō exeunt. Sirtites vocata quomodo in litore sirtium inuenta est. primum in parte lucanie. Color huius crocens. intus stellas cōtinēs languidas & sub nubilo renitentes. Ermisceon inter gratissimas aspicit ex igneo colore radians auro. portantem secum in extremita/ tibus candidā lucem.

De Aureis Ca. xiiii

Menstrualis anetum ciminum· coriandrum ex greco nomĩe sumptum qđ illi corian vocãt. Cuius semen in dulci vino datum proniores reddat in venerẽ. Si supra modum dederis amẽtiam mittit. Canos etiam & coriandro infici traditum est. Abrotanum caerefolium. Ruta dicta q͞p sit feruentissima. Cuius altera agrestis· atq; virtute acrior. Sed vtraq; feruentissime comprobant ·hanc veneris repugnare mustele docẽt. Que dum cũ saerpente dimicauerint cibo eius armantur. Saluiamulam q̃in rustici alam vocãt· radice aromatica odoris summi· cũ leui acrimonia Menta huius genera sex Finit liber·xvii·

INCIPIT· LIBER· XVIII· DE· BELLIS.

Ca·i·

PRIMVS· BELLA · INTVLIT ·NINVS · ASSIRIORVM· REX · IPSE· ENIM· FINIBVS· SVIS· NEquaq̃m contentus humanae societatis fedus inrũpens exercitus ducere· aliena

vastare liberos populos aut trucidare· aut subiicere cepit. Vni/
uersamq; asiá vsq; ad libie fines noua seruitute perdomuit. Hic
etiá studuit orbis inmutuo sanguine alterna cede crassare. Qua
tuor sunt autem genera bellorum· id est iustium. & iniustium
ciuile· & plusquam ciuile Iustum bellum est qd ex predicto
geritur de rebus repetitis· aut propulsandorum hostium causa
Iniustum bellum est qd de furore nó de legittima ratione
initur· De quo in republica cicero dicit. Illa iniusta bella sunt
que sunt sine causa sucepta. Nam extra vlciscédi aut propulsan/
dorum hostium causa bellum geri iustum nullum potest. Et
hoc idem tullius paucis interiectis subdidit. Nullum bellum
iustum habetur· nisi denúciatum· nisi dictum· nisi de repetitis
rebus Ciuile est bellum inter ciues orta seditio et cócitati tu/
multus· sicut inter sillam & marium qui bellum ciuile inuicem
in vná gente gesserút Plusquam ciuile bellum est vbi non so/
lum ciues certát sed & cognati. Quale actum est inter cesarem
& pompeium quoniam gener & socer inuicem dimicauerunt
Siquidé i hac pugna frater cú fratre dimicauit & pater aduer/
sus filiú arma portauit. Lucanus In fratrú ciciderunt permia
fratres. Ité cui ceruix cesa parétis cederet. Bella itaq; dicuntur
intna· extranea· seruilia· socialia· piratica. Nam piratica bella
sunt sparsa latronú permaritima mioparonibus leuibus & fu/
gacibus nó solum nauium cornmeatus· sed etiam insulas pro/
uinciasq; vastátes. Quod primú genus pompeius post multá
vastationem quá tra mariq; diu egerat mira celeritate cópressit
ac superauit· Sicut autem bellum vocatur qd contra hostes
agitur ità tumultus qui ciuili seditione concitatur. Nam se/
ditio é dissensio ciuiú· dicta q seorsum alii ad alios eant Alii
estimant dissensionem animorum seditioné vocari· quá greci
diastisin vocant. Quo autem differat vtrumq; cicero docet. Po/
test ení inquit esse bellum vt tumultus nó sit. Tumultus auté
sine bello esse non potest. Quid est enim aliud tumultus nisi
perturbatio tanta· vt maior timor oriatur· vnde etiam dicitur
tumultus quasi timor multus. Grauius auté est tumultus q̄ in
bellum. Nam in bello vacationes valent· in tumultu nó valet.
Differt autem bellum pugna & prelium. Nam bellum vni/
uersum dicitur· vt punicum. Partes eius sunt pugna vt canésis
termésis Rursum in vna pugna multa sunt prelia. Aliud ení

in cornibus aliud in media aliud in extrema acie gerit. Bellũ igitur est totum Pugna vnius diei Prelium pars pugne ẽ Bellum antea duellum vocatum eo ꝙ due sint partes dimicantium vel ꝙ alterum faciat victorem alterum victum. Postea mutata & detracta d littera dictum bellum. Alii per ãtifrasim putãt dictũ eo ꝙ sit horridum. Vnde illud bella horrida cum bellum contra sit pessimũ Prelia dicuntur a premẽdo hostis hostem. Vnde & prela quibus ligna vue premuntur Pugna vocata eo ꝙ in inicio vsus fuisset in bello pugnis contendere vel quia primo bello pugnis incipiebant. Vnde & pugna etiã duorum est aliquando & sine ferro Quatuor autem in bello geruntur pugna fuga victoria pax Pacis vocabulum videt̃ a pacto sumptum. Posterior autem pax accipitur fedus primũ initur. Fedus est pax qđ fit inter dimicantes vel a fide vel a fecialibus id est sacerdotibus dictum. Per ipsos enim fiebant federa sicut per seculares bella. Alii federa dicta putant a porca feda & crudeliter occisa cuius mors optabatur ei qui a pace resilisset. Virgilius. Et cesã iũgebant federa porca. Federis partes inducie. Et dicte inducie quasi in dies ocia.

olim p sacerdotes

De Triumphis Ca. ii.

OMne regnum seculi huius bellis queritur victoriis propagatur Victoria dicta ꝙ vi id est virtute adipiscatur Hoc est enim ius gentium vim vi expellere. Nam turpis est dolo quesita victoria. Certa autẽ victoria est vel occisio hostis vel expoliacio vel vtrumqꝫ. Non est autem iocunda victoria que per immensa detrimenta cõtingit. Et hoc ẽ ꝙ laudat salustius duces victoriã incruẽto exercito deportasse. Põpa dicta est a greca significatione
hoc est publice ostẽtari. Precedit autem vitoria pompam ideo ꝙ ituris ad certamen primum est victorie votum. Tropheũ dictum a potes tophes id est a cõuersione hostis & fuga. Nam ab eo ꝙ hostem quis fugasset merebatur tropheũ ꝙ occidisset triumphum. Qui dictus a potestriambes id est ab exultacione. Plene enim victorie triũphus debetur. Semiplene tropheum. Qui nondum plenã est victoriã consecutus non eni obtinuit sed fugauit exercitũ. Hec tamẽ nomina scriptores cõfundunt Tranquillus autem triumphum latine dicit potius appellatũ ꝙ is qui triũphans vrbẽ ingrederet̃ tripertito iudicio honoraret̃.

Nam primo die triumpho duci concedendo exercituum iura iudicare solitum erat. Secundo senatū. Tercio populum. Erat autē apud romanos mos vt triūphantes quadrigis veherētur ex illo q solti sint priores duces hoc habitu bella inire. Quicūq autē i conflictu vicissent palma aurea coronabantur qa palma stimulos habet. Qui vero sine conflictu fugientem prostrasset laurea eo q hec arbor sine spinis est. Namq & purpurea & palmata toga triumphātes induebant. Et scipionem cum sceptro i manu gerebant ad imitatiōnē victorie scipionis. Licet et scipio baculus sit quo homines innitūtur. Vnde et ille primus cornelius scipio appellatus est quia in foro pater eius cecus innixus eo ambulabat. Super scipionem autem aquila supsedebat ob indicium q per victoriam quasi ad supernam magnitudinem accederent. Inde & colore rufo perliniebantur quasi imitarētur diuini ignis effigiē. Quod vero a carnifice cōtigebantur id erat indiciū vt ad tantū fastigium euecti mediocritatis humane cōmonerentur. Duobus autem generibus deletur exercitus aut inter necione aut dispersione. Salustius inqt. Hostes obpressi aut dilapsi forent. Sic & vtrumq virgilius. Inter necione submersasq obrue pupes. Dispersione vt. Age diuersos & dissicae corpora ponto. Spolia hostiū preda manubie ex vuie partes. Preda a predando vocata. Manubie eo q manibus detrahūtur. Hec ex vuie ab exuendo dicte quia exuuntur. Hec & partes apari diuisione pro personarum qualitate et laborū iusta decisione. Ex spolia autem appalleis quasi ex pallia victis enim detrahuntur

De Instrumentis bellicis Ca. iii

Signa bellorum dicuntur q ex his exercitus et pugnādi & victorie receptui accipit simbolon. Nam aut per vocē tube aut per simbolum admonetur exercitus legionum Pricipalia signa aquile dracones et pile. Aquila ideo q eadem auis iouis i armis auspicio fuerit. Nam dum idem iouis aduersus citanas proficisceret aqlam sibi in auspicio apparuisse fert Quā ille p indicio victorie acceptam tutele sue auspicatus eam legione signum dedit quo factum ē vt deinceps militū signis cōmiteretur. Cuius meminit lucanus dicēs. Signa pares aqlas & pila minantia pilis. Draconū signa ab apolinis morte phitonis serpētis inchoata sunt. Dehinc a grecis & romanis i bello gestari ceperūt. Pilam in signo cōstituisse fertur augustus

propter nationes sibi in toto orbe subiectas vt magis figuram orbis ostéderet. Vexillum & ipsum signum bellicum tractũ nomé habens a veli diminutione quasi velillum. Sub romolo autem fasciculos feni pro vexillis milites habuerunt. Hinc & manipuli appellantur Manipulos enim dicimus fasciculos feni q manum impleant. Cetera signa diuersis prelata imaginibus secundum militarem consuetudinem existunt per que exercitus per mixtionem preliorum agnoscit

De Bucini Ca. iiii

BVcina est qua signum dat in hosté. Dicta a voce quasi bocina. Nam pagani agrestesq ad omné vsum bucina ad cópeta conuocabantur. Proprie ergo hoc agrestibus signum fuit. De quo persius. Bucina cogebat priscos ad arma quirites. Huius clangor bucinũ dicitur Tubam tirheni pmi inuenerũt. Vnde & virgilius Tirhenusq tube mugire p ethera clangor. Hanc enim a tirrenis predonibus excogitatã dicũt cum dispersi circamaritimas oras non facile ad quamq̃m pde occasionem voce aut bucina cõuocarentur vento plerumq obsterpente. Hinc postea bellicis certaminibus adhibita é ad denũtiandum signa bellorum. Et vbi exaudiri preco pre tumultu non poterat sonitus tube clangẽtis attingeret. Tuba auté dicta quasi tofa id est caua. Item tuba quasi tibia inter tubam autem & bucinam veteres discernebant. Nam bucina insonans sollicitudinem ad bella denũtiabat. Virgilius qua bucina signa dira dedit. Tuba autem prelium indicabat vt tubam terribilem sonitrum procul ere canoré. Cuius sonus varius est. Nam interdũ canitur vt bella cõmittantur interdum vt insequantur eos qui fugiunt interdum receptui. Nam receptus dicitur quo se exercitus recipit. Vnde & signa receptui canere dicuntur. Classica sunt cornua que cõuocandi causa erãt facta. Et a calendo classica dicebant. De quibus virgilius. Classica iamq sonat. Apud amazonas auté non tuba sicut a regibus sed a regina sistro vocabatur feminarum exercitus

De Armis Ca. v.

ARma generaliter omniũ rerum instrumenta sunt. Vnde & vbi reponuntur armaria dicta sunt. Item arma & tela omnium generum sed arma sunt qbus ipi tuemur Tela sunt que emittimus. Nam arma duplicia sunt id é vel quibus percutimus vel quibus tegimur. Arma autem proprie

dicta sunt eo q armos tegunt. Ná arma vel ab armis dicuntur
id est ab humeris vt latos huic hasta p armos acta temit vel a
potoareos id est a marte vel a morte dicuntur

De Gladiis Ca vi

GLadius generaliter dicitur ensis in praelio. Sed ensis ferrum tantum gladius vero totus. Proprie autem appellatur gladius q gulam diuidit id est ceruicem secat ad hoc enim primum est factus. Nam cetera mébra securibus magis cedűtur collű gladio tantum. Acies autem gladii ab acumine dicta Capulus vocat vel qa caput est gladii vel qa ibi capitur vt teneatur. Nam alias acies ferri nó sinit Mucro non tantum gladii é sed & cuiuslibet teli acumé dictus a longitudine. Nam macron greci longum vocant hinc & macera

Macera auté est gladius longus ex vna parte acutus Framea vero gladius ex vna parte acutus quá vulgo spatam vocat ipsa est & romphea. Framea autem dicta quia ferrea est. Nam sicut ferramétum sic & framea dicitur Ac proinde omnis gladius framea Spata a passione dicta greco vocabulo quó pati grece dicitur pati. Vnde & patior et patitur dicimus. Alii spatá a latitudine autumát dictá eo q spaciosa sit id est lata et ampla vnde et spatula in pecoribus Semispaciű gladius est a media spate lógitudine appellatus nó vt imprudés vulgus dicit sine spacio dű sagitta velotior sit. Pugio a pungédo & trásfigendo vocatus. Est enim gladius paruus & bis acutus lateri adherens. Idem & clunabulum dictű q religetur ad clunes. Celidoniatus gladius ferrum é latű cuius duplex mucro ac bifurcus in modű caude irundinis formatus. Vnde & celidoniacus dicitur Sica a secádo dicta é enim gladius breuis quo maxie vtűtur qui aput italos latrocinia exercét a quo sicarii dicti. Tranquillus auté dicit dum cuiusdam gladiatoris in ludo emissum gladium curuatum fuisset ex acie recta procucurrit vnus ob id corrigendű. Tumq a pugnante responsum é sica pugnabo inde sice nomen datum. Secures signa sunt que ante consules ferebátur quas hispani ab vsu francorum per deriuationé frácíscas vocant ea signa portari ne aut vsum perderent belli aut vacans ocio aspectum amitterent gladiorű

De hastis Ca vii

HAsta é contus cű ferro cuius diminutiuum facit astilia Nomé auté astu ab astu súpsit vnde et astucia Cótus

ferrum non habet ſed tantum cuſpite acuto eſt. Virgilius. Ferrataſq; trudes & acuto cuſpide conto. Contū autē quaſi conitū eſt enim conum acuta rotūditas. Trudes autē aſte ſunt cum lunato ferro que greci apluſtria dicunt. Trudes autem dicunt ꝙ trudunt et detrudunt. Virgilius. Ferrataſq; trudes Venabula dicta quaſi venatui habilia. vel quia venientem excipiunt quaſi excipiabilia. Excipiunt enim apros expectantq; leones intrant vrſos ſit tantum firma manus. Lancea ē aſta amentū habens in medio. Dicta autem lancea ꝙ equa lance id eſt equo amento ponderata vibratur. Amentum vinculum iaculorum eſt aſtilium qui medijs aſtis aptatur. Et inde amentum ꝙ media aſta religatur vt iaculetur. Claua eſt qualis fuit herculis dicta ꝙ ſit clauis ferreis inuicem religata et eſt cubitoſemis facta ī longitudine. Hec & cateia quam oratius caiam dicit. Eſt enim genus gallici teli ex materia q̃mmaxime lenta que iactu quidem non longe propter grauitatē euolat. ſed quo perveniat vi nimia perfangit. ꝙ ſi ab artifice mittat̄ rurſum redit ad eum qui miſit. Huius meminit virgilius dicēs. Teutunico ritu ſoliti torquere cateias. Vnde & eos hiſpani & galli tautanos vocant

Falarica eſt telum ingens torno factum. habens ferrū cubitale & rotunditatē de plumbo in modū ſpere in ſummitate dicitur etiam & ignem habere affixū. Hoc autem telo pugnat̄ de curribus q̃s dici falas manifeſtum ē. Iuuenalis. Conſulis ante falas delfinorūq; columnas. a falis igit̄ dicta eſt falarica ſicut a muro muralis. Sane falaricas lucanus dicit. neruis mitti hoſtilibus & quadam machina vt nūc vibrata falarica neruis. virgilius vero ait turnū manu falarice iaculaſſe. Pile ſunt arma iaculorum atq; telorū a torquendo vel emittendo vocate cuius ſingulare pilus. dicitur. Lucanus. Signa pares aquilas & pila minantia pilis. Telum vocatum ſecundum grecam ethimologiā q.cquid longe iaci poteſt. Quamq̃m abvſiue dicat̄ et gladius vt ē illud. At nō hoc telum mea quo vi dextera verſat. ꝓprie autē telū a longitudīe dictū vnde muſtelā dicimus ꝙ longior ſit q̃ mus. Cuſpis aſtilis amētata a ceſpite dictus ꝙ ē virgultū. virgilius. Et paſtoralē ꝑfixa cuſpide mirtū ꝓprie autē cuſpis poſtterior ps aſte ē. De Sagittis Ca. viii

SAgitta a ſagaci iactu id eſt veloci ictu vocata. Pennis enim fert̄ quaſi auis vt celeriter mors ꝑcurrat ad hominē

His primum cretenses vsi sunt. De quibus penne vt diximus ideo adglutinãtur vt leues sint & p̄uolent. Scaptos spicula sunt sagitte vel lanceae breues ab spicarum specie nuncupate

Scorpio est sagitta venenata arcu vel tormentis excussa que dum ad hominẽ venerit virus quo figit infundit· vnde & nomen scorpio accepit

De· Faretris Ca·viiii·

F Aretra sagittarum theca a ferendo iacula dicta sicut & feretrum vbi funus defertur. Que idcirco ethimologiã communem habent· quia faretra mortẽ feretrum mortuum portat Vagina appellata eo q̄ in ea mucro vel gladius baioletur Theca eo q̄ aliquid receptum tegat· c· littera pro· g· posita. Alii greco noīe thecã vocari asserunt q̄ ibi reponat̄ aliq̄d inde & bibliotheca librorum repositio dicitur. Dolones sunt vagine lignee intra quas latet pugio sub baculi specie· Dolones autem a dolo dicti sunt q̄ fallant & decipiant ferro· cum speciẽ preferent ligni. Hos vulgus greco nomine oxos vocat· id ē acutos. Vnde & apud medicos acutus morbus oxea vocat̄. Arcus vocatus eo q̄ arceat aduersarium inde & arces dicuntur a quibus arcentur hostes· Item ob speciem q̄ sint curuati

De· Fundis Ca·x·

F Vnda dicta eo q̄ ex se fundat lapides id ē emittat Balista genus tormẽti ab emitẽdo iacula dicta. Bal enim grece emittere dicitur. Torquetur enim verbere neruorũ & magna vi iacit aut astas aut saxa. Inde & fundibalus quasi funda emittens. Contra balistam testudo valent. Series enim fit armorum vmbonibus inter se conligatis

De· Arietes Ca·xi·

A Rieti nomen species dedit eo q̄ cũ impetu inpigit murum in modum arietum pugnantium. Valide enim ac nodose arboris caput ferro vestit̄ eaq̄ʒ funibus suspensa multorũ manus ad murum impellitur· deinde retrorsum ducta maiori impetu destinatur. Sicqʒ crebris ictibus concussum muri latus cedit cauatumqʒ irrumpit ac fenestrã facit. Contra inpulsum arietis remedium est. Saccus paleis plenus & in eũ locum demissus quo aries p̄cutit· laxo enim saxorũ sinu ictus arietis illisus mollitur duriora enī mollioribus facilius cedunt

Plutei sunt crates corio crudo intexte que in opere faciendo hosti obiciunt̄. Musculus cuniculo similis fit quo murus

perfoditur ex quo & appellatur quasi murusculus

De · Clipeis Ca·xii·

c Clipeus est scutus maior dictus ab eo ꝙ clipet id est celat corpus peririculisqꝫ subducat Oppositus est enim sua defensione ab astis & iaculis corpus munit Clipeus autem peditum est· scutum vero equitum Scutum appellatum eo ꝙ a se excuciat telorum ictum·vt enim telis resistatur clipeus antefertur. Vmbo scuti pars media est quasi vmbilicus Ancile vocatum scutum breue et rotūdum·vnde virgilius .Leua ancile gerebat .Et ancile dictum ab ancisione ꝙ sit abomni parte veluti ancisum ac rotundum·ouidius .Idqꝫ ancile vocāt qđ ab omni parte recisum.Quaqꝫ notes oculis angulus omnis abest. Pelta scutum breuissimum in modum lune medie .De quibus meminit liber regum .Fecit rex salomō ducenta scuta de auro puro·& trecētas peltas ex auro probato Scetra scutum loreum sine ligno quo vtuntur afri & mauri De quo poeta.Leua scetram tegit· Parma leuia arma quasi paruum clipeum Dicitur auté & testudo scutum nam in modum testudinis fit clipeus·Est & testudo scutorum connexio curuata in testudinis modum.Namqꝫ in armorum generibus milites etiam ab animalibus nomina summunt vt arietes ·Et salustius.In modum inquit ericii militaris

De · Loricis Ca·xiii·

Lorica vocata ꝙ loris careat .Solis enim circulus ferreis cōtexa est Squama ē lorica ferrea ex laminis ferreis aut ex laminis aereis concatenata in modum squame piscis et ex ipso splendore spuamarum & similitudine nuncupat̄ De ciliciis auté et poliuntur lorice et tegūtur.Classis de lamia ē

De · Galeis Ca·xiiii·

g Galea decorio .Nam galeros corium dicitur .Classicam autem atuscis nominatā .Illi enim galiam cassim vocāt credo a capite Apex ē ꝙ in summa galea eminet quo figitur crista quā greci conū vocāt .Nam conus est curuatura i que galea ꝑminet super quā criste sunt De·Foro Ca·xv

f Forum est exercendarum litiū locus a fando dictus siue a foroneo rege qui ꝑmus grecis legem dedit .Qui locus et prorostra vocatur ideo qđ ex bello punico captis nauibus cartaginēsium rostra ablata sunt & in foro romano ꝑfixa

vt esse huius insigne victorie. Constat autem forus causa lege & iudice. Causa vocata a casu quo euenit. Est enim materia & origo negocii nec dum discussionis examine patefacta Que dum preponitur causa est· dum discutitur iudicium est· dum finitur iusticia. Vocatum autem iudicium quasi iurisdicio. Et iusticia quasi iuris status· Iudicium autē prius inquisicio vocabatur. Vnde & actores iudiciorum & prepositos questores vel quesitores vocamus Negocium multa significat. Nodum rei actum alicuius cui contrarium est ocium. Modo actionem cause qđ ē iurgium litis. Et dictum negocium quasi necociū id est sine ocio· Negocium autē in causis negociatio in cōmercii dicitur vbi aliqd datur vt maiora lucrent. Iurgiū dictū quasi iuris garrium eo q hi qui causam dicunt iure disceptent Lis a cōtentione limitis prius nomen sumpsit· virgilius. Limes erat positus litē vt discerneret agri. Causa autē argumento aut probatione cōstat. Argumentum nunqm testibus nunquā tabulis dat probacionem sed sola inuestigacione inuenit veritatem· Vnde & dictum argumentum id ē argutum inuentum. Probacio autem testibus & fide tabularum constat. In omni autē iudicio sex persone queruntur. Iudex acusator reus & tres testes. Iudex dictus· quasi ius dicēs populo· siue q iure disceptet. Iure autem disceptare est iuste iudicare. Non est autē iudex si non est in eo iusticia Acusator vocatur quasi adcausator quia ad causam vocat eum quem appellat. Reus a re q petitur nuncupatus· quia qmuis sceleris conscius non sit reus tamen dicitur quādiu in iudicio pro re aliqua petitur Testes antiquitus superstites dicebantur· eo q super statū cause proferebātur. Nunc parte ablata nominis testes vocant. Testis autē consideratur cōdicione· natura· & vita. Condicione si liber nō seruus· Nam sepe seruus metu dominantis testimonium subpmit veritatis. Natura si vir non femīa. Nam varia & mutabilis est semper femine natura. Nam varium & mutabile semper femina. Vita si innocēs & integer actu. Nā si vita bona defuerit fide carebit· Non eni potest iusticia cum scelerato habere societatem. Duo autem sunt genera testium aut dicendo id qđ viderunt· aut proferendo id quod audierunt. Duobus autē modis delinquunt. Cum aut falsa pmunt· aut vera silencio obtegunt

De · Specctaculis Ca·xvi·

SPectacula vt opinor generaliter nominatur voluptates que non per semetipsa inquinant·sed per ea que illic ge/runtur. Dicta autem spectacula eo q̄ hominibus publica ibi prebeatur in speccio. Haec & ludicra nuncupata q̄ in ludis gerantur aut in scenis. Ludorum origo sic traditur lidii ex asia transeuntes in eutruria consederūt duce tirreno· qui cum fratri suo cesserat in regno. Contencione igitur in eutruria inter cete/ros ritus supersticionum suarū specctaculum quoq̄ religionis nomie instituerūt. Inde romani arcessitos artifices imitati sunt & inde ludiales vocati sunt. Varro autem dicit ludos a luso vo/catos q̄ iuuenes p̄ dies festos solebant ludere exultacione po/pulum delectare· vnde & eum lusum iuuenum & diebus festis et templis et religionibus reputāt. Nichil iam de causa vocabuli dum rei causa idolatria sit. Vnde & promiscue ludi liberalia vo cabantur ob honorem liberi patris. Ob hoc respuenda est ori/ginis macula· nec bonum aestimes qđ inicium a malo accepit ludus aut ginicus ē· aut circensis· aut gladiatorius aut scenicus

De · Ludo gimnico Ca·xvii·

GImnicus ludus est velocitatis ac virium gloria. Cuius locus gimnasium dicitur vbi exercentur athlete & cur/sorū velocitas comprobat̄. Hinc accidit vt omniū prope arcium exercicia gimnasia dicātur. Antea enim in locis certātes cincti erant ne undarentur· post relaxato cingulo repente pro/stratus exanimatus est q̄dam cursor. Quare ex consilio decreto tunc arcon ipponiensis vt nudi deincepes omnes exercitarent̄ permisit. Ex illo gimnasium dictum qđ iuuenes nudi exerci/tarentur incampo vbi sola tantum verecundia operiuntur·

De · Generibus gimnicorum Ca·xviii·

GEnera gimnicorum quinq̄· id est saltus · cursus · iactus virtus· atq̄ luctacio. Vnde ferūt quendā tot filios ado lescentes habentem totidem generibus de regno iussisse contendere

De · Saltu Ca·xix·

SAltus dictus quasi exilire in altū. Est enim saltus exi/lire alcius vel longius

De·Cursu Ca·xx·

CVrsus a velocitate crurum vocatus. Est enim cursus ce/leritas pedum

De Iactu Ca·xxi·

IActus dictus a iaciēdo vnde et piscatorium rete iaculū dicitur. Hac arte vsus est areptos lapides procul ferire

astas pondere librato iacere sagittas arcu emittere

De·Virtute Ca·xxii

V Irtus ē immensitas virium in labore & pōdere corporis

De·Luctacione Ca·xxiii

L Vctacio a laterum complexu vocata quibus comminus certantes innitent qui greca appellacione athlete vocantur ·Locus autem luctacionis palestra dicitur

De·Palestra Ca·xxiiii

P Alestra vel apotopales id ē a luctacione vel apotopalin id est a motu ruine fortis nominatā dicunt·scilicet ꝙ in luctando cum medios arripiāt ferae quatiant·Idq; apud grecos palin vocat̄.Quidam oppinantur artem luctandi vrsorum contencione monstratam .Namq; inter caeteras feras eos solos & erigi cōgressus & subsidere celeriter ac reuerti & modo manibus temptare inuicem modo cōplexu abigere sese more luctācium

De·Agone Ca·xxv

Q Ve latini certamina greci agonas vocāt a frequentia qua celebrabant̄ .Siqdem & ad omnē cetum atq; conuentū agona dici .Alii ꝙ in circulis & quasi agonis id est sinē angulo locis ederentur nūcupatos agones putant

De·Generibus agonum Ca·xxvi

A Gonum genera sunt immēsitas virium·cursus·celeritas sagittandi peritia·standi pacientia·ad citeram quoq; vel tibias incedendi gestus .De moribus quoq; de forma de cantandi modulatione terrestris quoq; balli & naualis prelii perpetiendorumq; suppliciorum certāmina.

De·Ludis circensibus Ca·xxvii

L Vdi circenses sacrorum causa ac deorum gentilium celebrationibus instituti sunt .Vnde & qui eos expectant demonū cultibus inseruire videntur.Nam res equestris antea simplex agebatur & vtiq; communis vsus erat huius reatus nō erat .Sed cum ad ludos coactus est naturalis vsus ad demoniorum cultum translatus est·Itaq; crastori et polluci deputatur hec species quibus equos amercurio distributos historie docent·Sed et neptuno equestris ludus est quē greci ippori appellant ·Sed & marti & ioui in ludis equi sunt consecrati & ipsi quadrigis presunt. Circenses autem ludi ideo dicti vel a circumeundo·vel ꝙ vbi nunc mete sunt olim gladii ponebant̄.

quos quadrige circunibant. Et inde dicti circenses ab ensibus circa quos currebant. Siqdem & in litore circa ripas fluminũ cursus agitantes gladios in ordine in ripe litore ponebant. Et erat artis equum circa pericula torquere. Vnde & ccenses dicti putantur quasi circũenses

De Circo Ca xxviii

c Ircus soli principaliter consecratus est a paganis. Cuius sedes medio spacio et effigies de fastigio edis emicat ꝙ nõ putauerunt sub tecto consecrãdum quem i aperto habent. Est autem circus omne illud spacium ꝙ circuire equi solent. Hũc romani dictum putãt a circuitu equorum eo ꝙ ibi circum metas equi currant. Greci vero a circe solis filia que patri suo hoc genus certaminis instituit asserunt nuncupatum & ab ea circi appellationem argumentantur. Fuit autem maga & venefica et sacerdos demonum. In cuius habitu & opere magice artis et cultus idolatrie recognoscitur

De Ornamẽtis Ca xxix

o Rnamenta circi oua meta obolíscus carcer. Oua honori pollucis & castoris adscribtũt q illos ouo editos credendo de cigneo ioue non erubescũt. Fingũt autẽ circensia romani ad causas mundi referre vt sub hac specie superstiones vanitatũ suarum excusent

De Metis Ca xxx

m Etarum quippe appellatione proprie terminum ac finẽ mũdi designari volunt ab eo ꝙ aliquis mensus finis est siue ad testimonium orientis occidentisq; solis

De Obolisco Ca xxxi

o Boliscuum meffres rex egipti primus fecisse fertur tali ex causa cũ quodã tẽpore nilus violenti inundatiõe egiptum nocuisset indignatus rex tanq̃m penas a flumine exigere t sagittas inundas misit. Non multũ post graui valitudine correptus lumen amisit atq; post cecitatem visu recepto duos oboliscos soli sacrauit. Obo liscus eni sagitta dicitur qui ideo in medio circo ponitur q a per medium mundum sol currit. Medio autem spacio ab utraq; meta constitutus oboliscos fastigium summitatemq; celi significat cum sol ab utroq; spacio medio horarum discrimine transscendit summo obolisco suppositum est quoddam deauratum in modum flamme formatũ quoniam sol plurimum in se caloris atq; ignis habet

De Carceribus Ca xxxii

i N circo vnde emittunt equi carceres dicunt ab ea re quia

vt ille carcer q est in ciuitate vbi homines damnati atq3 inclusi ita hic equi coercentur ne exeant anteqm signum emittant

De Aurigis Ca xxxiii

[a] ARs circi auriga & equites & currus vel pedites Auriga proprie dictus q currum agat & regat siue q feriat iunctos equos. Nam aurit ferit dicimus vt latus haurit appertu. Ipse est & agitatur id est verberator ab agendo dictus Aurige autem duobus coloribus sunt quibus specie idolatrie vestiunt. Nam prasinus terre venetus caelo & mari a paganis dicatus est

De Quadrigis Ca xxxiiii

[e] ERictonius autem qui regnauit athenis pmus quatuor equos iunxisse fert sicut virgilius auctor dicit. Primus erictonius currus & quatuor ausus iungere equos rapidisq3 rotis insistere victor. Fuit aute minerue & vulcani filius de caduca in terra libidine vt fabule ferut procreauit portetum demoniacum immo diabolus qui primu iunoni currum dedicauit tali auctore qdrige pducte sunt

De Curru Ca xxxv

[c] CVrrus autem a cursu dictus vel quia rotas habere videt vnde et carum quasi currum quadrigarum vero currus duplici olim temone erat perpetuoq3 et qui omnibus iniceretur equis. Iugo primus ciristenas sitionius tantu medios iugauit eosq3 singulos ex vtraq3 parte simplici viculo applicuit quos gci siraphoros latini funarios vocant a generae vinculi quo prius alligebant

De Equis qbus currut Ca xxxvi

[q] QVadrige & bige & trige & seiuge a numero equoru & iugo dicte ex quibus quadrigas soli bigas lune trigas inferis seiugas ioui desultores lucifero et hespero sacuerunt quadrigas ideo soli iugunt quia per quatuor tepora anus vertitur ver & estate autumnum & hieme. Bigas lune quonia gemino cursum cum sole contendit siue quia & nocte videt & die. Iungut enim vnum equum nigrum alterum candidum. Trigas inferis qa hi per tres etates homines ad se rapiunt id est per infantiam iuuetutem atq3 senectam. Seiuga maximus currus curritioui propt qd maximu deoru suorum esse credunt. Ideo autem rotis quadrigas currere dicunt siue quia mundus iste circuli sui celeritate transcurrit siue pter solem quia vocabuli ambitu rotat sicut ait ennius inde patefecit radiis rota candida celum

De Septem spacus Ca xxxvii

Septem spacie quadrige currũt. Referẽtes hoc ad cursum septem stellarũ quibus mundus regi dicitur· siue ad cursum septem dierum presentiũ quibus per actis vite terminus consummatur quorum finis est certus id est iudicium

De· Equitibus Ca·xxxviii·

Porro equites singulares ideo dicunt currere· quia singulariter vnusquisq; cursum vite huius peragit atq; transsit Alius alio tempore sequens alium per vnam tamẽ viã mortalitatis vsq; ad propriam metam mortis

De· Sultoribus Ca·xxxviiii·

Desultores noĩnati q olim ꝓ vt q sq; ad finẽ cursus venerat desilierat et currebat siue q de equo in equũ trãsiliebat

De· Peditibus Ca·xl·

Pedites autẽ aiunt propterea pede currere· quia pedibus curritur mortalitatis. Ob hoc a superiori parte currunt ad inferiora id est ab oriente ad occidentẽ quia mortales oriũt et occidunt. Nudi currunt quia et homini in seculo nulle reliquie sunt. Recto spacio currunt· quia inter vitem & mortem nihil distat. Hec autẽ propterea fingunt vt vanitates suas & sacrilegia ex cusare conent.

De· Coloribus equorũ Ca·xli

Circa causas quoq; elementorum idem gentiles etiã colores equorum iũxerunt. Roseus enim id ẽ igni albos aeri prasinos terre venetos mari assimilantes. Itẽ roseos estati currere voluerunt q ignei coloris sint & cũcta tunc flauescant Albos hieme q sint glaciales et frigoribus vniũsa canescũt. Vernipprasinos viridi colore· quia tũc pãpinus densatur. Item roseos currere marti sacrauerũt a quo romani exoriuntur. Et q a vexilla romanorum cocco decorãtur siue q mars gaudet sanguine· Albos zephiris et serenis tempestatibus. Prasinos flori & terre Venetos aquis vel aeri quia cerulei sunt colore· Luteos idẽ croceos igni & soli. Purpureos hiri sacrauerunt quem arcum dicimus q hiris plurimus colores habeat. Sicq; dum hec expectatione deorũ cultibus atq; elementis mundialibus profanant eosdem deos atq; eadem elementa procul dubio colere noscunt Vnde animaduertere debes cristiane q circum numina in mũda possideant. Quapropter alienus erit tibi locus quem plurimi satane spiritus occupauerunt. Totũ eni illum diabolus et angeli eius repleuerunt

De· Teatro Ca·xxxxii·

t Heatrum est quo scena includitur semicirculi habens figurā·in quo stantes omnes inspiciunt. Cuius formā primū rotunda erat sicut & anfitheatri postea ex medio anfitheatro theatrum factū ē Theatrum autē ab expectaculo nominatū ꝙ in eo pupulus stans desuper atq; expectans vt ludos cōtemplaretur. Idem vero theatrum qđ & prostibulū eo ꝙ post ludos exactos meretces ibi posternebant Idem & lupanar vocatū ab eisdem meretcibus que ꝓpter vulgati corporis leuitatem lupe nuncupabantur. Nam lupe meretrices sunt a rapacitate vocate ꝙ ad se rapiant miseros & apprehendant. Lupanaria eni a paganis constituta sunt vt pudor mulierum infelitiū ibi publicaret et ludibrio haberetur tam hi qui facerent q̄m que pateretur

De·Scena Ca·xxxxiii

s Cena autē erat locus infra theatrū ī modū domus instructa cū pulpito qui pulpitus orcistra vocabat vbi cātabant comici et tragici·atq; saltabāt istriones et mimi·Dicta autē scena a gċa appellatione eo ꝙ in specie domus erat instructa. Vnde & aput ebreos tabernaculorū dedicatio a similitudīe domiciliorū scenopheia appellabat

De·Orcistris Ca·xl·iiii

o Rcista autē pulpitus erat scene vbi saltator agere possit aut duo int se disputare. Ibi eni poete comedi & tragedi ad certamē conscendebant. Musq; canētibus alii gustus edebant. Officia scenica tragedi comedi temelici histriones mimi saltatores

De·Tragedis Ca·xxxxv

t Ragedi sunt qui antiqua gestā atq; facinora scleratorum regum luctuoso carmine spectante populo concinebant

De·Comedis Ca.xxxxvi·

c Omedi sunt qui priuatorū hominū acta dictis ac gestu cantabant atq; stupra virginū & amores meretricū in suis fabulis exprimebāt

De·Theamelicis Ca·xlvii

t Hemelici autē sunt·musici·scenici qui in organis & in liris·& citharis precinebant. Et dicti themelici qđ olim in orcista stantes cantabant super pulpitū ꝙ temele vocabatur

De·Istrionibus Caxlviii

i Striones sunt qui muliebri indumēto gestus inpudicarum feminarum exprimebāt. Hi saltando etiā historias & res gestas demonstrabant. Dicti autem istriones siue ꝙ ab istria id genus sit adductum siue ꝙ perplexas historiis

fabulas exprimerēt q̄si histriones De·Minis Ca·xlviii

m Imi sunt dicti greca appellacione qđ rerum humanarū sint imitatores. Nam habeāt suum auctorem· qui ante quam mimum agerent fabulam pro nunciarent. Nam fabule ita cōponebantur opetis vt aptissime essent motui cor/poris

De·Saltatoribus Ca·l·

s Altatores autem nominatos ·varro dicit ab arca desalio quem aeneas secum ī italiam adduxit. Quiq; primo do/cuit romanos adulescentes nobiles saltare

Quid quo paterne agatur Ca·li·

e St plane in arcibus scenicis liberi & veneris patrocinium que priuata & propria sunt scene de gestu & corporis flexu. Nam moliciam libero & veneri immolabant. Illi per sexū illi p fluxum dissoluti. Que vero ibi vocibus et modis & organis & liris transigunt appolines & musas & mineruas & mercurios patronos habent Quod spectaculū cristiane odi re debes cuius odisti auctores

De·Amphiatro Ca·lii

a Mphiatrū locus est spectaculi vbi pugnāt gladiatores Et inde ludum gladiatorū dictū q̄ in eo iuuenes vsum armorū diuerso modo condiscant·& modo intra se aut gladiis·aut pugnis certantes modo contra bestias incedentes vbi non odio sed p̄mio in lecti subeunt ferale certamen Amphitheatrum dictum q̄ ex duobus theatris sit facttum. Nam anfitheatrum rotundum est·theatrum vero ex medio anfithe/atro est semicirculi figurā habēs

De·Ludo equestri Ca·liii·

g Enera gladiatorū plura·quorū primus ludus equestriū Duo eni equites precedentibus ꝑus signis militaribus vnus a porta orientis: alter ab occidentis procedebant in equis albis·cum aureis galeis minoribus & habilioribus ar/mis. Sicq; atroci perseuerantia pro virtute sua inibant pugnā dimicantes cousq; alter in alterius mortem prosiliret vt haberet qui caderet casum gloriā qui perimeret. Que armatura pugna/bat martis duelli causa

De·Rethearijs Ca·liiii.

r Etiarius ab armature genere·in gladiatorio ludo cōtra alterum pugnantē occulte ferebat rete q̄ iaculum appel/latur vt aduersariū cuspite insitente opperiret inplicitū q; viribus superaret. Que armatura pugnabat neptuno t̄dentis causa

De·Secutoribus Ca·lv·

Sequutor ab insequédo retiariú dictus. Gestabat enim cuspidem et massam plumbeá que aduersarii iaculú im/pediret vt anteq̃m ille ferret rete iste superaret. Hec arma/tura sacrata erat vulcano. Ignis eni semper aquá insequit̃. Ideo q̈ cum retiaario cóponebatur · quia ignis & aqua semper inter se inimica sunt De· Laqueatoribus Ca ·l·vi

Laqueatorum pugna erat fugiétes in ludo hoíes iniecto laqueo impeditos cósequutosq̈ prostrare amictos vmbone pellicio De· Velitibus l·vii

Vellitum pugna erat vt vltro tela obiectarent. Erat enim eorú varia pugna et spectátibus gratior q̃m relique. Ve/liter auté núcupatos · siue a volitatione · siue a ciuitate rusticorú que velites vocabat̃ De· Verali certamíe Ca·l·viii·

Verarú pugna erat emissas bestias iuuenes excipere pug/nare adusus eas vltroneo furiere certare nó crimie sed fu/rore. Hec quippe spectacula crudelitatis et inspectio vanitatú non solum hominú vicus · sed & demonú iussis insti/tuta sunt · Proinde nihil esse debet cristiano cum circési insaniá cum pudicitia theatrica cum anfiteatri crudelitate cum atroci/tate harene cum luxuria ludi · deum eni negat q talia presumit Fidei cristiane preuaricator effectus qui id denuo appetit qđ in lauacro iam pridem renunciauit id é diabolo pompis & op/peribus eius De· Horum obsecratione Ca·l·viiii·

Alea é ludos tabule inuenta a grecis inocio troiani belli a quodam milite alea noie a quo & ars nomen accepit

De· Tabula & de eius ludo Ca·lx

Tabula ludit̃ pirgo · cartulis · tesserisq̈

De· pirgis Ca·lxi·

Pirgus dictus q̈ per eum tesseres pergant · siue q̈ turris speciem habeat · Nam greci turrem pirgum vocant

De· Calculis Ca·lxii·

Calculi vocati q̈ leues sint & rotundi. Vnde & calculus dicitur lapis breuis qui sine molestia sui breuitate calcat̃ Item caleuli q̈ per vias ordinales eant quasi per calles

De· thesseribus Ca·lxiii·

Thessere vocate q̈a q̈dre sunt ex omnibus partibus · has alii lepusculus vocant eo q̈ exsiliendo discurrant olim autem thessere iacula appellabantur a iaciendo

De. Signis alee Ca. lxiiii.

QVidam autem aleatores sibi videntur phisiologice per allegoriam hanc artem exercere & sub quadam rerum similitudine fingere. Nam tribus tesseris ludere perhibent propter tria tempora · presentia · preterita · & futura · quia non stant sed discurrunt. Sed & ipsas vias senariis locis distinctas propter etates hominis · ternariis lineis propter tempora argumentantur Inde & tabulam ternis discriptam dicunt lineis

De · Vocabulis thesserarum Ca · lxv ·

IActus quoque apud lusores veteres a numero vocabatur vt vnio binio trio quadrio quinio senio. Postea appellatio singulorum mutata est. Et vnionem canem trionem suppum quadrionem planum vocant

De · Iactu thesserarum Ca · lxvi

IActus tesserarum ita appertis aleatoribus componitur vt afferat quod voluerit vtputa senionem qui eis in iactu bonum affert · Vitant autem canem quia damnosus est · linum enim significat

De · Calculorum motu: Ca · lxvii

CAlculi partim ordine mouentur · partim vage. Ideo alios ordinarios · alios vagos appellant. At vero qui moueri omnino non possunt incitos dicunt. Vnde & gentiles homines inciti vocantur quibus spes vltra procedendi nulla restat

De · Interdiccione alee Ca · lxviii

AB hac enim arte fraus & mendatium atque periurium nunquam abest postremo & odium et damna rerum. Vnde et aliquomodo propter hec scelera interdicta legibus fuit

De · Alea. Ca · lxviiii

PIla proprie dicitur quod sit pilis plena. Hec & fera a ferendo dicta. vel feriendo. De quarum genere vel pondere dorcatius sic tradit · Heu tu parce pilos viuaci condere cerui · Vncia donec erigit gemina superaddita libre Inter species pilarum trigonaria & arenata. Trigonaria est que in tres luditur · arenata que in grege dum ex circulo astantium exspectantiumque emissa vltra iustum spacium pilam excipere lusumque inire consuerunt. Cubitalem lusum appellant · cum duo cominus e proximo ac pene coniunctis cubitis pilam feriunt. Suram dicitur dare qui pilam crure prolato feriendam conlusoribus prebent.

Explicit liber decimusoctauus

INCIPIT· LIBER XVIIII· DE·NAVIBVS·

Ca·1

ARCIVM· QVARVNDAM VOCABVLA· QVIBVS· ALIQVID·FABRICATVR· VEL· INSTRVMENTA artificum vel qui misteriũ exhibeant· atq; aliquid huiusmodi deinceps ex parte notanda studui. Artifex generale nomen vocatus quod artem faciat sicut aurifex qui aurum facit. Faxo eñi antiqui pro facio dicebãt· Nauclerus dñs nauis est appellatus.Ita q nauis in sorte eius sit. Cleros eñi grece sors dicitur Ceteri auté in naui in contribunatione sunt. Gubernio qui & gubernator·q̃si cohibernator quod cohibat prudencia sua hibernia·idest tempestates maris. Nauta a naue dictus per deriuationem .Nauita autem pro nauta poetice per dieresin dicitur·sicut mauors pro mars.Nam rectum est nauta. Remex vocatur quod remum gerit. Sicut autem remex quomodo tubex dicitur nominatiuo casu. Epibata greco sermone appellat̃ qui latine dicitur superueniens. Hic nihil habet negocii· sed naulo dato in alias terras transire disponit. Nauim quidam perhibent dictam eo·quod gnauum rectorem querat·idest peritum sapiẽtem strennuum·qui continere & gubernare nouit ꝑpter maritima pericula & casus .Vñ est illud salomoĩs intelligẽs gubernacula possidebit. Lidii auté primũ nauẽ fabricauerũt pelagiq; incta petẽtes peruiũ mare usibus humaĩs fecerũt

Rates primũ & antiquissimum genus nauigii erudibus tignis asseribusq; consertum· Ad cuius similitudinem fabricare naues ratarie dicte nunc iam rates abusiue naues. Nam ꝑprie rates sunt cõnexe inuicem trabes. Trieris nauis magna quã greci dulconem uocant de qua in esaya dicitur.Non transibit per eam trieris magna. Carpasia nauis a carpado insula nominata· sicut a rodo rodia·ab alexandria alexandrina·liburne dicte a libiis.Naues enim sunt negociatorum de quibus oratius.Ibis liburnis inter alta nauiũ. Rostrate naues dicte ab eo quod in fronte rostra erea habeant propter scopulos ne feriant̃ & collidantur. Longe naues sũt quas dromones uocamus dicte eo q longiores sint ceteris · cuius contrarius musculus curcũ nauigiũ. Droma autem ab excurrendo dicit̃·Cursum

enim graece dromum uocant. Claſſis dicta eſt a greco voca/
bulo· idē lignis. Vnde & celoces nauicule·que
ligna militibus portant. Anthoromatus dictus pro eo ꝙ cele/
ritate ſui anthoris & inſtrumētis reliquis nauium vehemēdis
ſit aptus. Phaſelus eſt nauigium quem nos corrupte baſelū
dicimus·De quo virgilius Picciſq; phaſelis. Scafa·que & cara/
ſcopus nauigium ꝙ latine ſpeculatorium dicitur· Scopos enī
latine intendere dicitur. Barca eſt que cūcta nauis cōmercia
ad litus portat·Nec naues in pelago propter nimias undas ſuo
ſuſcipit gremio·Vbi autem appropinq̃uerit portui reddet uicē
barca naui quam accepit in pelago. Paro nauigium piratarū
aptum & ex his ita uocatum. Cicero· Tunc ſe fluctigero tradit
mandatq; paroni·Et alibi. Paruncul is adlitus ludit celeribus
Mioparo·q̃ſi minimus paro·idē et carabus. Eſt enī parua ſca/
fa ex vimine facta quae cōtecta crudo corio genus nauigii pre/
bet quales utuntur germanorum pirate inoceani· litoribus uel
paludibus ob agilitatē· de qualib; hiiſtoria·genus inquit ſax/
onum mioparonibus non uiribus utuntur uel nituntur fuge
pocius q̃m bello parati. Celoces quos graeci celetras uocant
idē ueloces biremes·uel triremes agiles & ad miniſterium claſ/
ſis apte .Ennius·labitur uncta carina per equora cana celocis.

Biremes autē naues ſunt habētes remorum ordinem gemi/
num. Triremes & q̃triremes trium & quatuor ordinum.Sic
& pēteres & exeres qui nos & ſenos ordines habentes· Actu/
arie naues ſūt·que uelis ſimul & remis aguntur. Ipogauus in
quo equos tranſuehere ſolitū eſt. Pontonium nauigium flui/
nale tardum & g̃ue·ꝙ non niſi remigio progredi potem·hinc
& traiectum·idem extentum.Eſt enim latum.Vn̄ et t̃nſethna
dicitur·extētus funis. Lenibus nauicula breuis·que alia ap/
pellatione dicitur & cimba & caupolus·ſicut & leniter·idē ca/
rabus·quo in padi paludibus utuntur Portemia nauicula ſiri/
aci generis lata & ſine carina a portando uocata. Vtuntur hiis/
in pannonia. Trabarie amnice naues·quae ex ſingulis trabibus
cauātur que alio nomine litorarie dicunt̄.Hec & caudices facte
ex uno ligno cauato & ide caudices·quia a quatuor·uſq; ad de/
cem homines capiat

De Partibus nauium Ca.ii.

PVppis poſterior pars nauis eſt ·quaſi poſt.Prora ante/
rior quaſi priora Cumba locus unus nauis·ꝙ aquis

incumbat. Carrina a currendo dicta, quaſi currina. Fori na/
uium latera concaua a ferendo onera dicta ſiue tabula nauium
que ſternuntur dicta ab eo ꝙ incesſus ferant uel foris emineāt
De qbus virgilius. Laxātq; foros. Colūbaria in ſūmis lateribꝫ
nauium loca concaua per que eminent remi dicta credo. quod
ſint ſimilia latibulis colūbarum in quibus nidificant. Agiauia
ſunt loca in naui per que ad remiges hortator accedit. De q̄ en/
nius. Multa foro ponet & agia longa repletur. Traſtra ſunt
tabule ubi ſedēt remiges qđ in trāſūſo ſit dicta. quae virgilius
iuga adpellabat. Remi a remouēdis & decutiēdis fluctibus
dicti ſicut tonſores a tondēdis & decutiendis capillis. Pal/
mula eſt extrēa latitudo remi a palma dicta. qua mare impellit
Atemne autem dicte quaſi ante amnem ſint poſite preterfluit
enim eas amnis. Cornua extremae partes antemnarum ſunt
dicte per tropum ab inanimali ad animale. Malus eſt arbor
nauis qua uela ſuſtinētur. malus autem dictus quia habet in/
ſtar mali in ſūmitate. uel quia quaſi quibuſdam maleolis lig/
neis cingitur quorum uolubilitate uela facilius eleuātur Mo/
dius ē cui arbor inſiſtit ob ſimilitudinem mēſuralis uaſis di/
ctus. Carceria ſūt in cacumine arboris troclee. q̄ſi. f. littera p
quas funes trahunt. Cinna lucida cōfulgent alti carceria ma/
li. Troclee autem uocate quod rotulas habeāt trocos enī grae/
ce rota dicit. Paraſtate ſtipites ſunt pares ſtantes quibus ar/
bor ſuſtinet. Cato malū diligatū paraſtate iūcte. Clauus eſt
quo regitur gubernaculū. De quo ennius. Vt clauum rectum
teneā nauemq; gubernem. Porticulus malleus in manu por/
tatur quo modus ſignū que datur remigātibus. De quo plau/
dus Ad loquendū atq; tacendum tute habes porticulum. Tō/
ſilla uncinus ferreus uel ligneus ad quem in litore defixum fū/
n s nauium inligantur. De quo ennius. Tōſilla ſapiunt confi/
gūt litus aduncas. Ancora dens ferreus ex greca ethimolo/
gia nomē ducit qđ q̄ſi hoīs manus cōprehendat vñ ſcopulus
uel arenas. Nā manus grece cira dicit. Apud hebreos autē aſpi/
racionē nō habēt. Nā ancira dicit. Vñ & apud maiores ſie aſpi/
ratiōe ꝓferebat. Puluinē ſūt machine qbus naues deducūt &
ſubducunt in portū pons ſcala nauiū. De Velis. Ca. iii.

VEla greci armena dicunt ꝑinde ꝙ aere mouent apud
latinos autē vela a volatu dicta. Vnde eſt illud velox

pā dimus alas. Genera velorū. Acateon. Epydromos. Dalū. Artemon. Sipharū. mendicū. Ex quibus acateon velū maximum ē & in media naue cōstitutū. Epydromos secundae amplitudinis sed ad puppem. Dalum minimū velum & ad prorā deflexū. Artemon dirigēdi potius nauis causa cōmēdatū q̄ celeritatis. Sipharum genus veli vnum pedem habēs quo iuuari nauigia solēt in nauigatione quociēs vis venti languescit. De quo lucanus. Sūmaq; tēdēs siphara velorū perituras colligit auras. quod ex separatiōe existiināt nōmiatū. Pes extremus angulus veli quē sic nautę loquunt̄.

De Funibus. Ca. iiii.

FVnes dicti q̄ antea in vsum luminis fuerit circūdati cera. Vnde & funalia. Restes sūt siue quod rates cōtineāt seu qd̄ in his rhetia tēdant̄. Rudētes sūt funes nauiū ex nimio stridore ita dicti. Spirae funes q̄bus in tēpestatibus vtunt̄ q̄s nautici suo more cucurbas vocāt. spirae autē absparto vocatae. Propes funis quo pes veli alligat̄ q̄si propedes. De quo turpilius. Quasi cū vētus est nauē in mari secūdus. Si quis ꝓ pedon misit si velis sinistrū. Tormentū funis in nauibus longus qua prora ad puppī extēdit̄. quo magis cōstringant̄. Tormenta autem a torcu dicta sunt restes funesq;. Saphon funis in prora positus. De quo caecilius. Venerio cursū veni ꝓ plato pede vsq; ad saphonem. Opiffera funis que cornibus antemnae dextra sinistraq; tēdunt̄ retrouerso. Prosinesium funis quo nauis in litore religatur ad palum. Mitra funis qua nauis media vincit̄. Anquina qua ad malū antēna cōstringit̄. De qua cinna atq; anquina regat stabilem fortissima cursū. Remulcū fuis q̄ deligata nauis trahit̄ vice remi. De quo valgius. Hic meam e longo succedens prora remulco. Letātem gratis sistit in hospiciis. Scrupi vicula loro vellino facta quibus remi ad scalmos alligant̄. De quibus liuius. Tuncq; remos iussit relegare scurppis. Cataforates linea cum massa plumbea qua maris altitudo temptatur. lucilius. Hanc cataforatem puer eodem. Deforet vnctum plumbi pauxillū rudis liniq; mataxā.

De Rhetibus. Ca. v.

REthe vocatū siue a retenēdis piscibus siue a restibus quibus tenduntur. Minus autem rethe simplagium dicit̄. a plagis. Nā ꝓprie plagas dicimus funes illos

quibus rhetia tenduntur circa imam & summā partē. Funda genus est piscatoriae rhetis dicta ab eo ꝙ in fundū mittat. Idem etiam a iactando iaculum dicitur. Plaustus probus quidam antea iaculator eras. Tragū genus rhetis ab eo ꝙ trahit nuncupatū. Ipse & verriculum. Verrere enim trahere est nassā.

Cassis genus venatoriae rhetis ꝙ capiat. hinc ē quod incassū dicimus id est sine causa quasi sine cassibus sine q̄bus venatio inanis est. Conopeū rhete quo culices excludunt in modū tentorii quo magis alexandrini vtuntur. qua ibi ex nihilo culices copiosi nascuntur. Vnde & canopeum dicit. Nam canopea aegiptus est.

De Fabrorum fornace. Ca.vi

FAber a faciendo ferro impositum nomen habet. Hic deriuatum nomen est ad alias artiū materias fabros vel fabricas dicere. sed cum adiectione vt faber lignarius & reliqua. Propter operis scilicet firmitatem. In fabrorum autem fornace gentiles vulcanum auctorem dicūt. figuraliter p vulcanum ignem significantes. sine quo nullum metalli genus fundi extendiq; potest. Nihil est enim pene quod igne non efficiatur. Alibi enim vitrum. Alibi argentū. Alibi plumbum. Alibi minium. Alibi pigmenta. Alibi medicamēta efficit. igne lapides in aera soluunt. Igne ferrum gignitur ac domat. Igne aurum perficit. Igne cremato lapide cimenta & parietes ligantur. lapides nigros ignis coquendo candificat. ligna candida vrendo offuscat Carbones ex pruna fulgida nigros facit. De lignis duris fragiles. de putribilibus inputribiles reddit. stricta soluit soluta restringit. dura mollit. mollia dura reddit. Habet & medicaminis vsum. Nam saepe vri prodest. pestilenciae quoq; que obscuratione solis cōtrahit auxiliari certum est. In opere quoq; aliud gignit. primis ignibus. aliud secundis. aliud terciis. Habet quoq; & aliam in se diuersitatem ignis. Nam alius est qui vsui humano. Alius qui in iudicio apparet diuino. siue qui de caelo fulmen adstringit. siue qui de terra per vertices montium eructat. Ignis autē dictus ꝙ nihil gigni potest ex eo. est enī inuiolabile elementum adsumens cuncta quae rapit. Fabrica duabus rebus constat ventis & flāmis. Flamma vero ꝓprie fornacis est dicta quod flatu follium excitetur. Fornax vero ab igne vocata. fos enim ign s. Caminus fornax grecū est deriuatum a cauma. Fauilla est deserta igne scintilla.

Pruna est q̃m diu ardet· cum autẽ extincta fuerit carbo nomi/
natur· Pruna autem a perurendo dicta. Carbo vero quod flã/
ma caret· qui dũ interisse creditur maioris fit virtutis. Nam ite
rum incensus fortiore luce calescit. Cuius tãta est vis etiã & si/
ne igne firmitas. vt nullo hũore corrumpat̃· nulla vetustate vin
catur· extinctus enim tantũ incorruptibilit durat vt hii qui li/
mites figunt eos in fossos terra substernant· & lapides desuper
figant ad conuincendũ litigatorem post quantalibet secula· fi/
xumq; lapidem limitem esse agnoscant·

De Instrumentis fabrorum.

INcus· ẽ in quo ferrũ tunditur a caependo dictus eo Ca·vii·
q; illic aliquid cudamus idẽ feriendo ꝓducamus. Cudere enim
caedere & ferire est· veteres autem non incudem vocabãt sed in/
tudem eo q; in eo metallũ tunditur hoc est tendat̃· Vnde & tu
dis. Malleus a tundendo· id est tenendo dicitur. Malleus vo
catus quia dũ quid calet & molle est caedit & ꝓducit. Mar
cus malleus maior & dictus marcus q; maior sit ad cedendum
& fortior. Marcellus mediocris marculus. Malleus pusil/
lus. Lucilius. Et velut in fabricam feruens cũ marculus ferrũ
multorum magnis ictibus tundit. Forcipes quasi ferricipes
eo q; ferrũ candens capiant teneãtq; siue q; ab his aliquid for/
uum capimus & tenemus quasi forui capes. Nam foruũ est ca/
lidum· Vnde & feruidum· Vnde & formosos dicimus· quibus
calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat. Lima dicta
eo q; lene faciat· Nam limum lene est. Cilium est vnde ope/
rantur argentarii a quo & celata vasa dicuntur.

De Fabricis parietum. Ca·viii·

IN fabricis parietum atq; tectorum greci inuentorem
dedalum adserunt· Iste eni primus didicisse fabricã·
a minerua dicitur· fabros autem siue artifices greci te/
cto nos vocant· id est instructores. Architecti autem cimen/
tarii sunt qui disponunt in fundamentis Vnde & apostolus
de semetipso quasi sapiens inquit architectus fundamentũ po
sui. Mationes dicti a machinis in quibus insistunt propter
altitudinem parietum. De dispositione Ca·viiii

EDificiorum partes tres sunt· dispositio· constructio·
venustas Dispositio est arce vel soli et fundamen
torum discretio De Constructione Ca·x

Onstructio est laterū & altitudinis aedificatio Cō/
structio autē vel instructio vocata eo ꝙ instrigat &
coherē faciat vt lapides luto & ligna & lapides inuicē
sibi nam & intinctio ferri in aqua instructura est. nisi eni can
dens tinguatur stringi & coherere non potest ferrum. Item cō/
structio a multitudine lapidū & lignorū dicta. vnde & strues.
Aliud est enim edificatio. Aliud instauratio. Nam aedificatio
noua constructio est. Instauratio vero ꝙ reparat̄ ad instar prio
ris. Nam instar veteres ꝑ similitudine ponebāt. Inde & instau/
rare dicebant. Constat autē constructio fundamēto. lapidibus.
calce. arena. & lignis. Fundamentū dictū ꝙ fundū sit aedifi
cii. Idem & cementum a cedendo dictum ꝙ ceso crasso lapi
de surgat. Lapides in structuris apti. albus. tiburtinus. colum/
binus. fluuiatilis. lisungia. rubrus. & reliqui. Albus lapis. alius
durus. alius mollis. Mollis dentata serra secatus tractabilis in
opere est. Ita vt in eo quasi in ligno literae scribantur. Tibur/
tinus a loco italie dictus qui dū sit ad fabricā fortis vapore ta/
men dissilit. Tofus aedificiis inutilis est fundamētis aptus
mortalitate & mollicia. Ex aestu enim & halitu maris ferit̄ &
verberat̄ imbribus. Arenacius lapis concretus maris arenis
hic & bibulus dicitur. seruat enim humorem acceptum. Idem
& in betiga gaditanus ab insula oceani vbi plurimus exciditur
Piperinus subalbidus cū punctis nigris durus atq; fortissi/
mus. Concleatius concleis lapillisq; & arena cōcretus asper
rimus & interdū fistulosus. Columbinus a colore auis nun
cupatus natura vicinus gipso & mollicia simillimus. Mola/
ris in parietibus vtilis. quia est quaedam pinguior natura eius
duraq; & aspera. Ex quo etiam & mole fiunt. vnde & nomen
traxit. huius quatuor genera Albus. niger. permixtus ac fistu
losus. Sfungia lapis creatus ex aqua leuis ac fistulosus & ca
meris aptus. Silex durus lapis ex cuius genere nigri silices
optimi quibusdam in locis & rubentes. Albi silices contra vetu
statem incorrupti permanent. Idem & in monumentis sculpti
& incorrupti permanent. quibus nec ignis quidē nocet. Nam
ex iis etiam forme fiunt in quibus aera fundunt̄. Viridis silex
vehementer & ipse igni resistens sed nusquam copiosus & vbi
inuenitur lapis non saxum est. Pallidus in cemento raro vtilis
Globus cōtra iniurias fortis & in structa infidus nisi fuerit

multa suffrenatione deuinctus. Fluuialis silex semper velut madens· hic aestate exhiberi oportet nec ante biennium inseri in structuris pomorum. Fictilium operum ad parietes & fundaméta quae coctis laterculis ad tecta inbriculis tegulisq; aptatur. Tegule vocate q tegant aedes. Et imbrices q accipiant imbres Tegule autem prime positionis nomen· cuius diminutiuum tigillú. Laterculi vero vocati q lati formenť circú/actis vndiq; quatuor tabulis. Lateres autem crudi sunt qui & ipsi inde nominati q lati ligneis formis efficiuntur· quorú crates dicuntur· in quibus lutum pro eisdem lateribus crudis portare solent· Sunt enim cónexiones cannarú dicti
id est q se inuicem teneant. Lutum autem vocatú quidamp antifrasin putant q nó sit mundú·Nam omne lotum mundú est· Calx viua dicta quia dum sit tactu frigida intus occultú continet ignem· Vnde perfusa aqua statim latens ignis erúpit natura eius· mirum aliquid facit· Postq̃; enim arserit aquis incenditur quibus solet ignis extingui·oleo extinguitur quo solet ignis accendi· Vsus eius· in structuris fabrice necessarius· Ná lapis lapidi nó potest adherere fortius nisi calce cóiunctus

Gipsum cognatú calci est·& est grecum nomen. Plura eius genera· omnium autem optimum lapis est specularis· Est ení in signis aedificiorum & coronis gratissimus. Arena ab ariditate dicta non ab adherendo in fabricis vt quidá volunt. huius probatio si manu impressa stridet aut si in vestem candidá sparsa nihil sordis relinquat. Columnae pro longitudine & rotunditate vocate in quibus totius fabricae pondus erigitur. Antiqua ratio erat columnarú altitudinis tercia pars latitudinum. Genera rotundarú quatuor· dorice· horice· tuscanie· corintae· Mensura crassitudinis & altitudinis inter se distante· quintum genus est earum que vocanť attice quaternis angulis aut amplius paribus laterú interuallis. Bases fulture sunt columnarum quae a fundamento consurgút & superpositae fabricae sustinent pondus. Bases autem nomen petrae est fortissime siro sermone. Capitella dicta q sint columnarú capita quasi sup collú capitis. Epistiliá sunt quae super capitella colúnarum ponuntur· & est grecum. Pauimenta originem operis a grecis habent· Vocata auté pauimenta eo q pauiantur idest cedanť Vñ & pauor quia cedit cor. Ostracus est pauimentú testatiú

eo ꝙ fractis testis calce admixto feriat. Testam enim greci ostra
dicūt. Rudos artifices appellāt lapides contusos & calce ad/
mixtos quos in pauimētis faciēdis supfundūt. vnde & rudera
dicuntur. Canalis ab eo ꝙ caua sit in modū cannae. sane ca/
nalem melius genere feminino ꝙ masculino proferimus. Fi/
stule aquarū sunt dicte ꝙ aquas fundāt & mittāt. Nam stola
grece mittere est. Forme earū ꝑ magnitudine aquae & capaci/
tate fiunt. ꝑ quas aquae ꝑ certos modulos diuidunt. E qbus
est vncia. & quinaria. digitus quadratus. digitus rotundus. &
ceteri modi ꝑ modulo quātitatis cuiusq; causae. Huc usq; par/
tes constructionis.

De Venustate aedificiorū. Ca. xi.

Venustas est quitquid illud ornamēti & decoris cau
sa aedificiis addit. Vt tectorū auro distincta laquea/
ria & preciosi marmoris crustae & colorum picture

De Laquearijs Ca. xii.

Laquearia sunt que camerā subtegūt & ornant. quae
& lacunaria dicuntur. ꝙ lacus quosdam quadratos
vel rotūdos ligno vel gipso coloribus habeāt pictos
cum signis intermicantibus. Principaliter autem lacus dicitur
vt lucius. Resultāt aedesq; lacusq;. Cuius diminutio lacunar fa/
cit. vt oracius. Neq; aurū mea retinet in domo lacunar. Inde fit
alia diminutio lacunarum & per antisticon laquearum facit.

De Crustis. Ca. xiii.

Crustae autē tabule sunt marmoris. vnde & marmo/
rati parietes & crustati dicunt. quia artem marmora
secandi in crustas excogitauerint nō constat. Fiunt
autem arena & ferro serraq; in pretenui linea ꝑmente arenas tra/
ctuq; ipso secante. sed crassior arena plus erodet marmoris. Nā
tenuis fabricis & polituris accomodata est.

De Lithostratis. Ca. xiiii

Litostrata sunt elaborata arte picture paruulis crustis
ac tessellis tinctis in varios colores. Tesselli autē a
tesseris noiati idē quadratis lapillis ꝑ diminutionē.

De Plastis. Ca. xv.

Plasticen est parietum ex gipso effigies. signaq; expri/
mere pingiq; coloribus. Plasticen autem dictū grece
quod latine est fingere terra vel gipso similitudines.
Nam & inpressa argilla forma aliquā facere plastis ē. Vnde &

protoplaſtus eſt dictus homo qui ex limo primus eſt cõditus

De Pictura· Ca·xvi·

PIctura autẽ ẽ imago exprimẽs ſpeciẽ rei alicuius que dum vis affuerit ad recordationem mentem reducit· Pictura autem dicta quaſi fictura· Eſt enim imago ficta· non veritas· Hinc & fucata ideſt ficto quodam colore in lita nihil fidei & veritatis habẽtiã· Vñ & ſunt quedã picture que corpora veritatis ſtudio coloris excedũt & fidem· dum au/gere contendunt ad mendacium ꝑuehunt· ſicut qui cimeram tricipitem pingunt vel ſcillam hominem ſurſum·caninis autẽ capitibus cinctã deorſum·Picturã autẽ aegiptii excogitauerũt primũ vmbram hominis lineis circumductã.Itaq; inicio talis· ſecunda ſingulis coloribus poſita diuerſis ſicq; paulatĩ ſeſe ars ipſa diſtinxit·& inuenit lumẽ atq; vmbras differẽtiaſq; colorũ Vnde & nunc pictores prius vmbras quaſdã & lineas futurae imaginis ducunt· deinde coloribus cõplent tenentes ordinem inuentae artis.

De Coloribus· Ca·xvii·

COlores autẽ dictos ꝙ a calore ignis vel ſolis ꝑficiuntur· ſiue ꝙ inicio colabantur vt ſummae ſubtilitatis exiſterent.Colores autem aut naſcunt̃·aut fiunt.Naſcunt̃ vt ſinopis rubrica·paritoniũ·melinũ·frecia·auripigmentum.ceteri fingunt̃·aut arte·aut ꝑmixtione. Sinopis inuẽta primũ in ponto eſt·inde nomen a ſinope vrbe accepit·Species eius tres·rubra & minus rubẽs·& inter has media. Rubrica vocata ꝙ ſit rubra & ſanguineo proxima· haec plurimis locis gignitur·ſed optima ponto·Vnde & pontica dicitur. Siricũ rubri coloris pigmentum ex quo & librorum capita ſcribunt̃· Ipſum & feniceum appellatum · eo ꝙ in ſiria colligit̃ in litoribus rubri maris vbi fenices inhabitãt·Aliud eſt autẽ ſericum· aliud ſiricum·Nam ſericum lana eſt quã ſeres mittunt. Siricũ vero pigmentum·quod ſiri phoenices in rubri maris litoribus colligũt·Eſt autẽ int̃ facticios·nã ſepe fit·aut ſinopide·aut ſandice mixtus. Minium primi greci in ephiſiorũ ſolo inueniſſe traduntur· Cuius pigmenti hiſpania ceteris regionibus plus abundat. Vnde etiam nomen proprio flumini dedit·huius diſtillatio argentum liquidum gignit· Minion autẽ hoc q̃dam dicũt eſſe cinabari. Cinnabarin a dracone & barro·idẽ elefante cognominatum.Aiunt enim draconum eſſe ſanguinem dũ

implicant elephantos ruunt enim belue & dracones obruunt. Quorum fusus cruor terram inficit fitq; pigmentum quicquid solo tinxerit. Est autem puluis coloris rubri. Prasin idē creta viridis & si in aliqbus terris promiscue generat. optima tamen in labia cirinēsi Crisocilla colore prasino est dicta q̄ vena ei/ us aurum habere tradit. haec & in armenia nascitur sed ex ma/ cedonia ꝓbabilis vēit. Fodit eni ex metallis aeris. cui9 inuētio argentum atq; indicum prodit. Nam vene eius cum his habēt naturae societatē. Cipria ab insula cipro vbi plurima reperit

Sandaraca in insula rubri maris topazon nascitur colore cin nabari. odore sulphureo. Inuenitur autē in aureis et argentariis metallis melior quo magis rufa magis quoq; virtus redolet. q̃n q̃; & cerussa si torreat in fornace sandaracū facit. Vnde & color eius flammeus quod si torreatur & equa parte rubrica admixta sandaricē reddit. Arsenicum quod latini ob colorē auri auri/ pigmentum vocant colligitur in ponto. ex auraria materia vbi etiam sandaraca optimum est. quod in aureum colorem transit purum & fissile gratili venarū discursu. quod vero pallidus aut sandaricē simile ē deterius iudicat. Est et tēciū gen9 squamosū quo miscet aure9 color. vis earū ut sandarace sed acrior. Ocra & ipsa in insula rubri maris topazon gignitur vbi & sandaraca Fit quoq; et ocra ex usta rubrica in ollis nouis luto circūlitis que quātomagis in camino arserit tanto melior fit. Venetū ceruleū temperare primū alexandria reperit. In italia ex arenae puluere & nitri flore idem faciūnt. sed si cipriā in fornace adu/ stū huic permixtioni addes vestoriani similitudo erit. Pur/ purissum ex creta argētaria cū purpuris pariter tinguit bibetq; eum colorē celerius lanis precipuū est. tamē aliud quod adhuc vase rudib9 medicametis inebriatū proximū ē egesto eo addita creta inius. Idem & quociēs id factū est eleuat bonitas precio/ sissime purpure. Causa ē quod scino maxime inficitur rubeaq;

Indicum in indicis inuenitur calamis spuma adherēte limo Est autē coloris cianei mixturā purpurae ceruleiq; mirabilem reddens. Est alterū genus in purpurariis officinis spuma a di/ na ereis cortinis innatans quam infectores detrahentes siccant.

Atramentum dictum q̄ sit atrum. cuius species & picturae & cotidiano vsui necessaria est. istud inter facticois est. fit eni & fuligine pluribus modis sup ardentes tedas resina adiecta

lacusculo edificata quae fumū retineat. Huic pictores cū aqua admiscent gluten vt inlustrius resplédeat. ad festinationē autē operis etiā sarmentorū veterū carbones cum glutino triti inducendis parietibus atraméti speciē reddūt. Sunt & qui vini fecē siccatā excoquant adfirmantq; si ex bono vino fex fuerit indici speciem id atramento propere sed & atramentum prebere. Sarmentū vuae nigrae vino optimo tinctū postq̄ siccitate aruerit si exuras & conteras adiecto glute nitoré indici reddit. Vstaq; plurima necessaria est nullo negocio ꝓuenit. Nam si & glebā silicis bene igne excoquas & aceto acerrimo supfu am extinguas mādefacta spungia colorem purpureū reddet eam vbi contrīueris vsta erit. Omne autem atramentū sole pficitur omnes colores calcis admixtiōe corrumpunt. Melinū dictū q̄ eius metalli ferax sit vna ex cicladibus insula melos nomie. Est eni candidum nec vtunt̄ eo pictores ꝓpter nimiam pinguedinem. Anulare qud vocant candidum est quo muliebres picture luminantur. fit & ipsum ex creta admixtis vitreis gémis. Cerussa fit hoc modo. vase enim aceto acerrimo impleto sarmenta aminea in eodem vasculo conlocabis ac sup sarmenta tabulas plumbi tenuissimas pones. deinde vas diligétissime claudis in linesq; ne aliq d spiraminis exeat. Post dies autē triginta apperit & ex distillatiōe tabularū innata cerussa inuenit. quod ablatū & arefactū terit. atq; iterū aceto admixto in pastillis diuidit & in sole siccat. hac obseruantia si laminas aereas sarmentis supponas eruginem creant calcantum.

De Structuris aedificiorum Ca. xviii.

INstructuram autē parietum ad normā fieri & ad ppendiculū respondere oportet. Norma dicta greco vocabulo extra quā nihil rectum fieri potest. Cōponitur autē ex tribus regulis. Ita vt duo sint binorū pedū. tercia habeat pedes duos. vncias decē quas equali crassitudine politas ex triemis acuminibus sibi iūgit. vt stemā trigoni faciat id erit norma. Regula dicta q̄ sit recta quasi rectula et inpedimentū nō habeat. Perpendiculū est quod semper adpenditur. deniq; in fabrica nisi omnia ad ppendiculū & certā regulā fiant. necesse est ut cuncta mendosa instruant̄. vt aliqua praua sint. aliqua cubantia. prona nōnulla. alia suppina. & ꝓpter hoc vniuersa sunt constructa. Linea genere suo appellata quod ex lino fit. Trullae nomen factū

eo ꝙ trudit & detrudit id eſt includit calce vel luto lapides. Marcellus machina. Scale ab ſcondendo id eſt aſcendendo vocate·herent enim parietibus.Scale autem dicuntur·que aut vne ſint·aut plures· quia numeri tantū pluralis eſt nomē ut li/tere que epiſtolā ſignificant· De Lignariis· Ca·xix·

Lignarius generalit̄ ligni opifex appellat̄. Carpen/tarius ſpeciale nomē ē· carpentū enī ſonū facit ſicut nauicularius·quia tantum nauium eſt fabricator & artifex. Sarcitector dictus ꝙ ex multis hinc & inde coniun/ctis tabulis vnum tecti ſarciat corpus·Idem & tignarius quia tectoria lignis inducit. Tignum vocatum greca ethimologia quia incenſum lumen conuertitur & in flammā. Vnde liciniū dicitur ꝙlumē det. Materia inde dicit̄ omne lignū quod ex ea aliquid efficiat̄ uel ſi ad ianuā referas uel ad ſtatuā materia erit· Ad aliquid enī ſemꝑ materia accipienda eſt ſicut elemēta materiā rerū eſſe dicimus·quia inde ea quae ſunt facta videmꝰ & materia quaſi mater dicta. Trabes vocate ꝙ intrāſuerſo po ſite vtroſq; parietes cōtineāt·Aliud autē ſunt tigna aliud trabes Tigna enī iuncta trabem faciūt·Trabes autē ſunt cum ſunt dolatae. Tolus ꝑprie eſt veluti ſcutū breue quod in medio tecto eſt in quo trabes coeunt. Cuplae vocate ꝙ copulēt in ſe luctantes. Luctantes ꝙ erecti inuicē ſe teneāt more luctātiū Aſſeres ab aſſe dicti qa ſoli ponunt̄ neq; cōiuncti. Scin/dule eo ꝙ ſcindant̄ id ē diuidant̄. Epigri & claui ſunt qbus lignū ligno adheret. Claui autē dicti q̄ſi calibi qa ex calibe fi unt id ē ferro·calips enī ferrū eſt. Tabule a veteribus tagulae vocabantur·a tegendo ſcilicet·vnde & tegulae. Conmiſſura dicitur tabularū coniunctio. Sectio autem dicta a ſequēdo ea que ceperit.Nā ſecare ſectare & ſequi eſt. Serrae autē nomē de ſono factū id eſt ab ſtridore. Serrae circiniq; uſum ꝑdicem quidā adoleſcens inuenit quē puerū dedalus frater matris ſue ſtudiis ꝑ docendū acceperat· cuius pueri tantū ingeniū fertur· ut dū materie diuidēde cōpendiū quereret ſpinā piſcis mittatꝰ e ferro laminā exaſperās dentiū mordacitate armauit· quā ſer/ram artifices nuncupāt·ꝓ cuius artis inuentiōe dedalus magi/ſter eius inuidie liuore ꝑmotus·ꝑcipitem puerū ex arce deiecit. Dehinc exulatus cretā abiit ibi que aliquan diu fuit ut fabu/le ferunt ex creta pennis volauit & in ciliciā venit. Circinus

dictus ꝙ vergēdo efficiat circulū. huius modꝰ duplicata linea fit que simplex ꝑ latitudinem extensa fuerat. Punctus autē in medio circini centrum a grecis dicitur. in cuius mediū cūcta conuergūt. Securis vocaṫ eo ꝙ ea arbores succidanṫ quasi suc curris. Item securis quasi semicuris. Ex una enī parte acuta est. ex altera fossoria. haec & apud veteres penna vocabaṫ Utrūqꝫ autē habens aciē bipennis. Nam bipennis dicitur. ꝙ ex utraqꝫ parte habeat acutem aciem quasi duas pennas. pennū autē anti qui acutū dicebāt. Unde & auiumpenne q̱ a acute & ecce nomē quod reseruauit antiquitatē quia veteres pennas dicebant non pinnas. Hec & dolabra ꝙ habeat duo labra. nā securis sim/plex ē. Dextralis dextre habilis. Ascia ab astulis dicta q̄s a ligno eximit. cuius diminutiuū ē asciola. est autem anubrio breui aduersa parte referēs. uel simplicem malleū aut cautaū uel bicorne rastrū. Scalprus dictus ꝙ sculptis & foraminibus sit aptus quasi scalforus. cuius diminutiuū scalpellus. Tere bra vocata a verme ligni qui nuncupaṫ terebra quē greci terodo nam vocāt. hinc dicta terebra ꝙ ut vermis forat. q̄si terefora uel transforans. Taratrum quasi teratrū. Scofina dicta ꝙ he/rendo scofem faciat. Canterium galli agliua.

De Laneficiis. Ca. xx.

Mineruā quandā gentiles multis ingeniis ꝑdicabant. hanc enim primam lanefici usum monstrasse. hanc etiā telā ordisse & colorasse lanas perhibent. Oliuae quoqꝫ hanc dicunt inuentricem & fabrice multarumqꝫ artium reptricem. Ideoqꝫ illi vulgo opices supplicant. sed hoc poeticae fingitur. non enim minerua istarū artium princeps est. sed q̱a sapientia in capite esse diciṫ homis. & minerua de capite ouis nata fingitur hoc est ingenium. Ideoqꝫ sensus sapientis qui in uenit omnia in capite est. ideo & dea artium minerua diciṫ q̱a nihil excellentius est ingenio quo reguntur vniuersa.

Nichil excellencius ingenio

De Veste sacerdotali in lege. Ca. xxi.

Octo sunt in lege genera sacerdotaliū vestimentorū. Poderis sacerdotalis linea corpori adstricta & us/qꝫ ad pedes descendēs vnde & nūcupata quā vulgo camisiam vocant. Aban & cingulum sacerdotale rotundum. polita arte ex cocco purpura iacinctoqꝫ contextum. Ita ut flores atqꝫ gemme in eo esse videanṫ distincte. Pilleum ē ex bisso

rotundum q̃si spera media caput tegens sacerdotale & in occi/
pitio vitta constrictum· hoc greci & nostri tiaram uel galeam 16
vocāt. Machil quod est tunica talaris tota iacinctina habēs
ad pedes septuaginta duo tintinabula totidemq; intermixta ac
dependentia mala punica. Ephot quod interpretatur latine
supindumentū. Erat enī palleum suphumerale ex quatuor co
loribus & auro contextū habēs in utroq; humero lapides du/
os smaragdinos auro conclusos in q̄bus sculpta erant nomīa
patriarcharū. Logium quod latine dicitur rationale pānus
duplex ex auro & q̃tuor textus coloribus habēs magnitudinē
palmi per quadrū cui intexti erāt duodeci preciosissimi lapides
hic pānus supra humerale contra pectus pōtificis adnectebat̃.
Petalum aurea lamina in fronte pontificis quae nomen dei
tetragrammaton hebraicis literis habeat scriptū. Bratin siue
feminalia id est bracae lineae vsq; ad genua pertingentes q̄bus
verecunda sacerdotis velabantur.

De Diuersitate & Nomibus vestimētorū· Ca·xxii·

Diuersitas vestimentorū·tegmen·tegumē.indumentū
vestimentū· & reliqua. Tegmen dictū eo ꝙ tegat
mēbra sicut tegumen·tecta quae tegūt corpora. Ve
stimentum vero est quod usq; ad uestigium pretenditur quasi
vestigimentum ut est tunica talaris sed & hec consuetudo ser/
monis auctorū cōfundit. Indumentū quod intus ad corp9
induitur quasi intumentū amictus. Discernitur autē vestitus
a cultu quoniā lautius intelligit̃ cultus. Item cultus ab habitu
nam habitus ad naturā ptinet. cultus ad homies. Plereq; autē
vestiū aut a tempore quo maxime in usu sunt. appellant̃ autē a
locis ubi uel primum confecte uel maxime vendicantur· aut a
genere coloris·aut a nomine reptorum. Vestis antiquissima
hominū fuit per zomatū id est subcinctoriū quo tantū genita/
lia conteguntur·hoc primum primi mortales e foliis arborum
sibi fecerunt quando post p̄uaricationē erubescentes pudenda
velabāt. Cui9 usum quedam barbare gentes dū sint nude usq;
hodie tenent·haec & campestria nuncupantur· p eo ꝙ eisdem
iuuenes qui nudi exercent in cāpo pudēda operiūt. Tunica
vestis antiquissima appellata q̄a in motu incedētis sonū facit·
tonus enī sonus est. Primū autē fuere pelliciae tunice q̄bus
post offensam & eiectionē de paradiso adā & eua induti sunt

Talaris tonica dicta eo q talos usq; descédat & ad pedes de/
fluat· sicut pectoralis quia apud antiquos breuis erat ut tantũ
pectus operiret·licet nunc ꝓfusior est. Manicleata tunica id
est manicata eo q habeat manicas quam cirodită greci vocant.

Dalmatica vestis primũ in dalmatica ꝓuincia texta ē. tuni/
ca sacerdotalis candida cum clauis ex purpura. Rosata quã
greci feniceam vocant · nos coccineam repta a lacedemoniis ad
celandũ coloris similitudie sanguiné quociẽs quis in acie vul
neraretur. Ne contéplanti aduersario animus augesceret · hac
sub cõsulibus romani usi sunt milites. Vñ etiã rosati vocaban/
tur · solebant etiam pridieq̃m dimicandũ esset ante principia
ꝑponi quasi admonitio & indicium future pugne. Laculata
est que lacus quadratus quosdã cũ pictura habet intextos aut
additos acu· Iacintina vestis ē aereo colore resplendẽs Mo/
locinia que e maluarum stamine conficitur quã alii melocinã.
alii auellã vocant. Bombicina e bombice vermiculo qui lon
gissima ex se fila generat· quorũ texta bõbicinũ dicit̃ conficit̃q;
insula cooapocolania Serica·a serico dicta uel q eam seres
primi serunt. Oloserica totaserica·olo enim totũ. Tramo/
serica stamine lineo trama ex serico. Olofora tota ex purpura·
olo eni totũ. Bissina candida cõfecta ex quodã genere lini gro/
ssioris sunt qui et gen9 quoddã lini bissum existimét. Fibria
trama de fibri lana habẽs. capria·masticia· et eomena. Linea
qa exsolo lio fit. Limostéa vestis ē ex lana lioq; cõtexta·& di/
cta liostéa qa in staine linũ in trama lanã habet. Recta d.cit̃
vestis quã sursum versum stãtesq; texerunt· Segmenta ʒonis
qbusdam & q̃si ꝑcisamentis ornata·, nam & ꝑticulae cuicũq;
materie abscisae presermina vocant̃. Leuidensis quod raro
filo fit leuiterq; densata. Pauitensis cõtraria leuitensi dicta q
grauiter pressa atq; calcata sit. Citrosa q̃si concrispa ad simili
tudinem citri. Neuius. Pulchre que ex auro vestemq; citrosam
Velenẽsis tuica ē que affert̃ ex insulis que citro sunt. Exotica
vestis ē pegria desoris ueniẽs ut in ispania a grecis. Polimita
multi coloris· polimitus enim textus multorum colorum est
Aucupicta uestis acu textilis uel acu ornata eadẽ & frigia.hu/
ius enim artis periti frigii omnes dicunt̃·siue quia in frigia in/
uenta ē· Vnde & artifices·qui id faciũt.frigoines dicunt. Virgi
lius frigiãq; clamidẽ. Trilicis atribus licus quia et est simplex

& biplex. Ralla que vulgo rasilis dicitur Interpola vestis illa vocat̃ que dum sit vetus ad nouã speciem recurrit. Pannuntia nũcupata ꝙ sit diuersis pãnis obsita. Colobiũ dictũ qa longũ est & sine manicis antiqui enĩ magis hoc vtebantur. Leuitonariũ ẽ colobiũ lineũ sine manicis quale aegipti vtũtur monachi. Lumbare vocat̃ ꝙ lumbis religet̃ uel ꝙ lumbis hereat hoc in aegipto & siria nõ tantũ femine sed & viri vtunt̃ Vñ & hieremias transeufraten tulit lumbare suũ ibiqꝫ illud in foramĩe petre abscõdit & postea scissum reperit. Hoc a quibusdam & renale dicit̃ quia renibus alligat̃. Limus ẽ vestis que ab vmbilico vsqꝫ ad pedes ꝑducit̃ hec autẽ vestis habet in extremo sui purpuram. Lima id est fluxuosa inde & nomẽ accepit nam limũ obliquum dicimus. Licinum vocatũ ꝙ textura eius ligata sit in totum q̃si diceret̃ liginũ c p g litera cõmutata. Armelausa vulgo vocata ꝙ ãte & retro diuisa atqꝫ apta est in armos tantum clausa q̃si armiclausa c litera ablata. Camisias vocamꝰ ꝙ in his dormimꝰ in camis id ẽ in stratis nostris. Femoralia appellata eo ꝙ femora tegant ipsa & brace ꝙ sint breues & verecũda corporis his velent̃. Tubracos vocatos dicunt ꝙ tibias bracasqꝫ tegant. Tubraci ꝙ a bracis ad tibias vsqꝫ ꝑueniant.

De Vestibus quarũdam gentium Ca xxiii.

Quibusdã autẽ natiõibus sua cuiqꝫ ꝓpria vestis ẽ ut parthis sarabare gallis linnae germanis renones hispanis striges sardis mãstruge. Sarabara sunt fluxa ac sinuosa vestimẽta de q̃bus legit̃ in Daniele Et sarabare eorũ nõ sunt inmutate. & Publiꝰ Vt q̃d ergo in uentre tuo parthi sarabas suspenderũt. Apud quosdã autẽ sarabarae quedã capitũ tegmina nũcupant̃ qualia videmꝰ in capita magorũ picta. Linnae saga quadra & mollia sunt de q̃bus Plautꝰ Linna coopta ẽ testrino gallia. Renones sunt velamina humerorum & pectoris vsqꝫ in umbilicũ atqꝫ in tortis villis adeo hispidi ut imbrem respuant quos vulgo reptos vocant eo ꝙ longitudo villorũ quasi reptat de quibus Salustius. Germani in testũ renonibus corpus tegunt. Dicti autẽ renones a reno germania fluine vbi his frequent̃ vtũt̃. Mastruga g̃maica vestis ex pelliculis ferarũ de q̃ Cicero ꝓscauro Quẽ purpura regalis non cõmouit eum sardorũ mastruga mutauit Mastruga autẽ

dicta quasi monstruosa eo ꝙ qui ea induuntur quasi in ferarũ habitũ transformant. Dinoscunt & gentes ita habitu sicut & lingua discordes. Per se brachia & crura liniamẽtis caput tiara tegunt. eminent apicibus fastigiatis alani. Horrẽt & male tecti cum latratoribus linguis. Scoti. Sagati sunt alamanni. lineati indi. Gẽmati ꝑ se. Sericati seres. Pharetrati armeni. Nonnulle etiam gentes non solũ in uestibus sed & in corpore aliqua sibi ꝓpria quasi insignia vendicant ut videmus. Cirros germanoꝝ granos & cinnabar gothorum. stigmata britonũ. Circũcidunt quoq; iudaei ꝑputia. ꝑdunt arabes aures. flauẽt capitib9 intex/tis gete. nitent albam albentibus crinibus. mauros habet tetra nox corporum. Gallos candida cutis. sine equis inertes extant alani nec abest gens pictorũ nomẽ a corpore ꝙ miũtis opifex acus pũctis & expressos natiui gramĩs sucos includit. ut has ad sui specimen cicatrices ferat pictis artubus maculosa n bili tas. Habet & sexus institutam speciem habitus ut in viris tõsi capilli. in mulierib9 redundãtia crinĩũ. quod maxĩe virginib9 insigni est quarum & ornatus ipse ꝓprie sic est. ut cumulati9 in verticem ipsam capitis sui arcem ambitu crinium contegat.

De. Palleis virorum. Ca. xxiiii.

PAlleum quo ministrantium scapulae contegunt ut dum ministrant expẽditi discurrãt. Plautus. Si q̃d facturus es adpẽde in humeris palleũ & ꝑgat q̃ntũ valet tuorũ pedum ꝑnicitas. Dictum autẽ palleũ a pellibus q̃a prius suꝑ indumenta pellitia veteres vtebant quasi pellea siue a palla ꝑ deriuationem. Clamis est que ex vna parte induitur neq; consuit. sed fibula infrenatur. hinc & grece nomen accepit

Toga dicta ꝙ velamẽto sui corpus tegat atq; operiat. Est autem palleũ purũ forma rotunda effusiõe & q̃si in vndãte sinu sub dextro veniens supra humerũ sinistrũ ponitur. cuius simi/litudinem in operimentis simulacrorum uel picturarum aspi/cimus easq; statuas togatas vocam9. Toga autẽ romani in pace vtebant. belli autẽ tempore paludamẽtis. Mensura toge iusta. si sex vlnas habeat Toga autem palmata dicebatur quam me/rebantur hii qui reportabant de hostibus palmas. ipsa vocaba/tur & toga picta eo ꝙ victorias cum palmis intextas haberet.

Toga candida eademq; cretata in qua candidati id est magi/stratũ petẽtes ambiebãt addita creta quo cãdidior insigniorq;

etiam esset. Cicero in oratione quā habuit cōtra cōpetitores ī toga candida scripsit. Cinctus gabinus est cum ita imponitur toga ut togae lacinia quae presecus reicitur adtrahitur ad pect9 Ita ut exutroq; latere ex humeris picturae pendeant ut sacerdotes gentilium faciebant aut cingebātur pretores. Trabea erat togae species ex purpura & cocco quo operti romanorum reges inicio precedebant hanc primū romulus adinuenisse perhibet ad districtionem regii habitus. Trabea autem dicta qđ in maiore gloria omine trāsbearet: hoc est ultra & inposterum ampliore dignitate honoris beatum faceret. Paludamentum erat in signe palleum imperatorum cocco purpuraq; & auro distinctum. De quo salustius. Togam inquid paludamēto mutauit Erat autem palleum bellicum dictū ut quibusdam uidetur qđ eo indutus palam faceret imperator bellum futurum. Circūtextū est qđ grece ciclas dicit. De quo virgilius Et circūtextū croceo uelamen acanto. Circumtexum autem dictum quia est rotundum palleum. Diplois grece nomen ab eo quod sit duplex amictus oratius Contra quē duplici panno pacientia uelat Est autē uestis militaris cui9 usus gallicis primum expedicionibus cepit e pda hostili de qua Est uox illa senatui Togis depositis quirites ad saga fuerant. Sagum autem gallicū nomen dictum autem sagum quadrum eo ꝙ apud eos primum quadratus uel quadruplex esset. Penula est palleū cum fimbriis longis. Lacerna palleū fimbriatū quo olim soli milites utebantur. Vnde & ad distinguenda castrensi urbanaq; turba hos togatos illos lacernatos uocabant. Inde autem lacerne quasi amputatis capitibus fimbriarū neq; ita laxis ut sunt penulaꝝ.

Mantum his pani uocant qđ manus tegant tantū. Est eni breue amictum. Pretexta est puerile pallium quo usq; ad sedecim annos pueri nobiles sub discipline cultu utebantur. Vnde & pretextati pueri appellati sunt. Dicta autem pretexta quia ꝑtexebatur ei lacior purpura. Casula est uestis cucullata dicta per diminucionem a casa qđ totū hominē tegat. quasi minor casa vnde & cuculla quasi minor cella. Sic & greci, Planetas dictas uolunt quia horis errantibus euagantur vnde & stelle planete idē uage eo qđ uage suo errore motuq; discurrūt. Birrus a greco uocabulū trahit illi eni birrū bibrum dicunt. Melotes quae etiam pera uocatur pellis est caprina a collo pendens

precincta usq; ad lumbos. Est enim habitus proprie necessarius ad operis exercicium. Fiebat autem prius ut quidam estimant de pelliculis melonū. vñ & melotes uocate sunt. Fimbrie uocate ora uestimētorū. hoc est fines. ex greco uocabulum trahentes. greci enim terminum ora uocant.

De Palliis. Feminarum. Ca. xxv

Regillum est prelatum reginarum amiculum. vnde & appellatum. Peplum matronale palleum ex purpura signatum. cuius fimbrie aureis staminibus summitate resplēdent. Palla est quadrum pallium muliebris uestis deductum usq; uestia. qđ est affixis in ordinē gemmis. Et palla dicta apoty callin. idest a nobilitate. que est circa finem huiusmodi indumenti. siue qđ rugis uibrantibus sinuata crispet̄

Stola matronale operimentum. quod cooperto capite & scapula a dextro latere inleuum humerum mittitur. Stola autem graece uocatur. quod super emittatur. Eadem & ricinium latino nomine appellatum. eo quod dimidia eius pars retro reicit̄ quod uulgo mauortem dicūt. Vocatam autem dicūt mauortē q̃si martem. Signum enim maritalis dignitatis. & potestatis ī eo est. Caput enim mulieris uir est. inde & super caput mulieris est. Amiculum est meretricū pallium lineum. Hoc apud veteres matrone in adulterio deprehense induebantur. ut in tali amiculo potius quā in stola pollucerent pudiciciam. Erat enim hoc apud ueteres signum meretricie uestis. nunc in ispania honestatis. Teristrum palliolum est. quo usq; hodie arabie & in esopotamie mulieres utūtur. quo in estate uel estu tutissimo tegūtur umbraculo. De quo in esaya. Anaboladum amictorium lineum feminarum quo humeri operiuntur. quod greci & latini sindonem uocant.

De. Stratu. et Reliquis. quae. habentur inusu. Ca. xxvi

Stragulū ē uestis discolor qđ manu artificis diūsa uarietate distinguitur. Dictū autē qđ instratu & in amictu aptum sit. De quo salemon. Stragulatam uestem fecit. Ludices a ludis. idest theatris uocas quidam existimant. cū enim egrediębātur de ludo prostibulo iuuenes horū uelamento tegebant caput & faciem, quia solebant erubescere qui lupanar introissent. Fultra sunt ormenta lectorum dicta quod in his fulcimur idest sustinemur. uel quod thoros fulciant. siue

caput quae reclinatoria uulgus appellat. Ceruicalia autem eo
qd' ponatur sub ceruice · uel cubito. Puluillus dictus a pul/
uinari qui est diuitum lectus. Culcitre uocate quod calcent
idest fulciantur siue farciantur pluma siue tomento quod mol/
liores calidiores sint· Tappeta dicta quod pedibus primũ ster/
netur q̃si tappedia. Simpla tapeda ex vna parte uillosa quasi
simpla. Amphitaba ex vtraq; parte uillosa tapeta. Lucilius
Simple atq; amphitaba uillis ingentibus molles. Mantilia
nunc ꝓ operiendis mensis sunt· quae ut nomen ipsum indicat
olim tergendis manibus prebebantur· siue mandelia a mande/
do. Mappe conuiuii & epularum apositarium sunt· q̃si ma/
nupe· atq; ob id nominate· cuius diminutiuum mappella est.
Toralia lõge ꝑpetueq; mappe athoro dicte. Sabanum grecũ
nomen est· Facitergium & Manutergium a tergendo faciem
uel manus uocat̃· vela dicta qd' obiectu suo interiora domorũ
uelent. Aulea uela picta & grandia· que ideo aulea dicta sũt·
qd' primũ in aula attali regis asiae· cui successit populus roma/
nus inuenta sunt. Cortine sunt aulea · idest uela de pellibus.
quali in exodo leguntur· a quibus tabernaculũ extrinsecus tege
batur. Dicte autem cortine a coriis· eo quod prius ex pellibus
fuissent facte· vnde et in eodem tabernaculo legis iubentur fieri
ex pellibus arietum rubris· & ex pellibus iacinctinis. Cilicia
arabes nuncupant uelamenta pilis caprarum contexta· ex qb9
sibi tentoria faciunt.

De· Lanis· Ca xxvii·

LAna a laniendo · idest a uellendo dicta. Hinc & uellus
dictum· quod prius lane uellerentur non tonderentur
Linum ex terra oritur· defluxumq; nomen eius a grecro
Nam linum greci linarium dicunt· siue quod sit molle & lene·
Stuppa uero canabi ẽ· siue lini. Nec secundum antiquam or/
thograuiam stupa dicitur· quod ex ea rime nauium stipentur.
vnde & stipatores dicuntur· qui in uallibus eam conponunt.
Tomentum appellatum · quod aut in filo aut in tela tumeat
nec subtilitatem habeat. Canabum a similitudine canne uo·
catum· siue a greca ethimologia· nam illi canabum canabin uo/
cant. Bissum genus est quoddam lini nimium· candidi &
molissimi· quod greci papaten uocant. Fimbrinium lana est
animalium que fibros uocãt· ipsos & castores existimãt· quos

dum uenatores sequnt̃· ipsi sibi testiculos adimunt. Aranea uocata· eo qđ aeris infusiõe in frondibus nutriatur. Sericum dictum· quia id seres primi miserũt· vermiculi eni ibi nasci per/hibentur· a quibus haec circum arbores fila ducuntur· vermes autem ipsi graece bombices nominãtur. Placium est stuppa & quasi crassedo serici· & est grecum nomen.

De· coloribus· Vestium· Ca· xxviii

Tinctura uocata· q̃a tinguitur & in aliam fugatam spe/ciem nitoris gracia coloratur. Coccum greci nos ru brum seu uermiculum dicimus· Est enim uermiculus ex siluestribus frondibus. Conchilium dictum· eo quod ex conculis marinis color eius colligitur· Idem & ostrum uocat̃.

Ostrum quod ꝓ colore purpurę temperatur· plurimis q̃dẽ in locis· sed optimum in insula cipro gignitur· siue in his quos proprie solis cursus illuminat· Conchilia autem sũt maris que circumcisa ferro lacrimas purpurei coloris emittunt· His colec tis color purpureus temperatur et hostrum exinde appellatum dicunt· quod ex teste humore elicitur. Purpura apud latinos a puritate lucis uocata· apud grecos autem purphira dicitur cũ aspiratione· apud nos purpura sine aspiratione. Ferrugo est color purpure subnigre· quae fit in ispania· ut ferrugine clarus sydera· Dicta autem ferrugo· qđ omnis purpura prima tinctu/ra eius modi coloris existat. Claucus color est ferrugineus subniger. Albidum ab elbo colore uocatum· Elbum est enĩ medius color inter nigrũ & album· & elbum abalbo deriuatũ

Luteus color rubicundus· quod est croceus· Nã crocus lutei coloris est· ut croceo mutata uellera luto. Mellinum quod fit colore nigro· greci enim melan nigrum dicunt. Masticinium quod colorem masticis habeat· Blatteum· blauum· mestcum· Osticium· q̃a ex usto est Fit enĩ ex depẽdenti fuligine tectoꝝ egesta assiduis ignib9· vñ & color eiusdẽ tincture flamme9 ẽ.

De. Instrumentis· Vestium· Ca· xxviiii

Tela pro longitudine staminum dicta· cui9 deriuatiuũ est telearia. Insubuli· quia infra & sup̃ sunt· uel quia insubulant̃. Radii dicti q̃a radendo fiunt. Pecti/nes quod pexa fila reddant· & imprimant. Colum quod sit in longitudine & rotunditate· quasi columna. Fusus quod per ipsum fundatur quod netum est. Alabrum quod in eo

librātur fila· idest soluunt. Calatum leue gestamen ex ligno vel canna aut ex iunco factum in qua· uel pense ponuntur uel leguntur flores ·cala enī graece lignum est a quo deriuatum est calatum· nam latine quassillum dicitur· Cicero in philippicis aut uero inter quassilla pendat aurū. Pensum mulierū a pen dendo dictum· vnde pensa & in pensa. Petum fila dicta uel quia ex pilis animalium sūt ·uel quia laneficium filis tenuib9 constat in modū piloꝝ idest q̄si filoꝝ. Mataxa quasi metaxa a circuitu scilicet filorum· Nam meta circuitus dicitur· uel qđ trāsferat. Globellum corrupte a globo dictum per diminuti onem q̄si paruum globum. Pannule quod ex eis panni tex/antur·ipse enī discurrūt ꝑ telam. Stamen dictum quia rectū stat. Trama quod uia recta transmittatur ꝑ telam· Est enim filum int̄ stamen currens. Licia sūnt quibus stamina ligant̄ quasi ligia. Ordire est texere.

De·Ornamentis· Ca·xxx·

HActenus de ueste· dehinc ad ceterum cultū ueniamus Ornamenta dicta eo quod eorum cultu ora uultusq; decorentur. Primū ornamētū cor ōa īsigne uictorie· siue regii honoris signum quae· ideo in capite regū ponit̄ ad signi/ficandos circumfusos in orbe populos quib9 accinctus quasi caput suum coronat̄· Hec a lucillo coralla· ab homero stepha/na dicta est· huius principiū a libero quodā gentiles existimāt qđ his in potādo uino capita uincire fasciolis instituerit id cir co olim linei ac lanei generis corona fuit· sicut erat in sacerdoti/bus gentilium· Nam corone haec ex causa uocatum· eo qđ ini/cio circum aras curretur atq; ad imaginē circuitus· uel chori & formatam & nominatā coronam· Imperatores romani et reges q̄dam gentium aureis coronis utuntur· ꝑ se tiaras gerunt· sed reges rectas· Satrape incuruas· repta autem tiara a semiramidae assiriorum regina· qđ genus ornamenti ex inde usq; hodie gēs psa retinet· Athenienses enim cicladas aureas gerebāt partim in uertice· non nulli in fronte· non enim eadem sunt insignia omnium regnorum· gentiliū uates infula apice· pilleo siue gale/ra utebant̄. Infula est fasciola sacerdotalis capitis alba in mo/dum diadematis a qua uitta· ab utraq; parte dependent ·quae in fulā uinciunt· vnde & uitte dicte sunt· quod uinciat· Infula aūt pleꝛq; lata erat pleꝛq; tortilis de albo et cocco. Apex est pille9

ſubtilis quo ſacerdotes gẽtiles utebãt̃: appellat9 ab apiedo· idẽ aligando· Nam uirgula quae in pilleo erat contextebatur filo quod fiebat ex lana hoſtie. Galerum pilleum ex pelle ceſe ho/ſtie factum. Pilleum autem dictũ a pelle hoſtie·vnde fiebat

Cidaris & ipſa ſacerdotum erat· quae a pleriſq; mitra uocat̃. Ornamenta capitis feminarum·diadema nimbus·capitulum & mitra. Diadema eſt ornamentum capitis matronarũ ex auro & gemmis contextum· quod in ſe circũactis extremitati/bus retro aſtringitur· & ex inde dictum grece· quod preligetur

Nimbus eſt faſciola tranſuerſa ex auro aſſuta in linteo·quod eſt in fronte feminarum· Plautus· quo magis eam aſpicio·tãto magis nimbata eſt · nam & lumen qđ circa angelorum capita pingitur· nimbus uocatur·licet & nimbus ſit denſitas nubis.

Capitulum eſt quod uulgo capitulare dicunt Idem & cappa uel quod duos apices·ut cappa litera habeat uel q a capis orna/mentum eſt. Mitra eſt pilleum frigium caput ꝓtegens· q̃le eſt ornamentũ capitis deuotarũ. Sed pilleum uirorũ eſt· Mi/tre autem feminarum· Redimicula autẽ ſũt q bus mitre alligãt̃ Pilleum autem ut prediximus a pelle erat : nam mitra ex lana ẽ

Reſicula eſt mitra uirginalis capitis· Vitte ſunt·que crinib9 innectuntur· quibus fluentes religantur cappilli·& uitte dicte quod uinciunt. Tenia autem eſt uittaru extremitas depen/dens diuerſorum colorum·Item uitta ... ua corona uincitur tenia uero ex trema pars uitte·qua dependent coroe. Recina/culũ eſt qđ colligit comas· dictum ab eo qđ retinet crines· ne effundantur·Diſcrinalia ornamenta capitis mulierum ſunt uo cata·ex eo qđ caput auro diſcernant· nã diſcriminare diuide di cit. Ancie ſunt cincini dependentes prope auriculas graeco uocabulo ab auribus dicte. Acus ſunt q bus in feminis or/nandorũ crinuim conpago retinetur : ne laxius fluant & ſpar/ſus diſſipetur capillus· Inaures ab aurũ foraminib s nũcupa/te quibus precioſa grana lapidum dependent·harũ uſus in gre/cia pulle utraq; aure pueri tantũ dextra gerebãt. Torques ſũt circuli aurei a collo ad pect9 uſq; dependentes· Torques autẽ & bulle a uiris gerunt̃ a feminis uero monilia & catella Dicte autem torques quod ſint torte & bulle quod ſit ſim les rotun/ditatẽ bullis quae in aqua uento inflant̃. Monile ornamen/tum ex gemmis eſt quod ſolet ex feminarum dependere collo

dictum a munere·hoc etiam & serpentum dicitur· quia cõstat ex amphorolis quibusdam aureis gemmisq; uariis in modum facture serpentis· nonnulli hoc & segmenta & longos habit9 licet & segmẽtas uestes dicamus· ut ipsa segmentatis dormisset paruula cunis· Plerumq; aut m & p monile omnia ornamẽta matronarum significantur·quicquid illis munere dat. Murenula uulgo uocatur· quod scilicet auri metallo uirgula lentescente quedam ordinis flexuosi catena contexitur insimilitudinem murene serpentis·quae ad collum ornandũm aptatur· nec interdum aurei atq; argenti tex ur uirgulis·vñ & incanticis dicitur canticorum·Murenulas reas faciemus tibi·uermiculatas argento· Catelle sunt catenule colli inuicem se conprehendentes· in modũcatene· vnde & appellate. Dextralia conmunia sunt uirorum acc feminarum· quia uterq; sexui dextre sunt ampla·& ante manicam portant & possũt ibi iungi clauo uno

Armille autem proprie uiroꝝ sunt collate uictorie causa militibus ob armorũ uirtutem· vnde & quondam uulgo uirile dicebantur ab intelectũ autem circuli armilla non discrepat·quia ipsa quoq; hoc ubi ponitur ambiendo constringit.Sed armilla latius extendit circul9 et rotũdus fit Fibule sunt qb9 pect9 feminarum ornatur uel palleũ tenet uiris in humeris· siue cingulum in lumbis Lunule sũt ornamẽta mulieꝝ in lune similitudine bullule auree dependentes. Specula sunt in quibus femine uultus suos intuentur · dictũ autem speculũ uel quod ex splendore reddatur uel quod ibi femine intuentes considerent speciẽ sui uultus et quicquid ornamẽti deesse uiderint adiciãt

Periscelide sunt apud feminas crurũ ornamenta· siue armille pedum quibus gressus earum ornantur. Olfactoriola uascula sunt muliebria ĩ quibus odoramenta gestantur.

De·Anulis· Ca·xxxi.

Primus prometheus fertur circulum ferreum incluso lapide digito circũ classe q̃ cõsuetudine homines vsi anulos habere ceperunt. Anuli autem p diminucionem dicta circulis & anis qui sunt circum brachia & circum crura vnde & signa eorum per diminutionẽ sigilla· Nam signa maiora sũt·sigilla uero q̃si minora signa. Anulos homines primũ gesta receperunt q̃rto a polĩce digito qꝺ eo uena quedam ad cor usq; ꝑtingat· quam notandam ornandãq; aliquo ĩsigni veteres

putauerunt· Apud romanos anuli de publico dabantur et nō sine discrimine· nam dignitatem precipuis uiris gemmati dabāť ceteris sodi· Anulum aureum neq; seruus neq; libertinus gesta/bat in publico· sed anulo aureo liberi utebāť. Libertini argēteo serui ferreo utebantur. Apud veteres ultra unum anulum uti in fame habitum uiro. Graccus inmeuium. Considerate quirites sinistram eius· en cuiꝰ auctoritatem sequimini qui ꝓpter mu/lierum cupiditatem· ut mulier est ornatus. Crassus qui apud parthos periit in senectute duos habuit anulos · causam ꝓferēs qua pecunia ei in mensa creuisset. Multi & romanorū ꝓ graui/tate anulum gestare in digito abstinuerunt. Femine nō use sūt anulis· nisi quos uirgini sponsus miserat· neq; amplius quā bi/nos anulos aureos in digitis haebere solebant· at nunc pre auro nullum feminis leue est atq; immune membrum· Item genera anulorum sunt tria· vngulus· samocracius· tinius. Vngulus est gemmatus uocatusq; hoc nomine· quia sicut ungula carni. ita gēma anuli auro accingiť. Samocracius aureus est qdem sed capitulo ferreo a loco ita uocatus. Tinius purus ē primū in bithinia fabricatus· quam oli tinā uocabant. Flactus lugen/te mea nita neac smaragdos berillosq;· Mihi flacte nec nitētes percādida margaritas. Quero nec quos tinica luna ꝓpollunt· Aut ellonecias pios lapillos nec cortinalis me. Perpolibit anu lus nec iaspis lapillus.

De· Cingulis· Ca· xxxii

Cinctus est lana zona· & minus lata semicinccīū et utri/usq; minima cingulum· Nam a cincto per diminucio/nem cingulum nominatur· Cincto autem iuuenes in exercitationem campester uerecūda uelabant· vnde et cāpestrs dicebatur. Balteum cingulum militare est dictus· ꝓpter qđ ex eo signa dependēt ad demonstrandā legionis militaris sum mam· idest· vi· milium sexcentorū· Ex quo numero & ipsi co/sistunt· vnde & balteus dicitur. non tantum quo cingitur sed etiam a quo arma dependent. Zonum grecum est quam illi Zonarium· nos cingulum nuncupamus. Strophium est cin/gulum aureum cum gemmis· De quo ait cinna· Strophio lac/tantes cincta papillas· Et prudentius· Nomen hoc gēme stro/phio illigate. Limus est cinctus quem publice habent serui Et dictus limus quia transuersas haebet purpuras· idest limas

Caltulum cinguli genus a coacto loro dictũ Fibula grecũ est· quã illi fiblin dicũt eo qđ ligat· subfibulũ subligaculum.

Redimiculum est quod succinctorium siue bracile nuncupa/mus· quod descendens per ceruicem & a lateribus colli diuisũ utramq; alarum sinum ambit atq; hic inde succingit· ut constrin/gens latitudinem uestiat· corpus contrahat· atq; coniungendo conponat. Hoc uulgo bracile· quasi brachiale uocant· quamuis nunc nõ brachiorum sed renum sit cingulum· Succinctoriũ autem uocatum· quod ut dictum est sub brachiis ductum alarum sinũ ambit· atq; hic ĩde succingit. Fascia est qua tegitur pectus & papille conprimunt atq; crispãte cingulo angustius pectus artatur. Et dicta fascia quod in modũ fasciculi corpus aligat· Hinc & fasciole quibus uulnera colligantur. Vitta dicta qđ ea pectus uincitur instar uitis ligantis. Limbus est quẽ nos ornaturam dicimus. Fasciola est· quae ambit extremitatem uestium aut filis aut ex auro cõtexta adsutaq; extrĩsecus in extre ma parte uestimẽti uel clamdis. De qua virgilius dicit. Sidoniã picto clamidem circumdata limbo.

De· Calciamentis· Ca· xxxiiii

Sutores nuncupati· quia insertis filo porcorum setis suant idest consuant quasi setores. Caligarius uero nõ a ca lopedum· sed a calo idest ligno uocatus sine quo consui calciamenta non possunt· quod graeci calopodion dicitur fiebãt autem prius ex salice tantũ quas greci calopodas dicunt· Hinc & calciamenta dicta qđ in calo idest in ligno fiant uel calcent

Crepida greci ante repta usi sunt· Est autem genus singulari forma & idem utriq; aptũ pedi dextro vel sinistro. Crepide au/tem dicte quod cum sono stringat· siue a pedum crepitu in am bulando. Calceis reges utebantur & cesares res forma eorum


Patricios calceos romulus reperit quatuor corrigiarũ adsu/taq; luna his soli patricii utebantur. Luna autem ĩ eis nõ side/ris formam sed notam cẽtenarii numeri significabat qđ inicio patricii senatores centum fuerit. Ocree tibi alia calciamenta sunt dicta quod crura tegant. Coturni sunt quibus calciabãt tragedi qui in theatro dicturi erant et alta intonãti uoce carmi na cantaturi. Est enim calciamentum in modum crepidarum quo heroes utebantur· sed tale est ut & in dextro & in leuo cõ/ueniret pede. Braxa calciamentũ comedorum erat sicut tragedorum

coturni quos quidam & etiã calones appellant· eo q̄ ex salice fierent· nam greci ut diximus lignũ calon uocabãt. Talares calcei socci sunt qui inde nominati uident̃ qđ ea figura sint ut contingãt talum sicut sub tolares qđ sub talos sũt quasi sub ta/lares. Obstrigilli sũt qui per plantas consuti sũt et ex superiori parte corrigia trahitur ut constringantur·vnde & nominantur

Osas puto ab os primum factas & quamuis nũc ex a'io ge/nere nomen tantũ pristinum retinent. Mulei similes sũt co/turnoꝝ solo alto·superiore autem parte cum osseis uel er.s mal/leolis ad quos lora deliebantur uel dirigebãtur· Dicti autem sunt a colore rubro qualis est mulli piscis. Solee sunt quib9 tantũ pedum plãte teguntur dicte a solo pedum. Item solee ad materiales ex materiali corio intexta. Socci cuius diminuti/uum soccelli appellati inde quod soceum habeant·in quo pars plante inicitur. Calige uel a callo pedum dicte·uel quia ligãt Nam socci non ligantur sed tantũ intromittũt̃.Cernui socci sũt sine solo lingulati·quos nos foliacos uocamus. Perones & culponei rustica calciamenta sunt. Baxee calciamenta mulieꝝ sunt. Corrigie a coriis uocantur uel a colligatione·q̄si colligie

Clauati quasi caluiati·eo quod minutis clauis·idest acuis sola caligis uinciatur. Explicit liber·xviiii.

INCIPIT·LIBER·XX·DE·MENSIS· Ca·i·



RIMVS· DEDALVS MENSAS ET·SELLAS·FECIT·COQVINE APPARATVM·APPITIVS·QVI/dam primus conposuit qui ĩ eo absumtis bonis morte uoluntaria periit.Et merito quia is qui gu'e atq; edacitati seruit et ani mam & corpus interficit· ab estu & come/su mense factum dicitur uocabulum. nullum enim alium ha/bet usum. Thorus dicitur a tortis herbis·quae accumbenciũ humeris subponuntur. Stefadium ab stipitibus dictũ quã/si·stipadium·Sic enim prius ceptum est. Accubitum a cibo uocatum quasi ad cibitum epularũ. Conuiuium apud grecos a conputatione ·apud nos uero a conuictu recci/us appellatur·uel quia uite collutionem habet· Item conuiuiũ

dicitur a multitudine conuescentiū ·nam priuata mensa uict9 est conuiuium non est. Conuiuii triplex est modus: discūben/ di· edendi· & bibendi. Discūbendi·ut thoris iussi discūbere pictis. Edendi & bibendi·ut postquam prima quies epulis mensęq; remote. Crateras magnas statuunt & uina coronant.

De·Escis· Ca·ii

CIbus dictus qa capitur ore sicut esca quia eam os capit Victus ꝓprie uocatur qa uitā retinet· vnde & ad ci/ bum uocare inuitare dicitur. Alimonia dicit̄ eo ꝙ eius sūp/ tu corpus alatur· hāc iuuenes accipiunt ad incrementum senes ad perseuerātiam· neq; enī subsistere poterit caro nisi cōfortetur alimentis. Alimentum enim est quo alimur· alimonia len/ di cura: Affluentia nuncupata quasi rei nimium exuberan/ tis effusio· ultrā quam satis est modusq; non est. Opulentia ab ope dicta est quam si discucies īuenies eam tenere modum Nam quomodo opitulatur quod nimium est cum incomodi/ us sit sepe quam paruum. Epule ab epulentia rerum dicte. Epule autem simplices in duo necessaria diuidunt̄· panem & vinum & in duo sup̄flua quae terra & mari uescendi causa ex/ qrunt̄. Dapes autē regum sūt epule priuatoꝝ. Delicie nū/ cupate quod his delectentur hoemines easq; suauiter appetāt. Pulmentū uocat̄ a pulte siue enī sola puls siue quid aliud ei9 permixtione sumatur· pulmentum proprie dicitur. Sacietas autē & saturitas sibi differunt·nā sacietas ex vno cibo dici po/ test pro eo quod satis sit. Saturitas autem a saturo nomē ac/ cepit quod est uario alimentoꝝ apparatu conpositū. Crapula est inmoderata uoracitas q̄si cruda epula cuius cruditate g̃uat̄ cor·& stomachus indigestus afficitur·Inmoderata enim uora/ citas uicium est·sed tantum id salutis est quantum sustentati/ oni naturecq; sufficiat. Lentaculum est primus cibus quo ie/ iun ium soluitur·vnde & nuncupatum·Nigidius nos ipsi ieiu/ nia iectaculis leuibus poluim9 Prandium ab apparatu eden di dictum· proeprie autem veteres prandium uocabāt omnium militum cibum ante pugnam· vnde est illud ducis aploquiū prandeamus tanquā apud inferos cenaturi. Merenda ē cib9 qui declinante die sumitur q̄si post meridiem edenda & ꝓxio cene·vnde et ante cenia a quibusdam uocantur Item merendare idest q̄si·meridie edere. Annona tractum est a tempore quo

romani veteres ad cibos euocabantur· Sic marcialis ·Imperat
excelsos frangere nona thoros· quod & usq; hoedie perse faci/
unt. Cena uocatur con munione uescentium·Cenon quip/
pe greci conmune dicunt· vnde & conmunicantes quod con/
muniter epulari idest pariter conueniant·apud veteres eni soli/
tum erat in ꝓpatulo uescere & conmuniter epulari ne singula/
ritas luxuriam gigneret·Est autem cena uespertinus cibꝰ quã
uespertinam antiqui dicebant ·In usu enim nõ erant prandia.
Panis dictus quod cum omni cibo apponatur·uel qđ om/
ne animal eum appetat·pan enim grece omne dicit̃. Cibariꝰ
est qui ad cibum seruis datur·nec delicatus. Fermentacius
fermentis confectus. Azimus non fermentatus· nam azimꝰ
ẽ sine fermento sincerus Accrisimus leuiter fermentatus q̃si
acro azimus. Siligineus panis a frumenti genere nũcupatur
Siligo enĩ genus est tritici. Rubidus recoctus & rubefactꝰ
Subcinericius cinere coctus & reuersatus·Ipse est et focati/
us. Clibanicius in testa coctus. Sfungia panis aqua diu/
tissime laxatus· similiam modicam accipit· & fermentũ modi/
cum & haebet humectaciones pluq̃m omnis panis ·vndae
& ffungie nomen accepit. Placente sunt quae fiunt de farre
quas alii liba dicunt·eo qđ libeant & placeant. Laganum ẽ
latus & tenuis panis qui primũ in aqua & postea in oleo frigi
tur. Dulcia sunt genera pistorii opis a sapore dicta·melle enĩ
a sparso sumuntur. Crustula diminutiuũ est·a crusta panis
oleo conspsus in medio concauus & tortus· hec & torta panis
Crusta autẽ est supficies panis.ipsa et fragmenta quia diui/
dũt̃· ut fracta. Simila subtilissia ẽ farina. Amolũ flos farĩe
tenuissimum pre leuitate de mole erectum· vnde & appellatũ
quasi a mola. Farina & furfures a furre dicte·cuius sũt pur/
gamenta. Polles genus est farine candidissĩe. Fermentum
a feruore nuncupatum· quod plus prima hora non potest cõ/
tineri·crescendo enim excedit. Carnes dicte·quia care sũt·siue
a creando·vnde et a grecis creas uocantur. Crudum quod sit
cruentum· Est enim cum saguine. Coctum quasi coactum
idest ab igne uel aqua uiolenti modo actũ· Sed & multi tem/
poris aliquid coctũ uocatur. Assum quod ardeat· q̃si arsũ
Elixum eo qđ in aqua sola decoqtur. Lixa enĩ aqua dicit̃
ab eo ꝙ sit soluta ·vnde & solutio libidinis luxus· & membra

a loco mota luxa dicitur. Frixum a sono dictum quando ar/
deat in oleo. Salsum quasi sale aspersum demptis e medio 24
sillabis tribus. Rancidum ex uicio nũcupatum quod raucos
efficiat. Succidia carnes inusum reposite a succidendo dicte
Lardum eo quod in domo repositum cum seruatur· nã anti
qui domos lares dicebant. Taxea lardus est gallice dictum.
·vnde dicit afranius. In rosa gallũ sagatum pingui pastũ taxea
Anxungia ab uncione uocata. Sebum a sue dictum quasi
suebum qđ plus pinguedinis hoc animal habeat. Offa ẽ pro/
prie frustum dencium cuius diminutiuum offellam facit·vnde
& offarii coci quia particulatim idest offatim excoquunt·nam
offa latrantium quae si mos canis iacitur saciatu ilico conpe/
scitur & silescit. Frustum uocatum qđ capiatnr a frumine
Est enim frumen summa pars gule. Pulpa dictum qđ pulte
olim mixta uescebatur· vnde & pulinentarium & pulmẽtum
dictum. Lucanice dicte quod prius in lucaniae faecte sunt.
Farcimen caro concisa et minuta dictum quod ea intestinũ
farciatur hoc· est impleatur cum aliarum rerum conmixtione.
Minutal uocatum qđ fiat de piscibus & de ficis oleribusq;
minutati inconcisis. Afratrum quod latine spumeum uocat̃
afro enim graece spuma dicitur. Martisia in mortario ex pisce
fiunt inde & nominata·Isocem piscem queridam dicũt ex quo
primum isicia facta sunt & quamuis ex alio genere pisciũ fiant
·inicium tamẽ piscis uocabulũ dedit. Galatice a calore lacteo
nominate·greci enim gala lac dicunt·Sferas a rotũditate graeco
uocabulo appellatas· quicquid enim in rotundũ format̃ sfera·
a grecis dicitur. Ius coquine magistri a iure nuncupauerunt
quia ea est lex condimenti eius ·hanc greci ȝemam uocãt. Ca/
seum qđ careat seru quasi careum ·nam serum ei omne deducit̃
ut ponderibus arguatur. Colustrum lac nouum quod neu/
tri generis est. Lac a greco sermone deriuatum est ꝑ cando/
re ·graeci enim album leucon dicunt·lac uero & sanguis quod
nutrit & quod nutritur·nam lacte nutrimur·uiuimus sangui/
ne. Quaccum quasi coactum quasi coagulatũ accepta enim
secum alia specie coagulat. Mel grece appellationis est· quod
ab apibus nomen habere probatur ·nam apis grece mellese di/
cit̃ ·antea mella aũt de rore erant inueniebaturq; in harundinũ
foliis Vñ et virgili9·Hactenus arei mellis celestia dona·siqdẽ

hucſq; in india & arabia colligatum reperitur ramis in herens in ſimilitudinem ſalis. Omne autem mel dulce dicitur. Sar/dum amarum eſt abſintii cauſa cuius copia eius regiones apes nutriútur. Fauum uocari quia comedit magis q̃m bibitur Fagere enim graeci comedere adpellant. Aiunt autem medici & qui dehumanorum corporū ſcripſere naturis p̄cipueq; galli/enus in libris quorú titulus eſt. .In quo puerorum & iuuenum ac perfecte etatis uiro℞ mulierumq; corpora inſito calore feruere & noxios eſſe his aetatibus cibos qui caloré au/geant ſanitatiq; conducere frigida quaeq; inuſum ſumere. ſicut e contrario ſenibus q pituita laborāt & frigore calidos cibos & uina uetera prodeſſe.

De Potu. Ca. iii

Potio a greca deriuatione uocata hanc eni illi potos di/cunt. Aqua generaliter uocata quod ſup̄ficies eius equalis ſit. hinc & equora. Hanc quidam recētem uo/cant quia reiicitur noua a fonte uel a flumine. Nam uetus pu/treſcit. quia non eſt utilis uetuſta ut uinum. ſed ſtatim ſublata & de flumine fonte uel puteo feteſcit enim uetuſta. Vinum inde dictum quod eius potus uaenas ſanguinae cito repleat. hoc alii q℞ nos cura ſoluat lieum appellant. veteres uinum uene num uocabāt. ſed priuſ q̃m inuētum eſt uirus leatiferi ſuci hoc uinum uocatū eſt illud uenenum. vñ & ieronim9 in libro quē de uirginitate cōſeruanda ſcripſit adoloſcentulas. inquit ita ui/num fugere debere ut uenenū pro naeatis calore feruenti bibāt & pereant. Inde eſt quod apud uetes romanos femine non ute/bantur uino niſi ſacrorum cauſa caeris diebus. Merum di/cimus cum uinum purum ſignificamus. nam merū dicimus quicquid purū atq; ſincerum eſt. ſicut et aquam meram. nulli utiq; rei mixtam. hinc & merēda quod antiquitus id temporis pueris opperariis panis merus dabāt. aut q℞ meridient eo tem/pore id ſoli. ac ſeperatim non ut in prādio aut in cena ad unam menſam inde credimus etiam illud tempus quod poſt mediū diem eſt meridiem appellari q℞ purum ſit. Muſtum eſt ui/num elacu ſtatim ſublatum. dictum autem crediturmuſtū q℞ in ſe limum & terram habeat mixtam. nam mus terra eſt. vnde & humis cuius tanta uis feruoris eſt ut uaſa quamuis grandia ex eo plena abſq; ſpiraminae replaeta ilico diſrumpat. Roſeū

vinum idest cũ rubore·rosa enim rubet. Aminium uero q̃si sine eminio id est sine rubore· nam album ẽ. Succinacium sucine gemme simile est id est fului coloris. Limpidũ uinũ id est perspicuum ab aque specie dictũ q̃si limphidũ· limpha enim aqua est. Turbidum quasi terbidũ id est terra conmixtum quod est fece. Falernum uinum uocatũ a falerna regiõe campanie ubi optima uina nascuntur. Colatum uas ꝓpriũ nũcupauit in quo deportat̃. Gazetum uero regio unde defert̃ ·gaza enim oppidum est palestine. Infertum uinum dicitur quod altari libatur atq; offert̃. Spurcum quod offerre nõ licet·aut cui aqua mixta est quasi spurium hoc est immundum.

Honorarium uinum quod regibus & poetentibus honoris gracia offertur·Cato de innocencia sua·Cum essem in ꝓuincia legatus q̃m plures ad pretores & consules uinum honorarium dabant·nunquam accepi ne priuatus quidem. Crudum uinum insuaue quod serui potant. Acetum uel quia acutũ uel quia aqua mixtum·uinum enim aqua mixtũ cito in hũc saporẽ redigitur·vnde acetum quasi aquidũ. Acidum quasi aquidũ quia aq̃a lauant̃ vue ĩ torculari post expressum uinum·est enim vilis potus seruis aptus. Conditum uocatum quod non sit simplex sed conmixtione pigmentorum conpositũ. Lactatũ est potio elacte. Muls ũ ex melle mixtũ·est enĩ potio ex aqua & melle quod greci melicratum uocant. Incomelum mustũ melle admixtũ uehemẽterq; agitatũ atq; conmotũ. Idromelum ꝙ fiat ex aqua & malis matiantis. Saccatum liquor est aque fece uini admixtꝰ & sacco expressus. Oximellum appellatum quod aceti & mellis ꝓmixta cõfficiatur materia· vñ & dulcodinẽ retinet & aquorẽ. Rodomellium dicitur eo quod insuco rose mel admiscitur. Melicratum uinum melle mixtũ

Medus q̃si melus qa ex melle fit·sicut calamitas ꝓ cadamitas. Eecula uua pingueis decocta usq; ad crassitudinem mellis ac refrigerat utilis stomacho. Passum quicquid ex uua palsa conpressum effluxerit· dicitur autem passum a patiẽdo· nam percutit̃ uua siccior & decoquit̃ & inde fit passum. Defrutũ dictum est ꝙ defrudatur & quasi fraudem patiatur. Carenũ eo ꝙ feruendo parte careat·tercia enim parte musti amissa quod remanserit carenum est· Cui contr̃ia sapa est quae feruendo ad terciam redacta descendit. Sicera est omnis potio quae extra

uinum inebriare potest· cuius licet nomen hebreum sit ·tamen latinum sonat pro eo ꝙ ex succo frumenti uel pomorum cōfici/atur· aut palmarum fructus in liquorem exprimantur coctisq; frugibus aqua pinguior quasi sucus colatur et ipsa potio sicera nuncupatur. Ceruisa a cerere dicitur id est fruge uocata ē enī potio ex seminibꝰ frumenti uario modo confecta. Celia a ca/lefaciendo appellata est enim potio ex sucu tritici partem con/fecta· suscitatur enim ignea illauis ·germinis madefacte frugis ac deinde sicatur & post in farinam redacta molli sucu ad mi/scitur quo fermētato sapor austeritatis & calor ebrietatis adicit̄ quae fit in his partibus ispanie cuius ferax uini locus non est.

Fex dicta quod sese uasis ad emergendo adfigat. Garū est liquor pisciū salsus qui olim conficiebatur ex pisce quem gre/ci garon uocabant & quāuis nunc ex infinito gaenere piscium fiat· nomen tamē pristinū retinet a quo iniciū sūpsit. Liqua/mē eo dictū qđ soluti ī salsamēto pisculi eundē humorē linquāt cuius liquor appellatur salsugo uel muria· Proprie autē muria dicitur aqua sale conmixta effectaq; gustu in modum maris.

Sucus dicitur ꝙ sacco exprimatur ut tisane. Tisane·ȝema apoȝima greca uocabula sunt.

De· Vasis· Escariis· Ca·iiii

VAsa dicta a uescendo ꝙ in ea esce apponant̄ cuiꝰ dimi/nutiuum uascula quasi uescula. Fictilia dicta ꝙ fiāt & fingantur ex terra· fingere enim est facere formare & plasmare· vñ et figuli dicuntur & uas fictile dicitur nō fictum in illud quod mendacium est·ſ; qđ format̄ ut sit & habeat ali/quam formam· vnde & apostolus dicit· numquid dicit figmē/tum ei qui se fingit· q̄re sic me fecisti· Fictilia uasa in samo insu la prius inuaenta traduntur facta ex creta et indurata igni· vnde & samia uasa· peostea inuentum & rubricā addere· & ex rubra creta fingere· antiquiorem autem fuisse dicūt usum fictilium uasaꝝ q̄m fūdendi aeris aut argenti· apud ueteres enī nec aurea nec argētea·ſ; fictililia uasa habebantur ·sicut ad uina doliis ex/cogitatis ad aquas āphoris ydriis ad balneas ac reliquis quae in usibus hominū aut rota fiūt aut manu aptantur. Argilla autem ex cocta testa uocabulum accepit quia dum mollis esset· efficitur testa naec conmunicat cum uocabulo pristini generis quia qđ fuit non est. Arietina uasa exaretio municipio italie

dicunt ubi fiunt· sunt enim rubra· De quibus sedulius. Rubra quod adpositū testa ministrat holus. Samia uasa quidā putant ab oppido samo graeci & habere nomen · alii dicunt cretā esse italie quae nō longe a roma nascitur quae samia appellatur
Celata uasa argentea uel aurea sūt signis eminentioribꝰ ītus ex traue expressa a cello uocata quod est genus ferramenti quod uulgo celionem uocant. Crisendita uasa deaurata graecū est.
Anaglipha ꝙ superiꝰ sint sculpta· graeci enī ana sursū gliphe sculpturam dicunt idest sursum sculpta. Discus antea· iscus ab specie scuti· vn̄ & scutella per diminutionem· est enī eiusdem similis. Postea discꝰ uocatus qđ det escas idest apponat· a quo & discumbentes dicte siue: idest quod iaceant
Messorium uocatum a mensa per deriuationem quasi mensorium. Parapsis quadriangulū & quatrilaterū vas idest paribus absidis. Patena ꝙ dispansis patentibusq́; sitoris lancis.
Gauata quia cauata· g· pro· c· litera posita· hinc & conca· sed illa cauata ista concaua· sic & greci hec nuncupant Apophereta a grecis a ferēdo poma uel aliquid nominata· est enī plana.
Salinum uas aptum salibus· idem & sulzica· quasi salzica.
Acetabulum quasi aceta ferum quod cetum ferat. Coclear ab usu prius coclearum dictum· hinc est illud ueteꝝ discon· Sū conoleis habilis et nec minus utilis ouis. Numquid scis potiꝰ cur cocleare vocor. Trissiles greco nomine tripedes· quia autē q̄tuor pedibꝰ insistūt abusiue tripedes dicunt. Inuasculis aute tria querunt que placeāt· manꝰ artificis· pondus argenti· splēdor metalli.

De· Vasis· Potatoriis· Ca· v·

Poculum a potando nominatum· est enim omne uas ī quo bibendi est consuetudo. Fiale dicte qđ ex uitro fiant. Vitrum enī grece hialin dicit. Patere fiale sunt dicte · uel ꝙ in ipsis potare solemus uel ꝙ patentes sunt dispansisq́; labris. Cratera calix est duas habēs ansas & est grecum nomen. Declinatur autem apud eos· hic crater· nam latine· hec cratera dicit· vnde psius· Si tibi crateras argēti· virgilius. Crateras magno statuunt & urna coronant. Fiebant autem primū a connexionibus uirgultaꝝ· vn̄ & dicte cratere apocratin idest ꝙ seinuicē teneant· Ciati quoq́; & scifi cimbia & ipsa a poeculo sunt genera· ex quibus cimbia pocula suut

ex similitudine cibe nauis. Emistis species poculi que ducti idest uno spiritu bibitur. Bachea primum a bacho quod est uinũ nominitata·postea in usibus aquariis transi.t. Calices et calati & scale poculorũ genera antea ex ligno facta· inde & uo/cata ·greci enim omne lignũ calon dicebant. Ampulla quasi ampla bulla similis est enim rotunditate bullis que ex spumis aquarum fiant atq; ita inflantur uento.

De· Vasis· Vinariis·Et·Aquariis· Ca·vi·

Vnoforum uas ferens uinum. eno enim uinum est· De quo est illud. Vertitur enofori fundus sentencia nobis. Flasce ex greco uocabulo dicte hec prouehendis acc recondendis fialis primũ facta sunt·vnde & nuucupate.Postea in usum uini transierunt manẽtee greco uocabulo·vñ sũpserunt inicium. Lagena & sicula gerca nomina sunt inflexa ex par/te ut fierent latina·illi enĩ laginos·nos lagena·illi sicile nos sicu/lam dicimus. Vdria genus uasis aquatilis per deriuationem uocata ydros enim grece aquam dicunt. Situla q; sitienbus apta sit ad bibendum quod uas greci cadum uocant. Catinu uas fictile quod melius neutro dicitur q̃m masculino sicut & salinum dicitur uas aptum salibus. Orca est amphore species cui9 minore uocabulo urcius·diminutiuũ urciolus est. Sciphus in quo manus lauamus. Seriola est orcarum ordo di/rectus uel uas fictile uini apud siriam primum excogitatũ sicut cilicisa & acilia nuncupate· vnde primũ aduecte sũt. Cupos & cupas a capiendo idest accipiendo aquas uel uinum uocatas vnde et caupones. Vtres ab utero. Mulgarium uas in quo mulguntur pecora·idem & mulcrum ab eo quod in eo mulgat lac. Labrum uocatum eo q; in eo lauationem fieri solitum est infantũ cui9 diminutiuũ labellũ idest & alpheũ q; in eo ablu/tionem fieri solitum est. Pelues uocate q; pedes ibi lauentur. Sifon uas appellatum q; aquas sufflando fundat·vtunt enĩ hoc in oriente·nã ubi senserũt domũ ardere currunt cũ sifoneis ploenis aquis & extiuguent incendia· sed cum eis aras expres/sis ad superiora aquis emundant.

De·Vasis·Olearíis· Ca·vii

Amicadium uas oleariũ. Scortia uas oleariũ. eo quod sit ex corio dictũ. Alabastrum uas ungentariũ a lapi de sui generis congnominatum·quẽ alabastricen uocat

qui incorrupte unguēta cōseruat. Pixides vascula unguētaria ex buxo facta: nā qđ nos buxū greci pixū uocant. Lenticula modicū uas ereum uel argenteum quadrangulū in latere apertu qđ et lechitum est enim uas olei quo reges et sacerdotes vngue bantur: a liniendo dictum.

De Vasis Coquinariis et Pistoriis Ca. viii

OMnia uasa coquendi causa parata cocula dicunť. Plautus. Aeneis coculis mihi excogitata est ois inia. Olla dicta ꝑ eo ꝙ ebulliat in ea aqua igne subiecto ut altius uapor emittatur: vnde & bulla dicitur quae in aqua uenti intus spiritu sustentatur. Patella quasi patula olla est enim oribus patentioribus. Caccabus & cucuma a sono feruoris cognominantur: hec in grecis & latinis communia nomina habent. sed utrum latini a grecis an greci a latinis hec uocabula mutuassent incertum est. Lebetes et etenes sunt greco sermone uocate. sunt enim olle minores in usum coquēdi parate. Sartago ab strepitu soni uocata quando ardet in eo oleum. Tripedes appellate ꝙ tribus pedibus constēt has greci tripodas uocāt. Mola a sui rotunditate uocata ut mala pomorū sic & greci. Cribrū ꝙ ibi currat frumentum quasi curriferum. Rotabulum dictū proruendo stercora siue ignes panis coquendi gracia.

IX De Vasis Repositoriis Ca. viiii

GAzofilacium arca est ubi colliguntur in templo ea que ad indigentiam pauperum mittunť conpositū est autē nomen de lingua persa et greca: gaza enī lingua persarū thesaurum filacion grece custodia interpretať. Arca dicta ꝙ arceat uisum atq; ꝓhibeat: hinc & arcanum idest secretū: vnde ceteri arcentur. Cibutum grecum nomen est quod nos arcā dicimus. Loculus ad aliquid ponēdi ī terra factus locus seu ad uestes uel pecuniam custodiendam: vñ & ꝑ diminutionem dicitur. Mezicia quasi modicia: vnde et modium z ꝓ d sicut solent itali dicere hozie pro hodie. Saccus a sago dictus ꝙ eo consuto efficiatur q̃si sagus. Marsuppium saculus nummoꝝ quē greci marsippa appellant: quedā enī greca nomina ī latinū pauio inflectuntur propter romanū eloquiū. Sistarcie nautarum sunt ab eo ꝙ sute sunt. Inuolucrum dictū qđ aliquid in se teneat inuolutum. Fiscus saculus est publicus: vnde & fiscelle & fiscine dicunť: hunc habent exactores et in eo mittūt

debitum publicum quod redditur regibus· fiscus autem prime positionis ē· deriuatiuū fiscina· diminutiuū fiscella. Caniſtrū fissis cannis contexitur· vnde & nuncupatum alii grecū asserut

Cistella a costis ex canna uel ligno qbus contexit nominata. Cophinus est uas ex uirgulti saptū mundare stercora & terram portare· De quo dicit psalmista pro israhel. Manus eius in cophino seruierunt· Dictus autem cophinus quasi cauus.

Corbes dicti ꝙ curuatis uirgis contexunt. Sporta uel qa ab sparco fieri solet· uel qđ exportet aliquid. Spartus uero est frutex uirgolus sie foliis ab asperitate· vocatꝰ similis carici herbe & funes de eo conficiuntur.

De· Vasis· Luminariorum· Ca· x

AB igne colendo et lingua antiqui appellauerunt focum fos eni grece latine ignis est· vnde & iuxta philosophos quosdam cuncta procreantur· & reuera sine calore nihil nascitur adeo ut de septentrione dicatur· Sterili non quicquam frigore gigni· Varro autem focos ait dictos ꝙ foueant ignes Nam ignis ipsa flamma est· quicquid autem igné fouet focus uocatur· seu ara sit· siue quid aliud in quo ignis fouet. Lucerna a licinio dicta est· vnde & breuis est· lu ut psius. Disposite & pinguem nebulam uomuere lucerne· si enim a luce diceretur non staret uersus. Licinius auté quasi lucinius· Est eni cádela lucerne. Candelabrum a candelis dictū quasi candelaforū ꝙ candelá ferat. Cereus p deriuationé a cera nō habet ex quo formatur· De quo quidam. Hic tibi nocturnos prestabo cerei signes. Subducta luce altera lux tibi sum. Candela a cadēdo dicit eo ꝙ candédo deleat. Lucunaria pédentia lumina qsi lacunaria idest in aere lucentia. Funalia dicunt quae intra cerá sunt dicta a funibus· quos ante usum papiri cera circundatos habuere maiores· vñ & funera dicunt. Funalia auté greci scolices dicunt ꝙ sint scolicie· hoc est mortis· hos romani funes & funalia nominabát. Funalia candelabra apud ueteres extantes stimulos habuerūt abuncos qbus funiculi cera uel huiusce modi, alimento luminis obliti figebantur· idem itaqꝫ et stimuli preacuti funalia dicebant. Lampas flamma est in uertice lucens dicta ꝙ lambentis motū ostendere uideatur. Fax dicta ꝙ focos faciat cuius diminutiuū facula. Laterna inde uocat ꝙ lucem interius habeat clausam fit enim ex uitro recluso intus

lumine ut uenti flatus adire nō possit & ad prebendū lumē fa/
cile ubiq; circumferat. Lucubrum uocatū q luceat in umbra
est enim modicus ignis qui solet ex tenui stuppa ceraq; formari
Pira est que in modum aere ex lignis construi solet ut ardeat
Pir enim ignis dicit· sed pira est ipsa lignoꝝ congeries cū nō dū
ardet· Rogus est cū ardere ceperit. Bustū uero iā exustum
uocatur. Farrus turris est maxima quā greci ac latini in com/
mune ex ipsius rei usu farū appellauerūt· eo q flammaꝝ indi/
cio longe uideatur a nauigātibus sicut supra diximus· qualem
ptholomeus iuxta alexandriā cōstruxisse octigentis talētis tra/
ditur· vsus eius est nocturno nauiū cursu ignes ostendere ad ꝓ
nuncianda uada portusq; introitus· ne decepti tenebris nauigā
tes in scopulos incidant· nam alexandria fallacibus uadis in si/
diosis accessus habet. Hinc igit in porticib9 machinas ad plu/
cēdi ministeriū fabricas foros dicūt· nā fos· lux foros visio dicit
Vnde & lucifer grece fosforos appellatur.

De· Lectis· et· Sellis. Ca· xi

LEctice a lectis herbis uocate. Stratus ab sternēdo dict9
q̄si storiatus in his solis antiq ad dormiendū accubabant
Nondū laneis stramētis reptis. Storia q sit terra strata. Ca/
ma est breuis et circa terrā· greci eni cami breue dicūt. Cubile
est cubādi locus. Grabatū grecū. Baionola ē lectus qui in/
itinere baiolat ab a iulando idest deportādo. Puluinar lect9
diuitū· est inde & puluillus. Spinge sūt in q bus sūt spigate
efficies quos nos grifos dicimus. Punicani lecti parui et hu/
miles primū a cartagine aduecti et īde nominati. Lectice siue
plutei lecti· De quibus salustius· rufus de uita sua· Prima īquit
cōtra cōsuetudinē īperatoꝝ ipse ꝓ lectis lecticis utebat. Spō/
da autē exterior pars lecti· pluteo interior. Geniales lecti ꝓprie
sūt qui sternunt puellis nubentibus· dicti aūt a gerādis liberis
Cunabula sūt lecti in q bus infātes iacere ɔsueuerūt dicta q
partui adhibeāt q̄si cinabula· nā cine est grece eniti. Feretrum
dicit eo q in eo mortui deferant et ē grecū nomē· nā feretrō dicit
· dest a ferēdo· nā latine capulus dicit qd
sup capita hominū ferat· sic plaut9 ait. Capulari ɔsenex idest ui/
cinus caupulo. Scamna sunt quae lectis altiorib9 ad ponūt
dicta aūt ab scādendo· hic & scabelli qui lectis paruis uel sellis
ab ascensu apponunt. Scabellum aūt & subpedaneum dicit

nam q̄d dicūt greci ipopodiō dixerūt latini scābillū· nā et alii dixerūt subpedaneū quod sub pedibus sit. Scansilia gradus sunt ubi honorati in sedibus sedēt. Sedes dicte quoniā apud veteres romanos nō erat usus accūbendi· vñ et ꝯsedere dicebanť Postea ut ait varro de uita populi romani uiri discūbere ceperūt Mulieres sedere quia turpis uisus ē in muliere accubitus ·sedes singulari numero ꝓprie regni ē· q grece thronos diciť. Thronum greci dicūt· nos solium. Subsellia uero ceteroꝝ cathedre doctoꝝ. Soliū ī quo reges sedēt ꝓpter tutelā corporis sui· secundū quosdā a soliditate dictū q̄si solidū secundū alios p antisticon q̄si solidū a sedēdo· vñ & sella q̄si seda dicta ē· & subsellia q̄si subsedia. Selle curule serāt in qbus magistratus sedētes iura reddebāt· Dicti aūt curules quia apud ueteres p̄tores & cōsules ꝓpter itineris longinquitatē currū foro ꝓuehebanť. Selle aūt quae post eos uehebanť· qbus sedētes dicere iura solebāt a cursu curules selle sūt nominate. Tripodes scānelli sūt habētes tres pedes sʒ et cādelabra tripōda sūt qa similitʒ habēt pedes

De· Vehiculis. Ca·xii

CArrū a cardine rotaꝝ dictū· vñ et currꝰ dicti rotas qꝺ habere uideť. Rota autē dicta qꝺ ruat et rotundū a rota uocatū Reda genꝰ ē uehiculi q̄tuor rotaꝝ· has antiq retas dicebāt ꝓpter qꝺ habēt rotas. Carpētū pōpaticū uehiculi genꝰ q̄si carrū pōpaticū. Plaustrū uehicu ū duaꝝ rotaꝝ· qbꝰ onera deferūť· et dictū plaustrū qa uoluiť q̄si diceret pilaustrū· Carracuciū uehiculū altissimaꝝ rotaꝝ q̄si carrū acutū. Capsus carruca undiqʒ cōtecta q̄si capsa. Pilentū uel pretorritū cōtecta q̄tuor rotaꝝ uehicula qbus matrone oli utebanť· Virgilius. Pilētis mates mollibus· Oratius· Plures calones atqʒ caballi pascēdi deducēdi p̄torrita· Erant aūt antea pilenta ueneti coloris nō ut nunc sunt rosati qbus nisi castema trone uti nō poterāt sicut nec uittis. Basterna uehiculū itineris· q̄si in esterna mollibꝰ framentis cōposita a duobus animalibus deportatur.

De· Reliquis· quae· in usu· habenť· Ca·xiii

BAculus a bacho reptore uitis ferť inuētus ī quo homines moti uino inniterenť· sicut autē a bacco baculus· ita a bacculo baccillū p diminutionē. Fustes qꝺ prefixi in terram stent quos palos rustici uocāt· qbus iuuenes ꝓ criminibꝰ feriunť. Vectes dicti qꝺ manibꝰ uectenť. vñ ostia saxaqʒ euelluntť

Forfices secundm aethimologiam · si a filo dicunt f ponitur ut forfices que sunt sartorum · si a pilo p · p · ut forpices que sunt tonsorum · si ab accipiendo · c · ut forcipes eo quod formum capiant quae sunt fabrorum · formum enim dixerunt antiqui calidum vnde et formosus · de quibus omnibus scribitur hic uersus. for/fice pila filos cape forpice fornicipe ferrum. Nouacula ferrum subtile satisq; acutum dicta autem nouacula eo qd innouet faciem. Pectinem dicti eo quod pexos capillos faciat atq; copositos.

Calamistrum acus est quae calefacta et adhibita calefacit et intorquet & capillos · vnde & calamistrati appellant qui comā torquent. Clauis dicta quod claudat et aperiat. Catena quod ca/piendo teneat. Horologium quod ibi horas legamus idest colli/gamus · est enim insolarius positum ubi a clauo p lineas currit umbra quacumq; diei horam ostendat.

De · Instrumentis · Rusticis · Ca · xiiii

Uomer dictus est quod inhumum eruat seu ab euomendo terram · De quo lucretius. Vncus aratri ferreus occulto descressit uomer inaruis: Sumitq; per detrimenta ful/gorem. Aratrum ab arando terram uocatum q̄si araterium.

Buris est curuamentum aratri dictum quasi bosdra quod sit in similitudinem caudē bouis. Dentale est aratri pars prima in ea uomer inducitur quasi daens. Cutelli a cultura dicti eo quod ex ipsis putationē ueteres i arbore utebant et uite priusquā falces essent repte. Falx est qua arbores putantur & uites · dicta aūt falx quod hac primū milites herbam filicē solebant abscidere · vnde est illud. Pax me certa ducis placidos curuauit in usus · Agrico le · nunc sum militis ante fui. Falcastrum a similitudie falcis uocatū · est autem ferramentū curuū cum manubrio longo ad densitatem ueprium succidendam · hii et runcones dicti quibus uepres secantur a runcando dicti. Serrula est pretenuis lami/na ferri dentiū mordacitate resecās arbores seu ramos. Rastra quoque aut aradēdo terrā aut araritate dentiū dicta. Ligones quod terram leuent quasi leuones. Scudicia dicta eo quod circa codicem terrām aperiat et quamuis eius usus in reliquis operibus ha/beatur nomen tamē ex codice retinet · hanc alii generaliter fosso/riam uocant quod foueam faciat q̄si fouessoriā. Sarculus autem simplices uel bicornes. Sarculum ferrū fossoriū est habēs duos dentes · a sarriendo idst fodiando dictū. Pastinatum uocant

agricole ferramentum bifurcum quo semina panguntur· vnde etiã repastinare dicte sunt uinee ueteres que refodiunt. Cilin/drus lapis est teres in modum colũne qui a uolubilitate nome accepit·de quo virgilius. Area cũ primis ingenti equanda cilin/dro·& uertenda manu. Tribula genus uehiculi· vnde terunt frumẽta & ab hoc ita uocatum· Pala que uentilabrum uulgo dicitur a uẽtilandis paleis nominata. Forcille dicte eo ꝙ his frumenta cellunt idest mouentur·vnde & oscilla dicta ab eo ꝙ scillant hoc est moueant ora· nam cillire est mouere. Tessare sunt quibus frumentorum numerus designatur. Trapedum mola oliuaria. Prelum trabes quo uua calcata premitur a pre/mendo uocatum quasi pressoriũ. Lacus prelum quo premit oleũ quo liquatur ꝓfluat et quo ab uuis uel oliuis torquendo oleũ uinumq; exigit. Verenes a uehere idest exportare nomi/nate·qualus corbes colaq; prelorum ꝑ quẽ mustum fluit· a co/lando dictus. Fisclum quasi fisculũ a colando oleum dictu uel q̃si fiscella olei.

De·Instrumentis·Hortorum· Ca·xv

ROta dicta·ꝙ quasi ruat·Est enim machina·ꝑ q̃m a flu mine aqua extrahitur·Lucrecius·Influuio uersare rotas atq; austra uidemus. Austra autẽ idest rota ab hauri endo aquas dicta. Girgillus ꝙ in giro uertat· est enim lignũ intarnsuersa partica mobile exquo funis cum situla uel utre im/puteum dimittitur hauriende aque causa. Telonem hortolani uocant lignũ longum quo hauriunt aquas· Et dictus telon a longitudine·telon enim dicit̃ iuxta grecos quicquid longũ est vnde et mustela uocata quasi mus longus· hoc instrumentum ispani ciconiam uocãt ꝓpter ꝙ imitetur eiusdẽ nominis auem leuantis ac deponentis rostrum dum clangit. Lupus qui & canicula ferreus· arpax ꝙ siquid inputeũ decidit rapit et exthit· vnde & nomẽ accepit. Arpax autem dictus quia arripit·arpe enim est grece rapere.

De·Instrumentis·Equorum· Ca·xvi

FAlere ornamenta equorum sunt & est sermo graecus. Frena dicta quod equos fremere cogant·uelqđ hoc equi frendant idest inprimant dentibus & obmorde/ant· vnde & nefrendes dicti adhuc lactantes porculi ꝙ nondũ aliquid frendãt idest cõminuant dentib9·hic et fabula fresa que

moluta est. Lupati sunt freni asperrimi dicti· uel lupati a lu/ 30
pinis dentibus qui inequales sunt· vnde etiam eorum morsus
uehementer obest. Chamus genus asperi freni· quo caballi su/
erbi coerceri solent· dictus a curuitate· chamus enim greci cur/
uum dicunt. Habene ab habendo dicte ꝙ his equos habea/
mus hoc est teneamus· vnde et equabiles dicti. Hec & retina/
cula a retinendo lora. Capistrum a capite iumentorum dicti.
Sella a sedendo quasi seda. Antella quasi ante sellam· sicut
et postela quasi post sellam. Cingula hominum generis neu
tri sunt· Nam animalium genere feminio dicimus has cingu/
las. Sagma quae corrupte uulgo salma dicitur ab stratu sa/
gorum uocatur· vnde & caballus sagmarius mula sagmaria.
Capulum funis a capiendo qđ in eo indomita iumenta cō/
prehendantur. Calcaria dicta quia in calce hominis ligantur
idest in pedis posteriore parte ad stimulandos equos qbus aut
pungnandum est aut currendum ꝓpter pigriciam animalium
aut timorem· nā ex timore stimuli nuncupati· licet sint et libi/
dinis stimuli Strigiles nuncupati a tergendo ꝙ equi tergan/
tur. Caracter est ferrum coloratū quo note pecudibus inurūt
Caracter autem grece· latine forma dicitur. Cauterium dicti
q̃si cauturium quod urat & prouida sit in eum seueraqꝫ cautio
ut dum uidetur cuius sit auaricia refrenetur· quod interdum pro
signo· interdum pro cura adhibetur ut uis morbi ignis ardore
siccetur

Deo·Gracias.

Isidori iunioris hispalensis episcopi· Ethimologiarum libri
numero viginti·finiunt foeliciter. Per·Gintherum ʒainer ex
Reutlingen progenitum· literis impressi ahenis. Anno
ab incarnatione domini. MillesimoQuadringentesimo
Septuagesimosecundo. Decimanona die. Mensis·nouēbris.

Capitula in librum primum

Capitula in librum secundum

Capitula in librū particulariter secundum qui est de dialectica

Finit

